








CALLIMACHI
HYMNI,
EPIGRAMMATA
ET
FRAGMENTA,
EX RECENSIONE
JO. AUGUSTI ERNESTI.
TOMUS PRIMUS.


CALLIMACHI
HYMNI
et
EPIGRAMMATA
Lugb: Bat:
apud
S. et J. LUCHTMANS
MDCCLXI.



CALLIMACHI HYMNI, EPIGRAMMATA ET FRAGMENTA,

cum notis integris

H. Stephani, B. Vulcanii, Annae Fabri, Th. Graevii, R. Bentleji;

quibus accedunt

EZECHIELIS SPANHEMII

Commentarius,

& notae nunc primum editae

Tiberii Hemsterhusii & Davidis Ruhnkenii.

Textum ad MSS. fidem recensuit, Latine vertit, atque notas suas adjecit

JO. AUGUSTUS ERNESTI.

TOMUS PRIMUS.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud SAMUELEM ET JOANNEM LUCHTMANS,
Academiae Typographos. MDCCLXI.

LECTORI
ERUDITO ET AEQUO
S. D.
JO. AUGUSTUS ERNESTI.

um ego puer magno Graecarum literarum amore captus ad cognoscendos earum auctores studium meum contulissem, legissemque *Homerum*, qui mihi princeps omnium demonstratus erat, non modo ingenio & ceteris scribendi virtutibus, sed etiam usu, quod ejus lectio ad omnium ceterorum intelligentiam plurimum prodesset, & eo non cognito nemo ceteros bene feliciterque tractare posset, proximus ab eo mihi fuit *Callimachus*, non aliam ob causam, quam quod *Spanhemii* Commentarium cognoscere cupiebam, quem prope ambitiose commemorari videbam ab iis, qui in his literis aliquid vel esse putarentur, vel videri vellent. Non erat illa tum aetas apta tali lectioni, quae impediret potius ingenium puerile atque obrueret rerum copia, quam ad bene cognoscendum poëtam & accuratam Graecae linguae scientiam comparan-

dam valeret: ceterum etiam nunc illius ardoris & ſitis memoria delector: & cognovi per illius lectionis occaſionem etiam ipſos *Callimachi* hymnos: quorum ſimplicitatem in narrando atque etiam venuſtatem utcunque ſentiebam. Hic ergo quaſi aditus primus fuit ad familiaritatem cum eo poëta, quam poſtea etiam retinendam & ſubinde repetita lectione colendam duxi. Ita factum eſt id, quod in omni longiori & frequentiori conſuetudine amicorum ſolet, ut interdum vel viderem aliquid latentis vitii, vel videre mihi viderer, non quod poëtae ipſius eſſet; ſed quod ei ab aliorum vel negligentia vel mala ſedulitate & cura adſperſum eſſet. Coepi etiam haerere nonnunquam in ſenſibus verborum, ubi ante mihi plana viſa erant omnia, nec ſatisfaciebant interpretum reſponſa, omnium minime *Spanhemii*, apud quem, in tali difficultate, nihil niſi de verbis ſingulis latas & copioſas diſputationes reperiebam. Tanto magis dedi me non modo ad excutiendorum omnium & penitus perſpiciendorum diligentiam, ſed etiam ad curam ſanandi, ſi poſſem, vitiata, & illuſtrandi obſcura. Cum mihi viderer nonnihil profeciſſe, conſilium cepi edendorum *Callimachi* hymnorum & epigrammatum cum brevibus notulis, quibus vitioſa emendarentur & obſcura explicarentur, non ut ea re famae aliquid aucuparer, ſed ut copia eſſet exemplorum, ſi lectionibus interpretari poëtam vellem. Sed illud conſilium abjicere tum coëgit duplex *Callimachi* editio, altera Lipſienſis, quamquam nihil niſi textum

cum

cum Scholiis & vitiosa versione habebat, altera Britannica cum *Thomae Bentleji* notulis. Neque vero postea meae me res siverunt ad illud consilium redire, donec ante aliquot annos a *Luchtmannis*, qui de illo conatu meo rescierant, rogatus sum, ut meam ipsis operam in renovando Graeviano exemplo dicarem: quibus id negare, nec ipsorum, nec *Callimachi* caussa, sustinui. Enimvero tum majoribus copiis, majorique apparatu & cura, rem agendam existimavi, si quid dignum istius editionis splendore vellem, ut deberem, efficere. Eae igitur copiae quales fuerint, etiam per quos contraxerim, quomodo iis usus sim, quid a me & cura mea accesserit, in operis principio exponendum videtur. Nam de ipso *Callimacho*, ejusque libris, laudibus, reprehensionibus, commentatoribus, & similibus, disserere, quod fieri in talibus praefationibus solet, quia non proprie ad editionis perfectionem pertinet, & longe ultra praefationis modum evagandi necessitatem imponeret, non placet.

Primum igitur omnium, librorum manuscriptorum opem mihi advocandam existimavi: cum notis doctorum virorum in *Callimachum* excutiendis animadvertissem, sine tali auxilio ad edendum & castigandum poëtam accessisse, praeter *Stephanum*, omnes, ut qui ne editionum quidem veterum rationem satis diligenter habuissent: *Stephanum* autem non bonis & antiquis, sed uno novitio & manifeste interpolato usum esse, & per eum textum factum esse lon-

ge, quam ante fuiſſet, vitioſiorem. Adii primum Florentiam, ſperans Mediceam maxime bibliothecam, e qua primum editum *Callimachum* exiſtimabam, aliquid auxilii mihi ſuppeditaturam. Et mihi *Menkenius* noſter per *Zachariam* V. C. conciliaverat Bibliothecae Cuſtodem, *Martinum*, qui Graecos Codices maxime tractaret. Hic vero, in magna voluntate mihi commodandi, ſibi facultatem nullam dari ſcripſit: nam nullum eſſe *Callimachi* ſcriptum Codicem in Medicea, & illum veterem, e quo primam editionem ductam putarem, non comparere, ſublatum haud dubie cum ceteris, quos ſatis conſtaret bibliothecae per fraudem eſſe detractos. Converti me ad Ambroſianam Mediolani, in qua unum & item alterum eſſe *Callimachi* exemplum ſcriptum, didiceram. Inde retuli duorum antiquorum e Sec. fere XI. librorum lectiones, per *Joannem Checcotium*, Canonicum & Archipresbyterum Vicetinum, Virum, ut per hanc occaſionem cognovi, literarum Graecarum exquiſita ſcientia inſtructum, quem mihi rogatu *Breitingeri*, V. Cel. & mihi amiciſſimi, conciliarat *Jac. Chriſtophorus Beckius*, Theologus Baſilienſis clariſſimus, cujus promtam voluntatem mihi in hoc genere inſerviendi vix ſatis poſſum laudare. Sed quam ſpem idem *Checcotius* fecerat impetrandorum mihi per amicos Venetos excerptorum Codicis, qui eſt in Bibliotheca S. Marci, ea vero irrita, non tamen illius, ut certum habeo, culpa fuit. Eorum potiundorum tanto major aviditas fuit, quod de

illo

illo Codice, quem ipſe olim vidit & tractavit, ita ſcripſerat, ut eum principem omnium eſſe, inprimisque adhibendum, diceret. Itaque cum ſpes per eum potiundi evaneſceret, aliam viam tentavi. Et putabam me jam manibus tenere, quae peterem, cum duo illuſtriſſimi ex urbe Veneta juvenes mihi in ea re officium ſuum ſponte detuliſſent, eſſentque coram polliciti, ſe, ut primum Venetias veniſſent, quod non ita multo poſt eſſe futurum, curaturos, ut ad me excerpta illius libri venirent. Sed ea res, neſcio qua de cauſſa, intra promiſſorum ſpem ſtetit: quam, propter opinionem de eo libro, in quam me *Checcotii* auctoritas impulerat, inanem fuiſſe, valde dolui: ceterum quando verebar, ne quid obſtaret votis meis, quod de medio tolli non poſſet, ultra laborare nolui. In Vaticana nihil eſſe ſcriptorum *Callimachi* librorum confirmarat mihi aliquis, qui cum Romam iter faceret, mea cauſa ſe collaturum cum edito exemplo promiſerat, ſi quis ibi talis liber eſſet: ſed poſtea mihi non modo idem ille *Checcotius* miſit lectiones duorum Codicum Vaticanorum in locis lacunoſis, ſed etiam *Barſottus*, Collegii Scholarum Piarum in Urbe Roma cum maxime Rector, Vir egregiae doctrinae, parisque humanitatis, lectiones eorum locorum, quae ipſi notata miſeram, e duobus Codd. excerptas miſit. Horum Codicum alter ſignatur N. CXLV. alter MCCCLXXIX. ex quo ipſo Cl. *Checcotius* excerptum, de quo ante dixi, miſerat: alterum autem e Codice, n. XXXVI. ſignato, erat. Omnes Codices Va-

 ticani,

ticani, sunt autem quatuor, sunt e Sec. XV. unus membranaceus. In hac denique parte plurimum etiam debeo benevolentiae singulari & humanitati *Davidis Ruhnkenii* V. C. qui Graecas literas in illustri Leidensi Academia magna cum laude docet, mihique saepe post in hac praefatione laudandus erit. Ab hoc enim accepi Lectiones e Codice Regio Parisinae Bibliothecae (de quo v. Catal. MSS. Regiorum T. II. n. 2763.) notatas, item e Vossiano, qui est in Bibliotheca Leidensi, denique in Epigrammatibus lectiones Cod. Palatini e Salmasiano exemplo: quo nomine me ei plurimum devinctum profiteor. Atque haec prima veluti pensio est gratiae, quam ipsi libentissime exsolvo. Ceterum, qui horum librorum lectiones contulerit, facile, ut opinor, agnoscet nobiscum, Ambrosianos & Vaticanos ceteris meliores esse, certe ab interpolationibus magis liberos, quas Vossianus H. in Cer. vs. 16. habet. Omnes porro qui non interpolati sunt Codices, clarum est ex uno exemplo fluxisse: adeo in lacunis & in lectionibus consentiunt: quidam forte de Vaticanis ex editione Florentina. Nam ex iis unus scriptus est a. 1496. & satis constat, in principio, cum etiam exempla typographica rariora & cariora essent, ex illis ipsis descripta esse exempla alia. Praeter Codicum Excerpta nactus etiam sum exemplum *Callimachi* ex editione *Vascosani*, quod olim *P. Francii* fuit, memoratum ante *Graevio*; item aliud editionis Aldinae, de quo mox commemorabo. Hi libri si quid profuere, suis

locis

locis indicavi. *Barnesius* ad *Homer.* Il. I. 414. commemorat *Stanleji* ad *Callimachum* notas: quae manu ejus ad oram libri ſcriptae intelligendae ſunt: quas vidi ante aliquot annos inter libros apud Osbornium Londini venales commemorari. Eae cujus inde venerint in manus, ignoro: me quidem fruſtra emtorem profeſſus ſum, cum ante me emtorem reperiſſent.

Poſt haec cura fuit, conferre inter ſe editiones, praeſertim veteres, quae non ſatis diligenter inſpectae ſunt ab editoribus ſuperioribus, etiam cum eas in manibus haberent, ne a *Graevio* quidem, fruſtra earum uſum commemorante in praefatione, cum nullo in loco, ubi uſum aliquem inſigniorem praeſtare poterant, eas vel inſpexerit, vel ex iis textum emendarit. Quod non reprehendendi *Graevii*, ſed admonendae juventutis cauſſa dico, ne ſtatim credat praefationibus aut titulis editionum, in quibus novi ſemper editores profitentur ſe ad librorum antiquorum fidem recenſuiſſe textum auctoris & emendaſſe, neve ſplendidas clarorum virorum editiones non excuſſas diligenter a ſemetipſis, aut ſine teſtimonio idonei judicis, a quo ſciunt critica diligentia excuſſas eſſe, caſtigatiſſimas & emendatiſſimas credant. Prima igitur editio eſt *Florentina* per *Laſcarim* facta, a. 1494. Ejus viſendae & comparandae cum ceteris facultas etſi mihi non contigit, tamen lectiones ejus a Graeviana diverſas accepi Londino, ubi Vir Reverendus, *Henr. Gally* id oneris ſibi imponi paſſus eſt a *Rubnkenio* noſtro, ut eas, de Askewiano exemplo

plo notatas, ad me mitteret. Ea varietate inſpecta, vidi, vere me de *Aldina* (a. 1513. 8.) quae ei proxima eſt, ſuſpicatum eſſe, cum in ea meram eſſe repetitionem *Florentinae*, ſed de more talium repetitionum Aldinarum, cum larga acceſſione typographicorum vitiorum, conjeci. *Aldinam* excepit multo melior *Frobeniana*, a. 1532. 4. Nam manifeſta *Aldinae* vitia, ſi tamen ex ea, & non potius *Florentina* expreſſa eſt, correxit: quaedam etiam de conjectura, non ubique felici, mutavit. Prima haec habet H. in Jov. vſ. 80. πάξιν (non *Vaſcoſani*, ut in notis per errorem traditur) vſ. 83. ἄλις ὄλβυ, & alia: quae aut operis aut *Matth. Aurogallo* debentur, qui exemplum Callimachium, cum appendice Gnomarum, Frobenianae officinae exprimendum dedit, ut in praefatione narrat *Sigismundus Gelenius*. Eas vero correctiones utrum e libro ſcripto, an de conjectura induxerit, etſi incertum eſt, tamen hoc mihi probabilius videtur. In hac editione etiam primum coeperunt expleri lacunae quaedam, ſed modo H. in Cer. 16. & 19. ubi vid. Secuta eſt editio *Pariſina* apud *Vaſcoſanum* a. 1549. ad calcem *Oppiani*. Ea repetiit Frobenianam, quacum & in ceteris, quae prima mutavit, & in explementis lacunarum conſentit. Quodſi quando diſſentit, quod ſuis locis notavimus, id, ut raro, ita profecto non libris antiquis auctoribus factum eſt. Huic proxima eſt editio *H. Stephani* a. 1566. in corpore poëtarum epicorum, cujus baſis eſt editio *Vaſcoſani*, ſive *Frobenii*. Haec prima lacu-

lacunas omnes explevit. Nam in calce operis, in notulis ſcribit: *Callimachi editiones habui Aldinam, Florentinam majusculis literis & Pariſinam (Vaſcoſani) lacunas ex vetere codice, qui & emendationes aliquot ſuppeditavit, explevi.* Itaque haec editio eſt mater textus, qui ab eo tempore vulgatus eſt appellatus. Eum prima repetiit *altera Pariſina* apud *Benenatum* a. 1574. 4. cum verſione Latina *Nic. Gulonii*, de qua poſt dicemus. Ceterum video in notis ad lacunas, in quibus ſcribendis, dum ſchedas meas ante oculos habeo, non ipſos libros, *Benenato* me tribuiſſe, quod *Henr. Stephano* & ejus editioni primae a. 1566. tribuendum erat, quam *Benenatus* expreſſit. Paucis annis poſt a. 1577. idem *Stephanus Genevae*, edidit *Callimachum* cum *Friſchlini* verſione proſaica & poëtica, notisque ejus & ſuis: in qua etiam epigrammata XXXIII. Latinis verſibus expreſſa, & fragmenta quaedam acceſſere: idque initium fuit epigrammatum addendorum & colligendorum fragmentorum. Sed in hac editione textus ſuperioris ſervatus eſt, niſi quod in H. in Cer. etiam alter verſus: Τεὺς δ' ἐπὶ Καλλιχόρῳ &c. adjectus eſt ei, qui e manuſcripto libro in ſuperiori adſcitus erat. Hujus igitur textus ab eo tempore vulgatus fuit, ab omnibus repetitus, nulla controverſia iſtis ſupplementis mota.

Sed ante quam de editis libris, quoad epigrammata & fragmenta *Callimachi* exhibent, dicere pergimus, aliquid de lacunis, earumque explementis, ſeparatim dicendum videtur. *Checcotius*

cotius non dubitat, ea eſſe novitia & ejicienda. In quo plane ei adſentior. Sed de auctoribus eorum primum in H. in Lav. P. vſ. 135. 136. ſuſpicatur, expletos e verſione *Politiani*, qui hunc hiatum a ſe expletum fateatur, vertendo in hunc modum: *Vertex Jovis omnia nutu Perficit, & natae prorſus idem licitum eſt.* In quo dubitatio fortaſſe relinquitur haec, quod ſententia non ſatis ſimilis videtur. Sed de ſupplementis H. in Delum juvat adſcribere Viri eruditiſſimi verba ex epiſtola ad Cl. *Beckium*: „ *Roma mihi allatum eſt exemplum Callimachi Aldinum, quod Bibliothecae Barberinorum eſt. In hoc manu, ut conſtat certis argumentis, Jo. Georgii Triſſini, Vicentini, duae hymni* εἰς Δῆλον *oppletae ſunt lacunae eodem modo, ut in impreſſis legimus, niſi quod hic* ἠπείροιο φάραγγες *legitur, non, ut in editis,* ἠπείροιο πόληες. *Sed hoc animadverſione dignum, quod ad vſ.* 199. *qui itidem oppletus, ut in editis extat, ad marginem adſcriptum:* D. Marcus p. m. et. a. *quod absque dubio ſic efferendum:* D. Marcus piae memoriae & amicitiae: *intelligiturque* Marcus *ille* Muſurus, Cretenſis, *quem Triſſino amicum fuiſſe, ex quadam ipſius Triſſini epiſtola a. d.* XII. *Kal. Dec. a.* 1507. *ad Vincentium Macradium, Phyſicum & Medicum Vicentinum data. Unde pronum eſt colligere, horum ſupplementorum auctorem* Muſurum *eſſe, quae dein in Codicem MS. tranſierint, priusquam* Laſcaris *editio prodiret, quod a.* 1494. *factum.*" Haec ſpecioſa eſſe nemo neget.

get. Sed illud nescio quomodo intelligat Vir doctissimus, quod, ea supplementa ante *Lascaris* editionem in manuscriptum librum venisse, ait. Nam lacunae istae etiam in Florentina sunt. Mihi in manibus est ejusdem Aldinae exemplum, ad cujus marginem Germanus quidam, ut e figura literarum intelligi potest, Sec. XVI. notavit lectiones edd. Germ. i. e. Frobenianae & Stephanianae primae, quasdam etiam emendationes, quas in exemplo Germ. ab aliquo scriptas repererat. Ibi igitur vs. 136. in H. in L. P. sic expletur: Οὐδὲ Διὸς κορυφᾶς εἰς ἅλιον θυγάτηρ· & in margine adscriptum est: *Sic est in Latina hic repositum.* Non dubitavi, quin hoc ad veterrimam versionem Latinam pertineret, quae a *Jac. Crucio*, Bononiensi, facta est versibus. Nec in eo me fefellit opinio. Nam ea sic habet: *Is* (vertex J.) *frustra ut nihil annuit unquam: Sic hujus non sunt irrita signa Deae.* Unde non dubitari potest, quin supplementum non hoc modo, sed alterum quoque, quod in editis est, effictum sit. Nam ecce in H. in Cer. vs. 15. sic sonat: *Callichorum ad puteum Deater quoque languida sedis:* unde versus Graecus: Τρὶς δ' ἐπὶ Καλλιχόρῳ χαμάδις ἐκαθίσαο φρητὶ, facile fingi potuit. Nam alterius versus Τρὶς δ' ἐπὶ καλλίστης &c. qui primum in Stephaniana Parisiensi editus est, nullum vestigium est in hac versione. In eadem est post vs. 19. *leges ut sanxit amicas:* quod parere potuit ἑάδοτα τέθμια δῶκεν. Sed paullo post vs. 24. 25. ubi in MSS. & edd. vet. nihil est, nisi pars prima prioris,

ris, & lacuna, quae moneat, versum deesse, hi sunt versus: *Ut placeant mites populi: violentia contra Sit Cereri invisa: id quod barbara monstra probarunt.* In quibus clarum est, *Crucium* utcunque illam lacunam explere voluisse, si modo non abhorrerent, quae poneret, ab re. Sed ab hoc abit longius, quod hic in Graecis vulgatum est. In H. in Del. vs. 177. 178. versus hi sunt: *Tum castra atque urbes Phocaeaque rura timebunt: Junctaque terra mari: camposque ardere propinquos Prospicient:* ubi versus primus, cum initio sequentis, locum tenet duorum amplius versuum vulgatorum: sed ex eo, quod vulgatum est, non potest effictum esse. Nec vs. 222. 223. ex hac versione esse possunt, quae sic habet: *Latonae interea sortem miserata malignam, Ira accensa gravi atque exardens pectore toto.* Ceterum his comparandis omnibus, arbitror probabile fieri, illas lacunas conjecturis, partim ab ingenio *Marci Musuri*, partim e versione illa Cruciana, expletas, atque eas conjecturas manuscriptis quibusdam recentioribus insertas esse, qualis est Vossianus.

Sed non ingratum nos putamus facturos lectoribus, si de illa prima versione diligentius dicamus, cujus a nullo notitiam aliquam traditam reperi, praeterquam a Cl. *Saxio*, in Annalibus typographicis Mediolanensibus, & ne ab hoc quidem satis plenam & accuratam p. DXI. ubi & praefationes Crucianae editae sunt. Exstat autem, teste *Saxio*, editio hujus versionis

sine

ſine loco & anno; quam ille *Mediolano* vindicat, & circa extrema ſeculi XV. curatam putat. Utitur argumentis, uno ducto a praefatione & hymnorum & annotationum in hymnos, quarum altera dedicat verſionem *Galeatio*, altera annotationes fratri hujus minori, *Hieronymo Vicecomiti:* altero a commemoratione *Demetrii Chalcondylae* & *Jani Placentini*, quos Mediolani egiſſe conſtet, quorumque conſuetudine & judicio ſe uſum dicat. Addiderim, e priori praefatione intelligi, *Crucium* Mediolani a *Galeatiis* nutritum ſtipendiis: quod patris & filii majoris beneficio ſe dicat conſecutum eſſe, ut, quemadmodum ante in Latinis, ita nunc in Graecis literis verſari poſſit, ut alia praeteream. Sed Mediolanenſis editio repetita eſt *Bononiae* a. 1509. 4. cujus editionis exemplum reperi in Bibliotheca noſtra Paullina. Si in Mediolanenſibus exemplis annus editionis notatus eſſet, inde facile foret judicare, an Florentina editione uti *Crucius* potuerit nec ne. Sed mihi tamen valde probabile fit, eam, ſicut *Politiani* verſionem Hymni in Lav. P. e manuſcripto libro factam eſſe, quem forte & ipſum Ambroſiana Bibliotheca ſuppeditavit cum aliis. Nam in notulis Viri, quas adjecit verſioni, ſaepe proferuntur quaedam e libris Graecis, qui tum nondum typographorum praela ſubierant. Quae autem verſionis iſtius ratio ſit, ipſe exponit in epiſtola ad *Galeatium.* Nam ab initio ſe, dicit, ſingula fideliter i. e. verbum de verbo, exprimere voluiſſe: ſed mutato deinde conſilio, quod ſucceſ-

ſum non habuiſſet, *coepiſſe quaedam, quae feliciſſime Graece compoſita ſederent, pluribus verbis explicare —— pauciſſima admodum, beatiſſime conjugata, haud dijuganda putaſſe: qua ratione integras dictiones Graecas* (ῥήσεις ſcil.) *interdum inveniri.* Ex quo intelligi poteſt, ex verſione hac perpaucis in locis certo colligi poſſe, quid *Crucius* in libro ſuo habuerit: praeſertim cum non ediderit annotationes de verbis Graecis, quas in eadem epiſtola promittit. Nam quae in calce verſionis adjectae ſunt, alius generis ſunt, pertinentque ad interpretationem & illuſtrationem nominum propriorum: nec in iis quicquam eſt e critico genere, niſi quod H. in Del. vſ. 271. pro Κερχνὶς legendum putat Κεγχεὶς. Si mihi hic libellus ad manum fuiſſet, cum notas ſcriberem, diligentius ubique contuliſſem. Nunc breviter, quae percurrendo libro notavi, commemorabo. H. in Jov. vſ. 13. ſic vertit: *hic viro mulier miſceri horreſcit.* Legit ergo ἐπιμίσγεσθαι, idque male intellexit. vſ. 90. legit ἐκέλυσας, aut potius ἐκέλυσας intellexit ἐκάλυσας; nam vertit: *impedis hos* &c. H. in Apoll. vſ. 51. οὐδέ κεν αἶγες δεύοιντο βρεφέων ἐπιμηλάδες. *ut nunquam foeta eſuriat:* unde quid legerit, vix certo colligas, ut nec H. in Dian. vſ. 133. *nec genus abrumpit diſcordia.* H. in Del. vſ. 102. *Oeciadae.* ibid. 150. *donec cum aſſata eſt Coeaeis:* quo firmatur correctio a nobis inducta. Haec de prima illa verſione, poëtica, nec abſurda, dicta ſunt. Nec tacenda videtur altera verſio proſaica, vulgo non nota,

nec

nec ulli recentiorum editorum, aut *Fabricio*, memorata, quae est in editione *Benenati*. Ea habet auctorem *Nic. Goulonium*, qui fuit *Jo. Aurati* gener, & in Professione Graecae linguae in Academia Parisiensi successor. v. *Sammarthani* Elog. III. 31. Etsi autem non ubique assequitur Graeci textus sensum, tamen multis locis accuratior est Frischliniana, quae in editione posteriori *Stephani* prodita, omnes postea editiones obtinuit, nisi quod interdum in singulis verbis est emendata. De ceteris versionibus singulorum hymnorum, ut H. in Dianam, auctore *Sabino*, item H. in Lavacra Palladis, quam dedit *A. Politianus*, quia satis notae sunt, non attinet dicere.

His igitur praesidiis librorum scriptorum & editorum instructi contulimus nos ad formandum textum Hymnorum. In quo videmur nobis hoc consecuti esse, ut ille pluribus locis emendatior, quam in superioribus editionibus, nominatim Graeviana, quae adhuc emendatissima visa est, prodiret. Supplementa lacunarum, de quibus diximus, non ejecimus quidem, sed tamen inclusimus uncis, ut eo signo admonerentur lectores, non esse illa verba pro Callimachiis legenda. Uno in loco H. in L. P. vs. 135. 136. melius visum est ejicere supplementum, quod loco pepulerat lectionem omnium veterum librorum, quam certus & fidelis editor haud dubie praeferre debet merae conjecturae. De conjectura textum vix uno & altero loco mutavi, sed in re manifesta, & eruditissimorum

virorum consensu. Itaque non vereor, ne hoc nomine in temeritatis reprehensionem incurram. Unum genus est, in quo parum aequis aut peritis temere fecisse videri queam. Id pertinet ad dialectum Doricam, qua poëta usus est in Hymnis duobus, in Lav. Pall. & Cererem: in quibus aliquoties lectionem vulgatam Ionicae formae mutavi in formam Doricam. Non ubivis hoc de judicio meo feci, sed aliquoties ex auctoritate librorum scriptorum & editorum, interdum tamen etiam sine talibus auctoribus. In ea re quid secutus sim, paucis dicendum videtur: ita facilius intelligentes rem probaturos confido.

Qui librorum dialecto Dorica aut Ionica scriptorum exempla vetera tractarunt, non ignorant, librarios in iis magna vel licentia vel negligentia usos esse. Nam infinitis prope locis formas Doricas & Ionicas mutarunt in vulgares & communes. In *Homero* aliquot locis hoc est ab *Clarkio* & a nobis nuper notatum: in *Herodoto* a Cel. *Wesselingio* in Dissertatione Herodotea. Habeo collationes *Theocriti* aliquot cum MSS. libris, in quibus passim licet videre Doricas lectiones, quae non sunt in editis, & Ionicas vicissim & communes, ubi in editis exemplis Dorica bene exprimitur. In his ipsis *Callimachi* Hymnis interdum Dorismus negligitur in MSS. ubi in editis reperitur. Cum ergo boni editoris sit, certam aliquam legem sequi, arbitror in talibus libris, etiam ubi vetera exempla nihil adjuvent, Doricam formam restitui sine temeritate posse, cum res tam multis aliis exemplis, & illa per-

petua

petua inconſtantia & non ferenda defendatur: Sed cum ſatis ex *Euſtathio* aliisque Grammaticis conſtet, idque bene demonſtratum ſit a Cel. *Valkenario*, non eandem ſemper Dorismi formam fuiſſe, ſed molliorem poſterioribus temporibus factam, ea non modo adhibenda eſt cautio & moderatio, ut ne in poſterioris aetatis ſcriptores velut in *Callimachum* aut *Theocritum* inducamus formas Doricas antiquiores & duriores, conſulamusque uſum, quem vel libri ipſi vel Grammatici veteres demonſtrant. Qua nos cautione uſos eſſe in iſta correctione reperient, qui eam explorare volent. Et ſunt quaedam, in quibus non auſus ſum aliquid mutare, quod certa ratio nulla ſuppeditabat.

Supra dixi, *Henr. Stephanum* initium feciſſe addendorum epigrammatum Callimachiorum ex Anthologia, & fragmentorum, quae in ſcriptis veterum notarat. Eo initio facto, poſt ſinguli editores aliquid addere de ſuo voluere: unde novae ſemper fragmentorum acceſſiones factae. *Vulcanius* primum ex *Etym. M.* collecta addidit ſuae editionis exemplis a. 1583. relicto tamen ex eodem opere ſpicilegio. Latius vagata eſt *Daciera*, quae ex illo ipſo Etymologico, e Scholiaſtis pluribus fragmenta collegit, & notis correcta vel illuſtrata ſuae editioni adjunxit. Hanc vero longe ſuperavit *Spanhemii* diligentia, cujus collecta inſerta ſunt editioni Graevianae. Sed omnes longe longeque ſuperavit *Rich. Bentlejus*, cujus collectio pariter acceſſit Graevianae: de qua veriſſime judicat Cel. *Valkenarius* in not. ad *Schol. Leidenſia* in *Iliad.* XXII. vſ.

 398.

398. cum *opus* appellavit *perfectissimum, quod homines publici reverentes a reliquiis poëtarum colligendis deterrere deberet.* Nec modo fragmentorum summam auxit, verum etiam epigrammatum ex Anthologia inedita. Utrique collectioni aliquid prodesse tentavimus. Nam aliquot epigrammata addidimus pariter ex Anthologia inedita, aut ab aliis inde prolata, quae *Bentleji* diligentiam fugissent, & alia quaedam ex edita Anthologia, quae conjecturis doctorum, ad *Callimachum* referrentur, inprimis *Salmasii*, cujus notas eo pertinentes mecum communicavit Cel. *Ruhnkenius.* Ab eodem accepi Var. Lectiones Codicis Palatini ex Apographo Salmasiano: praeter quas etiam Excerptis e MS. qui est in Bibliotheca Senatus Lipsiensis, & Schedis Rittershusianis, usi sumus. Addidi etiam fragmentorum auctarium, in quo nonnulla a me observata & notata sunt, pleraque *Ruhnkenio* debentur, qui ex ineditis Grammaticis in gratiam meam excerpta ad me benigne misit. Erat animus ab initio, solam Bentlejanam collectionem repetere, & in singulis notula aliqua indicare, quae etiam a *Daceria* & *Spanhemio* observata essent, omniumque notas in unum quasi cinnum conjicere. Sed res tentari coepta plus difficultatis ostendit, quam praevideramus. Itaque maluimus *Graevii* consilium imitari, qui singulorum labores integros separatim edendos censuit. Itaque & Bentlejanorum ordinem mutandum non putavi, cum satis certo scirem, quaedam alieno loco esse posita, quaedam inter librorum incertorum fragmenta esse,

quae

quae ad libros Αἰτίων aut alium ſatis certis indiciis referri poſſent: ſatisque habui id in notulis, quas adſperſi, indicare.

Nunc quoniam quibus librorum praeſidiis & quomodo uſus ſim, expoſui, de ceteris breviter admonendum videtur. Primum igitur cum verſio Hymnorum vulgata multis locis parum accurata, nec ſatis Latina eſſet, malui novam facere, quam veterem & alienam interpolare. In notis primum hoc egi, ut rationem redderem eorum, quae in textu Graevianae editionis mutata eſſent, lectiones varias librorum commemorarem, conjecturas de locis ſuſpectis vel meas vel aliorum proferrem, hasque etiam excuterem pro facultate mea. In quo me ita ſpero eſſe verſatum, volui certe, ut neque temeritas mihi in textu ſollicitando, neque inhumanitas in refellendo poſſet exprobrari. Poſt id cura fuit, ut obſcura & ambigua perſpicue explicarem, quaedam etiam in verbis & ſententiis illuſtrarem. Quod feci breviter & modice. Non mihi difficile fuiſſet, in hoc genere copioſiori eſſe, & multis praeterea de verbis & formis loquendi longiores notas ſcribere, ſi voluiſſem uti obſervatis in multorum annorum lectione. Sed nec onerare librum placuit notis nimis multis aut longis, nec legenda dare, quae ad quemlibet alium ſcriptorem dici poſſent, nec proprie ad textum Callimachium pertinerent. Admiror copiam Spanhemiani commentarii, ſimiliumque in veteres ſcriptores notarum: imitari, ne ſi poſſim quidem, ſuſtineam. Nec enim in notis ad auctores veteres ſcribendis, quid utile in univer-


ſum ad doctrinam ſit, quam quid textus cujusque ſcriptoris deſideret, video: & ut ariditatem eorum non fero, qui nihil niſi oracula critica edunt, ſic redundantiam illam, etiam felicem, non valde probo. Et quoniam vel ſic magnitudo voluminis ſatis excrevit, de conſenſu doctiſſimorum amicorum ſuſtuli penitus notas *Friſchlini* & *Voetii*, in quibus nihil eſt, quod hodie aliquis in tali editione quaerat & legere velit. Ceteras, quae in Graeviana textui ſubjectae erant, omnes repetendas curavi, quod & in epigrammatis feci. Et quoniam notas alienas attigi, non ſine laude praetereunda ſunt *Ruhnkenii* noſtri, de quo ſaepe dixi, merita in Spanhemianum commentarium: quem ille multis locis ita vitioſum antea, ut ſenſus perturbaretur, diligentiſſime correxit.

In fragmentis Callimachiis erunt forte, qui copioſiores notas datas velint: quibus me non contemtu excuſare cupio, quod poſſim forte, favente majori doctorum hominum parte, facere. Valde enim vereor, ne plerique ſint in ea, qua *Kuſterus* fuit, ſententia, qui (ad *Suid.* T. II. p. 327.) non poſtulandum putabat, ut corruptas & laceras veterum ſcriptorum reliquias emendaremus & explicaremus, putentque in iis tractandis bonas horas non valde bene conſumi, cum nec ſententiae ſaepe admodum probabiles inſint, nec verba aliam, quam interdum raritatis, commendationem habeant. Atque ipſe non dubito fateri, me ſemper maluiſſe libris veterum ſcriptorum integris legendis ingenium ad copiam rerum & verborum alere, & ad elegantiam

tiam cogitandi ac dicendi acuere ac polire, quam in veterum & rariorum verborum, ut Augustus vocabat, foetoribus eruendis & tractandis, cum Grammaticis veteribus, ingenium & tempus meum, quod sic satis exercitum habeo, vexare. Ceterum cum in justa linguae Graecae scientia locum aliquem sibi & ista vindicent, praesertim apud eum, qui ejus se magistrum vel docendo, vel libris edendis ferat; non profecto nimis ista videntur contemnenda. Et sicut in contextu alicujus scriptoris integro & continente quae ex eo genere occurrunt vocabula, qualia sunt apud *Homerum* non pauca, etiam ab diligente lectore non negliguntur, nedum ab editore: sic cum velut abscissa de corpore integro reperiuntur, aliquam profecto curam & cogitationem deposcunt. Sed quod fit saepe in locis scriptorum vel aliqua vitii labe infectis, vel ambiguitate obscuris, ut non sit in potestate vel curatio, vel illustratio, ut quae posita sit in felicitate aliqua vel ingenii, suggerentis in tempore, quod sit tollendae corruptionis, aut obscuritatis, vel observationis alicujus praegressae, quae sit in promtu: id vel maxime usu venit in talium fragmentorum depravatione & obscuritate. Itaque sic ad istas reliquias *Callimachi* tractandas accessi, ut quae per observationes, quas in promtu haberem, aut cum ingenium aliquoties ad cogitandum intendissem, vel corrigi a me vel explicari aut illustrari possent, ea non negligerem, cetera aliorum felicitati permitterem, nec diuturnam & molestam contentionem ingenii adhibendam putarem: inprimis cum u-

ſus & exempla multa multorum me docuiſſent; ita moliendo & contendendo aut nihil agi, aut contortas & nitentis vultum habentes conjecturas & interpretationes naſci, a quibus ſemper non modo judicio, ſed etiam quodam naturae ſenſu, alieniſſimus fui. Quo magis gratum & nobis fuit, & lectoribus fore confido, quod Cel. *Hemſterhuſius*, qui omnes Graecae literaturae receſſus tenet, & dignus tanto magiſtro diſcipulus, *Ruhnkenius*, his fragmentis aliquid lucis & ornatus ab doctrina ſua accedere voluerunt. Atque utinam mihi otii tantum fuiſſet, ut magis uti in hac parte potuiſſem conſilio Cel. *Valkenarii*, cujus ille mihi copiam aliquando humaniſſimis literis fecit; profecto, ut intelligi poteſt ex iis, quae de ſententia ejus in notulis meis ſubinde dixi, multum lucis acceſſiſſet his fragmentis ab ejus recondita & accurata in his literis doctrina.

Haec habui, quae in principio operis novi dicerem. In quo navatam *Callimacho* & Graecis literis operam ita probari eruditis, & prodeſſe ſtudioſis cupio, ut meminerint *Ruhnkenii* mei, eique non modo gratias mecum agant, quod tam ſtudioſe atque enixe inſtitutum meum conſilio & re juvit, etiam ſpeciminibus typographicis meam in gratiam inſpiciendis, ut quam emendatiſſime exprimerentur omnia, ſed etiam faveant Viri excellenti ingenio parique doctrinae, faciantque vota, ut ei vita longiſſima cum rebus ſecundiſſimis contingat: quod ego non modo ipſius, ſed etiam communium literarum cauſſa ſerio opto. Scr. Lipſiae Idibus Jan. a. 1761.



CALLIMACHI VITA

EX

SUIDA.

Καλλίμαχος, υἱὸς Βάττου καὶ Μεσάτμας, Κυρηναῖος, Γραμματικὸς, μαθητὴς Ἑρμοκράτους τοῦ Ἰασέως, Γραμματικοῦ. γαμετὴν ἐσχηκὼς τὴν Εὐφράτου τοῦ Συρακουσίου θυγατέρα. ἀδελφῆς δὲ αὐτοῦ παῖς ἦν ὁ νέος Καλλίμαχος, ὁ γράψας περὶ νήσων δι' ἐπῶν. οὕτω δὲ γέγονεν ἐπιμελέστατος, ὡς γράψαι μὲν ποιήματα εἰς πᾶν μέτρον, συντάξαι δὲ καὶ καταλογάδην πλεῖστα. καὶ ἔστιν αὐτῷ τὰ γεγραμμένα βιβλία ὑπὲρ τὰ ω'. ἐπὶ δὲ τῶν χρόνων ἦν Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου. πρὶν δὲ συσταθῇ τῷ βασιλεῖ, γράμματα ἐδίδασκεν ἐν Ἐλευσῖνι, κωμυδρίῳ τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ παρέτεινε μέχρι τοῦ Εὐεργέτου κληθέντος Πτολεμαίου. Ὀλυμπιὰς δὲ ἦν ρκζ', ἧς κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος ὁ Εὐεργέτης Πτολεμαῖος ἤρξατο τῆς βασιλείας. τῶν δὲ αὐτοῦ βιβλίων ἐστὶ καὶ ταῦτα.

Ἰοῦς

Ἰοῦς ἄφιξις, Ἐλπίδες, Σεμέλη, Σατυρικὰ δράματα, Ἄργους οἰκισμοὶ, Τραγῳδίαι, Κωμῳδίαι, Ἀρκαδία, Γλαῦκος, Μέλη, Ἶβις. ἔστι δὲ ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν, εἴς τινα Ἶβιν, γενόμενον ἐχθρὸν τοῦ Καλλιμάχου. ἦν δὲ οὗτος Ἀπολλώνιος, ὁ γράψας τὰ Ἀργοναυτικά. Μουσεῖον, Πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων, καὶ ὧν συνέγραψαν, ἐν βιβλίοις κ' καὶ ρ'. Πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκάλων, Πίναξ τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων, Μηνῶν προσηγορίαι κατὰ ἔθνος καὶ πόλεις, Κτίσεις νήσων καὶ πόλεων, καὶ μετονομασίαι, Περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν, Περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ θαυμασίων, καὶ παραδόξων, Περὶ μετονομασίας ἰχθύων, Περὶ ἀνέμων, Περὶ ὀρνέων, Περὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ποταμῶν, Θαυμάτων τῶν εἰς ἅπασαν τὴν γῆν κατὰ τόπους ὄντων συναγωγή.



ΚΑΛ-

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ
ΚΥΡΗΝΑΙΟΥ
ΥΜΝΟΙ.

CALLIMACHI
CYRENAEI
HYMNI.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ ΚΥΡΗΝΑΙΟΥ ΥΜΝΟΙ.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΙΑ.

ΖΗΝΟΣ ἔοι τί κεν ἄλλο παρὰ σπονδῇσιν ἀείδειν
Λώϊον, ἢ θεὸν αὐτὸν, ἀεὶ μέγαν, αἰὲν ἄνακτα,
Πηλογόνων ἐλατῆρα, δικασπόλον Οὐρανίδῃσι;

Πᾶς

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ
εἰς τοὺς Καλλιμάχου ὕμνους.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΙΟΣ ΥΜΝΟΝ.

1 ΖΗΝΟΣ ἔοι] Πότερον, Ζηνὸς σπονδῇσιν; ἢ, Ζηνὸς τί λώϊον ἀείδειν;
3 Πηλογόνων] Τῶν γιγάντων, παρὰ τὸ ἐκ πηλοῦ γενέσθαι, τουτέστι τῆς γῆς.

Vf. 1. ΖΗΝΟΣ ἔοι] Mirari satis non possum quid cogitaverit Scholiastes, quum dubium esse dixit utrum genitivum Ζηνὸς cum dativo σπονδῇσιν jungere oporteret, an dicendum esset, Ζηνὸς τί λώϊον ἀείδειν; Quomodo enim non animadvertit, haec quae proxime sequuntur verba ἢ θεὸν αὐτὸν, huic posteriori expositioni repugnare? Quum enim perinde sit, ac si ipsum dei nomen repetendo, dixisset, non ἢ θεὸν αὐτὸν, sed Ζῆν' αὐτὸν, duo essent, quae idem significantia ad eandem vocem λώϊον referrentur: hoc modo, τί λώϊον Ζηνὸς, ἢ Ζῆνα αὐτόν, neque enim cuiquam dubium esse potest, quin his verbis ἢ θεὸν αὐτὸν intelligat ἢ αὐτὸν τὸν Ζῆνα: & quin idem valeat, τί λώϊον ἀείδειν Ζηνὸς, & τί λώϊον ἀείδειν ἢ Ζῆνα. Malui autem & in illa mea interpretatione, quae est adstricta, nomen Jovis repetere, quam generali dei appellatione uti: quod haec repetitio a verbis poëtae non discederet, & elegantior videretur, apertior quidem certe esset. Ita igitur sum interpretatus.

Quid Jovis in sacris potius quam Juppiter ipse Cantetur?

Poteram vero & ita interpretari,

Quid nobis potius quam Juppiter ipse canatur
Haec ad sacra Jovis?

Quin etiam hoc modo reddere potuissem,

Quid Jovis in sacris nobis sit rectius ipsum
Quam cantare Jovem?

Sed & retinendo illam ipsam generalem vocem *deus*, pro qua proprium ipsius dei nomen posui, ita vertere mihi licebat,

Quid Jovis in sacris potius mihi quam deus ipse Cantetur?

Ad Scholiastem autem ut revertar, pro illa vana (ut ita loquar) dubitatione, aliam proponere poterat, quae non omnino ratione caruisset, si dixisset dubium esse, an intelligendum sit, παρὰ σπονδῇσι Ζηνὸς τί λώϊον ἔοι ἀείδειν ἢ θεὸν αὐτόν: an, παρὰ σπονδῇσι Ζηνὸς τί ἔοι ἀείδειν λώϊον ἢ θεὸν αὐτόν. id est, τί λώϊον θεοῦ αὐτοῦ. Si, inquam, annotasset, dubium esse, an dicendum esset, τί ἔοι λώϊον ἀείδειν, accipiendo λώϊον pro melius, sive satius, eodem sensu (ut dicitur, melius est hoc dicere, vel facere: sive satius est. quamvis ego mutata

ora-



G. Hoet del.

I.v. Vianen fec.



CALLIMACHI CYRENAEI HYMNI.

IN JOVEM.

Jovi dum libatur, quid aliud magis canere 1
Conveniat, quam Deum ipſum, ſemper magnum, ſemper regem,
Terrigenûm victorem, jura dantem coelitibus?
At

orationis forma uſus ſim voce potius) an ἔοι quidem jungeretur cum infinitivo, λώϊον autem cum ἢ θεὸν αὐτόν, hoc ſenſu: Quid apud ſacra Jovis cantare quis poſſit ipſomet deo praeſtantius? Hunc autem ſenſum ſi amplexus fuiſſem, ita interpretari potuiſſem,

Quid Jovis in ſacris Jove quid praeſtantius ipſo Cantetur?

Vel hoc modo,

Inter ſacra Jovis Jove quid praeſtantius ipſo
Quis cantare queat?

Verum hic ſenſus minus mihi placet quam alter: praeſertim quum pro *praeſtantius* alia potius voce, quam λώϊον, uſurus fuiſſe videatur. Caeterum ubique meae interpretationi pronomen *ipſo* adhibeo, quoniam & a poëta Graeco ponitur itidem αὐτὸν, quod non vacat, ſed valde eſt emphaticum hoc in loco. Ac poſſet ἢ θεὸν αὐτὸν reddi etiam, *quam ipſummet deum*, vel *quam illum ipſum deum.* STEPHANUS. Add. Obſ. Miſc. V. p. 260.

Ibid. ZΗΝΟΣ] Refer ad σπονδῇσι. ANNA FABRI.

Ibid. κεν] Particula notans poſſibilitatem. A. FABRI.

Ibid. σπονδῇσι] Alii σπονδῆσι, alii σπουδῇσι legunt. Si magis prior placeat lectio, referes ad ſacrificia, quia hymni inter ſacrificandum cantari conſueverant. Si poſterior magis probetur, deſideria & cogitata mentis ipſius Callimachi intelligas neceſſe eſt. ROBORTEL. Inepta eſt poſterior lectio, vera prior. TH. GRAEVIUS.

Vſ. 3. Πηλαγόνων] Epithеton Gigantum, quos Hymno εἰς λοῦτρα τῆς Παλλάδος verſ. 8. γηγενέας vocat,

Οὐδ' ὅκα δὴ λύθρῳ πεπαλαγμένα πάντα φέροισα
Τεύχεα τῶν ἀδίκων ἦνθ' ἀπὸ γηγενέων.

Heſychius Γηγενεῖς explicat, ἄνδρες, γυναῖκες. & paulo poſt, Γηγενῶν, τῶν τὰ γήϊνα ἐργαζομένων καὶ ἁμαρτανόντων· κατὰ κοινὸν δὲ καὶ πάντες ἄνθρωποι νοοῦνται γηγενεῖς, καθὸ τὴν ὑπόστασιν ἐπὶ γῆς ἔχουσι. quae Heſychii interpretatio, Suidae de eo ſuſpicionem confirmare poſſit, fuiſſe videlicet eum μὴ Χριστιανὸν, ἀλλὰ τῆς Ἑλληνικῆς ματαιοπονίας ἀνάπλεων. Neque enim ea tantum de cauſa homines dicuntur γηγενεῖς, ſed quod e terra creati formatique ſint: qua ratione rectius πηλόγονοι vocentur. Πηλὸς enim non ſimpliciter terram, ἀλλὰ τὴν βεβρεγμένην γῆν, hoc eſt, limum ſignificat. VULCANIUS. Πηλαγόνων ante R. Bentlejum corrigi voluere Salmaſ. ad Inſcript. Vet. p. 115. & ad Steph. Byz. v. Πηλαγονία, & Stanle-

Πῶς καί νιν, Δικταῖον ἀείσομεν, ἠὲ Λυκαῖον;
Ἐν δοιῇ μάλα θυμός· ἐπεὶ γένος ἀμφήριστον.
Ζεῦ, σὲ μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσι φασὶ γενέσθαι,
Ζεῦ, σὲ δ' ἐν Ἀρκαδίῃ· πότεροι, πάτερ, ἐψεύσαντο.
Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο

Κρῆ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

4 Δικταῖον] Κρῆτα. Δίκτη γὰρ ὄρος Κρήτης.
Λυκαῖον] Ἀρκάδα. Λυκαῖον, Ἀρκαδίας ὄρος.

5 Ἀμφήριστον] Ἀμφίλογον.

6 Ἰδαίοισιν] Ἴδη, ὄρος Κρήτης καὶ Τροίας· νῦν δὲ τὸ Κρήτης φησί.

7 Πότεροι] Ἐν ἤθει ἀναγνωστέον τὸ πότεροι.

8 Κρῆτες ἀεὶ] Παροιμία ἐστὶ τὸ κρητίζειν ἐπὶ τοῦ ψεύδεσθαι, ἀπὸ Ἰδομενέως τοῦ Κρητὸς ῥηθεῖσα· ὃς λαχὼν μερίσαι τοῖς Ἕλλησι τὰ λάφυρα τοῦ Ἰλίου, τὰ κρείττω ἑαυτῷ περιεποιήσατο.

Τάφον] Ἐν Κρήτῃ ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Μίνωος ἐπεγέγραπτο, Μίνωος τοῦ Διὸς τάφος. τῷ χρόνῳ δὲ τὸ, τοῦ Μίνωος, ἀπηλείφθη· ὥστε περιλειφθῆναι, Διὸς τάφος. ἐκ τούτου οὖν ἔχειν λέγουσι Κρῆτες τὸν τάφον τοῦ Διός. ἢ ὅτι Κορύβαντες λαβόντες αὐτὸν ἐπὶ τὸ κρύψαι διὰ τὸν Κρόνον, προσεποιήσαντο τάφον αὐτῷ.

jus ad Aeschylum, Prom. vs. 351. Si πηλαγόνων esset a πηλάγονοι, simile foret διδυματόκος H. in Apoll. 54.

Vs. 4. Πῶς καί νιν] Post νιν interpunxi, ut implicita esse verba ostenderem, pro πῶς καί νιν ἀείσομεν; Δικταῖον, ἠὲ Λυκαῖον; Sed hoc etiam sciat lector, posse omitti interrogationis notam post Λυκαῖον, ut suspendatur oratio, & unum sit membrum, ἐν δοιῇ μάλα θυμὸς, πῶς καί νιν ἀείσομεν. Verum plus gratiae alteri lectioni inest. Steph. Bis intellige ἀείσομεν. A. Fabri. Eadem figura est in Homeri H. in Apollin. 207. Πῶς τ' ἄρ σ' ὑμνήσω πάντως εὔυμνον ἐόντα;

Ibid. Δικταῖον] Cretensem fuisse crediderim, qui Dictam Cretae montem quasi τίκταν appellatam scribit: διὰ τὸ τεκέσθαι ἐκεῖ τὸν Δία. Neque enim ibi natus, sed educatus est Jupiter. ideoque statua imberbis Jovi apud Dictam posita. Vulcan.

Ibid. Λυκαῖον] Pindar. Od. 13. Olymp. in Antistroph. 5. Strophes,

— τὰ δ' ὑπ' ὀφρύϊ Παρνασσίᾳ, ἀμφ' Ἄργει τε, ὅσα καὶ ἐν Θήβαις, ὅσα τε Ἀρκάσ' ἀνάσσων, μαρτυρήσει Λυκαίου βωμὸς, ἄναξ. —

A. Fabri.

Ibid. ἀμφήριστον] Nota ἀμφὶ ἔριστον ἀμφήριστον. A. Fabri.

Vs. 5. Ἐν δοιῇ μάλα θυμός·] Imitatio Homeri Il. I. 230. ἐν δοιῇ δὲ, σαωσέμεν ἢ ἀπολ. ubi vid. Eustath. Add. Cl. Valkenar. Animadv. ad Ammon. p. 68.

Ibid. γένος] Male interpretes de *genere* cepere. Intellige *locum natalium* vel *patriam*. De genere Jovis nemo unquam dubitavit. Similis error est versionis apud Euripidem Bacch. 121. διογενέτορες ἔναυλοι, ubi versio habet *Jove geniti incolae*, inepte. Immo: *antrum ubi Jupiter natus*.

Vs. 6. Ζεῦ, σὲ μὲν, Ζεῦ, σὲ δὲ] Nota redditionem particularum, quae omnino ad venustatem linguae Graecae conferunt. A. Fabri.

Ibid.

Aτ qualem ipſum canamus, Dictaeum an Lycaeum?
In dubio admodum eſt animus: quippe patria controverſa eſt.
Te, Jupiter, alii Idaeis in montibus dicunt natum,
Te, Jupiter alii in Arcadia. Utri, Pater, mentiuntur?
Cretenſes ſemper mendaces. Etenim ſepulcrum, o rex, tuo nomine

Cre-

Ibid. Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσι] Quidam οὔρεα hic vertices montium ſive cacumina vocari putarunt, itidemque apud Theocritum, ubi dicit ὤρεα μακρὰ Λυκαίω: ſed cur illis aſſentiendum ſit, non video. STEPH. Οὔρεα dicit pro ſummitatibus, & faſtigio montium, ut & Theocritus ὤρεα μακρὰ Λυκαίω. Verum Ἰδαῖα οὔρεα, eſt mons Ida, ut ὤρεα Λυκαίω, mons Lycaei, pro Lycaeus, ut *flumen Rheni* pro Rhenus, *mons Soractis* pro Soracte apud Latinos. TH. GRAEV.

Vſ. 8. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται] Perinde eſt ac ſi diceret, Sed quid opus ex te ſciſcitari, utri ſint mentiti, Cretenſes, an Arcades? quum Cretenſium mendacia in proverbium etiam abierint? & quidem, ſicut mendacii de tuo ſepulcro manifeſti ſunt, ita, quin de tuis quoque natalibus mentiri auſi fuerint, minime dubitandum ſit. Ideo ego in mea interpretatione hujus hymni, non illa cujus principium paulo ante attuli, ſed altera, quae libera eſt ac paraphraſtica, ita locum hunc expoſui,

Verum ex te quid ſcire adeo manifeſta laboro?
Eſſe equidem Cretam recte dixere priores
Mendacem ſemper. mendaci audacia linguae
Tanta eſt, ut tumulo te dixerit eſſe repoſtum
Quem fabricata tibi eſt: quum non ſis lumine caſſus:
Imo nihil mortale geras, ſed perpetis aevi
Jus teneas, ſpernaſque trium mala fila ſororum.
Quum vero mentita tuum ſit Creta ſepulcrum,
Nec de ortu res mira tuo vana eſſe loquutam.

Caeterum Naſo reſpiciens ad haec verba, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται (ſive ex hoc Callimachi loco, ſive ex Epimenidis verſu petita, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί, quem & D. Paulus citat) mendacem & ipſe Cretam appellavit, hoc in loco,

Nota cano. non hoc quae centum ſuſtinet urbes,
Quamvis ſit mendax, Creta negare poteſt.

Apud eundem poëtam Minos Cretam appellat Jovis incunabula, Metamorph. 8.

Certe ego non patiar Jovis incunabula, Creten,
Qui meus eſt orbis, tantum contingere monſtrum.

Item in epiſtola Ariadnes vocatur *puero cognita terra Jovi:* & Phaedra apud eundem ſcribit Hippolyto. *Eſt mihi dotalis tellus Jovis inſula Crete.* Sed tamen Metamorph. libro 2. idem poëta dicit Jovi impenſiorem curam eſſe ſuae Arcadiae: *terras hominumque labores Perſpicit, Arcadiae tamen eſt impenſior illi Cura ſuae.* ubi, quum dicitur Jupiter majorem curam gerere Arcadiae ſuae, videtur ſignificari, Arcadiae patriae ſuae, ſive terrae ſibi natalis. STEPHAN. Male audierunt olim vanitatis nomine Cretenſes, vel ipſo Paulo teſte. neque vanitatis tantum, verum etiam improbitatis & nequitiae, ut & Cappadoces & Cilices, unde proverbium τρία κάππα κάκιστα. cujus etiam meminit

Κρῆτες ἐτεκτήναντο. σὺ δ' ἐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ αἰεί.
Ἐν δέ σε Παῤῥασίῃ Ῥείη τέκεν, ἧχι μάλιστα
Ἔσκεν ὄρος θάμνοισι περισκεπές· ἔνθεν ὁ χῶρος
Ἱερὸς, ἐδέ τί μιν κεχρημένον Εἰλειθυίης
Ἑρπετὸν, ἐδὲ γυνὴ ἐπιμίσγεται. ἀλλά ἑ Ῥείης
Ὠγύ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

10 Παῤῥασίῃ] Ὄρος Ἀρκαδίας τὸ Παῤῥάσιον, ἀπὸ Παῤῥάσε τε Λυκάονος.

13 Ἑρπετὸν] Οὔτε ἑρπετὸν, οὔτε γυνὴ χρήζεσα τε τεκεῖν ἐπιμίσγεται. Ἢ ἔτως· ἐ χρήζει Εἰλειθυίας, τετέςι γεννήσεως. ὅτι πᾶν ζῶον εἰσιὸν ἐκεῖ μεμολυσμένον, ἄγονον ἐγίνετο, καὶ σκιὰν τὸ σῶμα αὐτε ἐκέτι ἐποίει.

minit Κωνςαντῖνος ὁ πορφυρογεννήτης, περὶ θεμάτων. quem, volente Deo, propediem emittam in lucem. VULCAN. Proverbii vice olim jactabatur iſtud. Meminit Paulus Apoſtolus, qui ab Epimenide, quem Prophetam vocat, deſumpſit, ut probant Hieronymus Epiſt. ad Tit. Auguſtinus contra Adverſarium Legis, Chryſoſtomus, Serm. 3. Epiſt. ad Tit. & Origenes lib. 3. contra Celſum. Et ab Epimenide potuit etiam ſumere Callimachus, ſed nemo auſit affirmare, quum adeo tritum fuerit, ut in ore etiam pueris haberetur: & omnino falſus eſt Epiphanius in Panario, qui putavit Callimachum non tantum hemiſtichion, ſed diſtichion integrum ab Epimenide deſumpſiſſe; nam nil tale apud illum unquam lectum fuit. A. FABRI. Suidas: Κρητίζειν τὸ ψεύδεσθαι. Ἰδομενεὺς γὰρ ἐπιτραπεὶς τὸν ἀπὸ τῶν λαφύρων χαλκὸν διανεῖμαι, τὸν ἄριςον ἑαυτῷ ἐξείλετο. καὶ ἑτέρα παροιμία, κρητίζειν πρὸς Κρῆτας. ὅτι ἀπατεῶνές εἰσι. ROBORT. Mendacii etiam arguit Cretenſes Lucanus extremo VIII.

Tam mendax Magni tumulo, quam
Creta Tonantis.

Et Nonnus, Dionyſiac. lib. VIII.

Οὐ γὰρ ἀεὶ παρέμιμνε Διὸς ψευδήμονι τύμβῳ,
Τερπομένη Κρήτεσσιν, ἐπεὶ πέλον ἀτεροπῆες.

Nec enim ſemper manebat apud Jovis mendacem tumulum,
Oblectata Cretenſibus, cum eſſent mendaces.

Vide & Meurſii Cretam lib. II. cap. 4. TH. GRAEV.

Ibid. Κρῆτες] Prima verba ſunt ab Epimenide ſumta, ut bene notat Politianus. David Ruhnkenius V. C. mecum communicavit excerptum e Lexico MS. Bibl. R. Pariſ. quod hic non incommode locum habebit: Κρῆτες παρὰ τὸ ἐπὶ κρέασι βιοτεύειν. κυνηγετικοὶ γάρ. ὁ δὲ Ἀπολλόδωρος ἐν ἐτυμολογίαις, παρὰ τὸ εὖ κεκρᾶσθαι τὸν ἐπὶ τὴν νῆσον ἀέρα. ἐκ τέτε φησὶν τὲς Κρῆτας νομισθῆναι, ὡς Θέτιν καὶ Μηδείαν ἐρίσαι παρὰ κάλλει ἐν Θεσσαλίᾳ, καὶ κριτὴν γενέσθαι Ἰδομενέα καὶ προσνεῖμαι Θέτιδι τὴν νίκην. Μηδείαν δ' ὀργισθεῖσαν εἰπεῖν· Κρῆτες ἀεὶ ψεῦςαι, καὶ ἐπαράσασθαι αὐτῷ μηδέποτε ἀλήθειαν εἰπεῖν, ὥσπερ ἐπὶ τῆς κρίσεως ἐποίησεν· ὁ δὲ Ἐπιμενίδης ὁρῶν τὲς Κρῆτας τάφον δειμαμένες τῷ Διῒ, καὶ τιμῶντας ὡς ἕνα τῶν ἀνθρώπων, εἶπε· Κρῆτες ψεῦςαι τύμβον σοὶ δομήσαντο, σὺ δ' ἐ θάνες, ἔσῃ γὰρ ἀεί. Hujus gloſſae prima verba usque ad ἀέρα ſunt etiam in Etym. M. niſi quod ibi eſt vitioſe κέρασι, quod hinc corrigendum. Mox ante ἐκ τέτε φησὶν excidit nomen Grammatici, cujus iſta narratio fuit, itemque mox ψεῦςας: ἐκ τέτε φ. τ. Κ. ψεῦςας νομισθῆναι. Mox pro παρὰ κάλλει corrigendum περὶ κάλλες. Verba Epi-

Cretenses struxerunt. Tu autem non es mortuus. Vivis enim semper.
In Parrhasio vero te Rhea peperit, qua parte maxime
Densus mons virgultis. Inde locus
Sacer, neque eum indiga Lucinae
Fera, aut mulier adit: sed eum Rheae

Pa-

Epimenidis sunt ejusmodi, ut versuum insint vestigia, sed memoriter prolatorum, ut sententia versuum utcumque exprimeretur. Sed quia posteriora sunt plane Callimachi, fortasse Grammaticus nomen Epimenidis temere pro Callimacho posuit.

Vs. 9. ἐτεκτήναντο] Removendum est ι subscriptum, cum hocce tempus a futuro proficiscatur, ubi nullum est. Sit semel monuisse satis. A.Fabri.

Vs. 10. Παῤῥασίῃ] MSS. Vat. Ambr. & Voss. Παρνασίῃ. Sic Origenes laudans hunc versum contra Celsum III. p. 137. Παρνασίοις. Sed verissime Arnaldus Animadv. c. 10. corrigit Παῤῥασίῳ, quod est montis nomen. cf. H. in Dian. 99. Consentit Scholion ad h. l. favetque locus Origenis. Frustra objicit Vir doctus in Obs. Misc. V. p. 260. frigidam existere ταυτολογίαν. *Rhea te peperit in monte Parrhasio, ubi mons est.* Non sic sententia concipienda, sed in hunc modum: Rhea te peperit in Parrhasio (monte) qua parte ille mons densissimus est virgultis.

Vs. 11. ἔνθεν ὁ χῶρος] Ait Callimachus, eum Arcadiae locum, ubi Jupiter natus, nullis mulieribus, aut animalibus reptilibus adire licuisse, quod certissimum nempe divinitatis indicium esset. Quo pertinet locus Pausaniae, quem Frischlinus allegat. Meursius. Simile quid narrat Theocritus primo Idyllio vs. 125.

> αἰπύ τε σᾶμα
> Τῆνο Λυκαονίδαο, τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγαστόν.

h. e. *& sublime sepulcrum illud Lycaonidae, quod & diis beatis est venerabile.* Intelligit autem sepulchrum Maenali Lycaonis filii; ubi habetur in Scholiis: ἀγητὸν, θαυμάσιον δηλαδὴ, ὅτι εἰσερχόμενα ζῶα ἄγονα ποιεῖ. Robort.

Ibid. οὐδέ τί μιν] Μιν non convenit verbo ἐπιμίσγεσθαι, quod dativo jungitur. Itaque R. Bentlejus vult rescribi μὲν vel οἱ. Malim cum Cl. Lennepio ap. Ruhnken. Ep. Crit. I. p. 64. οὐδέ τι μήν.

Vs. 12. κεχρημένον Εἰλειθυίης] Non exposui κεχρημένον Εἰλειθυίης, *expertum Lucinam*, id est, partus labores: quasi verba illa sonarent *Lucina usum*, id est, Lucinae auxilio: sed quum κεχρημένον junctum genitivo viderem, non dativo, censui vertendum, *indigens Lucina*, seu *indigum Lucinae*. id est, indigum auxilii Lucinae. Exempla autem hujus significationis participii κεχρημένος cum genitivo, apud poëtas, suppeditabit Thesaurus meus Graecae linguae. Ut vero altera expositio, quae a Scholiaste affertur, locum habere posset, Callimachum aliter loquutum esse, & negativam particulam non cum ἐπινίσσεται, sed cum κεχρημένον, aut alio ejusdem significationis junxisse oporteret. Apud eundem Scholiastem eo in loco non dubito, quin vox σκιὰν pro alia irrepserit. Caeterum pro γυνὴ κεχρημένη Εἰλειθυίης, alia elegantiore periphrasi utens, dicit alibi, ἅτις Ἐλειθυία τείνει χέρα. Steph. Diana cur sit Ilithya dicta, etiam ab Horatio, id exponit Gyrald. in suo syntagmate. Ita infra, ἅτις Ἐλειθυία τείνει χέρα. Utraque est periphrasis parturientis. Ἐλειθυία enim, sive Εἰλείθυια (utrumque enim dicitur) est ὠδίνων ἐπαρωγὸς, ut Orpheus loquitur, & λεχέων ἐπίκουρος, atque adeo λυσίζωνος, quam Latini Lucinam vocarunt, quod foetum producat in lucem. Horatius,

> *Rite maturos aperire foetus*
> *Lenis Ilithya, tuere matres.*
> *Sive tu Lucina probas vocari,*
> *Seu genitalis.*

Ὠγύγιον καλέουσι λεχώϊον Ἀπιδανῆες.
Ἔνθά σ' ἐπεὶ μήτηρ μεγάλων ἀπεθήκατο κόλπων,

Αὐ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

14 Ἀπιδανῆες] Οἱ ἀρχαῖοι Ἀρκάδες.

Per hanc poëtae veteres adumbrarunt Dianam, hoc est, Lunam; ut Callimachus ipse testatur hymno in Dianam vers. 21. sqq. ubi Scholiastes, ἡ αὐτὴ γὰρ, inquit, ἐστι τῇ Εἰλειθυίᾳ. Causam vero hanc crediderim, quod Lunae sidus, ut ait Plinius lib. 11. cap. 101. foemineum ac mollem solvit humorem & trahit, & cuncta humifico suo spiritu laxat, ideoque partum saepenumero celeriorem facilioremque reddit. κεχρημένον vero genitivo conjunctum, indigum significare, adeo notum est, ut qui multis id exemplis doceat, is τοῦ κεχρημένος videatur. VULCAN.

Ibid. κεχρημένον Εἰλειθυίης] Fundus formae hujus Homerus Od. A. 13. Adde Virum doctum Obs. Miscell. Nov. T. 1. p. 76.

Vs. 12. 13. οὐδέ τί μιν κεχρημένον Εἰλειθυίης Ἑρπετὸν, οὐδὲ γυνὴ ἐπινίσσεται.] Vertunt: *neque eum aliquod indigens Lucinae reptile, neque mulier adit ulla.* Et vides sic sentire interpretes omnes. Cur tantum reptilium hic meminit, & cum homine conjungit? An ergo alia animalia in illo loco pepererunt? Verte, *neque praegnans animal, neque mulier adit ulla.* Ἑρπετὰ enim, quamvis proprie dicantur ἄποδα, reptilia, significant tamen quaevis etiam animalia. Etym. Mag. Ἑρπετὸν ζῶον χερσαῖον. παρὰ τὸ ἐρείπειν, τὸ καταπίπτειν, τὸ μὴ ὀρθὸν περιπατεῖν. Ἑρπετὸν *animal terrestre, a* τὸ ἐρείπειν, quod est *cadere, quod non incedant erecta*, sed in terram scilicet prona. Paullo post: Κυρίως τὰ ἄποδα εἴρηται ἑρπετὰ, ἀπὸ τοῦ πίπτειν ἐν ἔρᾳ, καταχρηστικῶς καὶ τὰ τετράποδα. *Proprie pedes non habentia dicuntur* ἑρπετὰ, *a* τὸ πίπτειν ἐν τῇ ἔρᾳ, *quia in terra serpunt. Per catachresin autem etiam quadrupedes sic dicuntur.* Sic Lacaena canis apud Pindarum Pythionic. vocatur τρέχειν πυκνότατον ἑρπετὸν, *velocissimum animal.* Homerus quoque Ὀδυσσ. δ'.

ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν
Ἑρπετὰ γίνονται, καὶ ὕδωρ, καὶ θεσπιδαὲς πῦρ.
quaecunque in terra
Animalia sunt, & aqua, & divinus ardens ignis.

ubi male quoque Latini interpretes, *reptilia*, quamvis a Didymo meliora docti essent, qui notat: ἑρπετὰ κυρίως μὲν οἱ ὄφεις· καταχρηστικῶς δὲ νῦν πάντα τὰ θηρία. *proprie quidem* ἑρπετὰ *sunt serpentes: sed per catachresin omnia hic dicuntur animalia.* & sic apud Callimachum; cujus sententia est, nullum aliud in illo loco, ubi natus est Jupiter, animal, nullam mulierem peperisse. ἕρπειν apud Dores, ut saepissime apud Theocritum, est ire, incedere, ut non mirum ἑρπετὰ dici animalia non modo quae serpunt, sed incedunt. Haec patris mei est observatio. TH. GRAEV.

Ibid. ἐπιμίσγεται] Sic MSS. Reg. Vat. Ambr. uterque, & editiones veteres ante Benenatum omnes: atque ita restitui volebat R. Bentlejus. Itaque fecimus, librorum auctoritatem secuti. Verbum ἐπινίσσομαι nuspiam apud Callimachum, sed semper ἐπιμίσγομαι occurrit, natumque videtur hoc loco e vs. 25. Ἐπιμίσγεσθαι est verbum Ionibus in primis usitatum, unde saepissime apud Herodotum reperitur. Habet etiam Thucyd. I. 13. & Xenoph. Cyrop. VII. p. 512. Ed. Hutch. Inde elegans verbum εὐεπίμικτος de portu apud Polluc. I. 100. & apud Strabonem XI. p. 754. B: χώρα εὐεπίμικτος, *aditu facilis.* Est quidem ἐπινίσσεται apud Theocr. Id. IX. 43. ut recte monet Vir doctus in Obs. Misc. V. p. 260. sed ibi est aliter: ἔνθα ἐπινίσσεται, *ubi advenerit:* neutraliter dicitur & sine regimine. Aptior est locus Nicandri Ther. 470 οὔρεα ἐπινίσσεται. quem ad lectionem hujus loci ἐπινίσσεται.

Parientis antiquum cubile vocant Apidanes.
Ibi te postquam mater divino deposuerat gremio,
Sta-

σθαι defendendam attulit Cl. Ruhnkenius Ep. Crit. I. p. 64. qui idem verbum pro ἐπιμίσγεσθαι bis reponit apud Hesiodum Theog. 802. 803. quod non imiter. Profertur etiam hujus verbi exemplum e Sophoclis Oed. Col. 720. ubi de Cephiso, πεδίων ἐπινίσσεται: sed ibi scribendum πεδίων ἔπι νίσσεται, *per campos, in agris labitur.* Quod autem Lamb. Bos Animadv. p. 126. putat, facilius a librariis τῷ ἐπινίσσεσθαι substitui potuisse ἐπιμίσγεσθαι, ut notius: id in hunc locum non satis convenit. ἐπιμίσγεται sensu adeundi minus facile concoxerit imperitus librarius, quam ἐπινίσσεσθαι, cum praesertim in vicinia esset νίσσεσθαι. Certe ego libros veteres sequi malui.

V. 14. Ὠγύγιον] Magis placet lectio ex Scholiaste adscripta margini ὠγύγιοι. merito enim Apidanenses, Arcadiae populi, vocantur ὠγύγιοι, id est, prisci (quum etiam ipsi Arcades dicti sint προσέληνοι: & fluvius eorum Ladon, cujus mentio fit statim post, vocetur ὠγύγιος a Dionysio, ἐν τῇ περιηγήσει) at λεχώϊον Ῥείης dictum simpliciter fuisse, id est, sine tali adjectione qualis est adjectivi ὠγύγιον, credibile sit. Illud autem Arcadum epithetum προσέληνοι ab Ovidio non uno in loco exprimitur per periphrasin: dicente de Arcadia alicubi *Gens luna prior*, alicubi *Terra luna prior.* STEPH.

Ibid. Apud Dionysium de situ orbis ὠγυγίη Τύρος, antiqua Tyrus, pro quo Virgilius dixit,

Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni.

& Hesychius ὠγύγια τείχη exponit τὰ ἀρχαῖα. MEURS.

Ibid. Ὠγύγιον] Frustra Stephanus malit ὠγύγιοι, ut bene monet Meursius. Magis poëticum est, de terra dici, quam de populo. Ipse noster H. in Del. 160. ὠγυγίην νῆσον, & infra vs. 40. παλαιότατον ὕδωρ. Pindarus Nem. VI. 73. Φλιοῦντος ὑπ' ὠγυγίοις ὄρεσι. Add. Spanhem. ad h. l. Bene Eustathius ad Dionys. Geogr. 417. ubi ὠγύγιος Λάδων· ὠγύγιον δὲ λέγει διὰ τὴν περὶ αὐτοῦ ἀρχαιολογίαν, sicut ὠγύγιος μῦθος, *fabula vetus*, apud Nicandrum Ther. 342. Neque vero erat, quare Stanlejus ad Aeschyl. Sept. c. Theb. 327. *vetustum* ineptum montis epitheton appellaret, idque etiam in hunc locum Callimachi convenire diceret. Non ineptus certe fuit Virgilius, cum Italiam *terram antiquam* diceret, h. e. antiquissimis temporibus habitatam, notam. Sic h. l. antiquum Rheae lectum puerperae intelligemus, antiqua fama notum ac celebratum. Correctioni ὠγύγιοι etiam adversatur τὸ καλέουσι, cum deberet esse ἐκάλουν, ἐκάλεσαν. Etsi vs. 45. & H. in Dian. vs. 199. καλέουσι sic dicitur: tamen loca huic non sunt satis similia.

Ibid. καλέουσι] Ed. Ald. κλέουσι. Nisi est operarum vitium, potest in hoc verbo latere κλείουσι, quod est infra vs. 51.

Ibid. Ἀπιδανῆες] Dionysius de situ orbis, de Peloponneso loquens:

Κὰδ δὲ μέσην νῆσον, κοίλην χθόνα ναιετάουσιν
Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες.

ubi Eustathius ab Apide Phoronei filio Apiam dictam, & Arcades Ἀπιδανῆες innuit. Alii, citante eodem Eustathio, Ἀπίαν & Ἀπιδανεῖς dici volunt, & quidem convenientius sententiae Callimachi, κατὰ στέρησιν τοῦ πιεῖν, καὶ τῶν πιδάκων. unde & πολυδίψιος vocari possit. Eadem vero ratione etiam Arcadia Ἀζηνὶς dicta, διὰ τὴν ἄζην, τουτέστι ξηρασίαν, & gens ipsa Ἀζᾶνες. VULCAN.

Vs. 15. μεγάλων ἀπεθήκατο κόλπων] Sic Callimachus κόλπων appellatione est usus H. in Dian. 24. Ὅττι με καὶ τίκτουσα καὶ οὐκ ἤλγησε φέρουσα Μήτηρ, ἀλλ' ἀμογητὶ φίλων ἀπεθήκατο κόλπων. At vero ib. 71. in magis usitata significatione ponitur, ubi de puella expavefacta dicitur, ἡ δὲ τεκούσης δύνει ἔσω κόλπους. Illum autem verbi ἀπεθήκατο usum imitatus est Catullus, quum de Diana cecinit, *Quam mater*

 prope

Αὐτίκα δίζητο ῥόον ὕδατος, ᾧ κε τόκοιο
Λύματα χυτλώσαιτο, τεὸν δ' ἐνὶ χρῶτα λοέσσαι.
Λάδων ἀλλ' οὔπω μέγας ἔρρεεν, οὐδ' Ἐρύμανθος
Λευκότατος ποταμῶν. ἔτι δ' ἄβροχος ἦεν ἅπασα
Ἀρκα-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

17 *Λύματα*] Καθάρματα. τὸ δὲ χυτλώσαιτο, ἀντὶ τοῦ ἀπολούσαιτο.
18 Ἐρύμανθος] Δὲ, ποταμὸς Ἀρκαδίας.

prope Deliam depoſivit olivam. Nam deponere proprie idem ſonat, quod ἀποτίθεσθαι. ac conſentaneum certe eſt, ut deponere foetum dicatur, quae parit, quum onus appellari ſoleat, quamdiu eſt in utero: cujus ſignificationis apud Ovidium paſſim & apud alios exempla extant. STEPH.

Ibid. ἀπεθήκατο κόλπων] περιφραστικῶς, pro ἔτικτε. Pindarus, ἁ δὲ φοινικόκροκον ζώναν καταθηκαμένα, κάλπιδά τ' ἀργυρέαν Λόχμας ὑπὸ κυανέας τίκτε θεόφρονα κοῦρον. VULCAN.

Ibid. μεγάλων ἀπεθήκατο κόλπων] Ἀπεθήκατο, *peperit*, etiam dixit ſimpliciter Euphorion apud Steph. Byz. in Βοιωτία. A quo ritu hoc verbum ad partum ſignificandum translatum ſit, docet Iſ. Voſſius ad Melam p. 357. niſi malis ab onere ductum putare, de quo ἀπεθήκατο Apollon. Rhod. I. 129. Eadem forma eſt H. in Dian. vſ. 25. ubi vide. Imitati ſunt Latini. v. Burmannus ad Phaedrum I. 1. 85. Μέγας ſolemne epitheton in Diis intelligendum *divinus*, *auguſtus*. vſ. 30. μέγαν πῆχυν.

Vſ. 16. δίζητο ῥόον ὕδατος] τὸ & propter caeſuram & propter ſequentem litteram ρ producitur. Eadem forma eſt apud Apollon. Rhod. I. 1208. Δίζητο κρήνης ἱερὸν ῥόον.

Vſ. 17. Λύματα] τὰ ἀποκαθάρματα, quaſi λούματα· ita poſtea H. in Apoll. ſub finem, de Euphrate loquens, πολλὰ λύματα γῆς, cui ſtatim, ſe ipſe explicans, ſubjungit, καὶ πολλὸν ἐφ' ὕδατι συρφετὸν ἕλκει. Porro ἀποκαθάρματα, λύματα ab Achaeis dicta fuiſſe, teſtatur Pauſanias in Arcadicis, inquiens: ὠνόμαζον δὲ ἄρα οἱ Ἀχαιοὶ τὰ καθάρματα λύματα. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ὅμηρος, ἀπολυμαίνεσθαι ἐπὶ τῇ λύσει τοῦ λοιμοῦ τοὺς Ἕλληνας, καὶ ἐμβάλλειν τὰ λύματα εἰπὼν εἰς τὴν θάλασσαν. Verſus Homeri Ιλ. α. ita habet,

Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.

Dant etiam lucem huic loco, quae ibidem Pauſanias de Lymace in Nedam fluente ſcribit: γενέσθαι δὲ τοὔνομα τῷ ποταμῷ καθαρσίων τῶν Ῥέας εἵνεκα. ὡς γὰρ δὴ τεκοῦσαν τὸν Δία ἐκάθηραν ἐπὶ ταῖς ὠδῖσιν αἱ νύμφαι, τὰ καθάρματα εἰς τοῦτον ἐμβάλλουσι τὸν ποταμόν. Λύμακα itaque fluvium vocatum vult ἀπὸ τῶν λυμάτων, quae in illum abjecta ſunt, Λούσιον vero, cujus ſupra meminerat Pauſanias, ἐπὶ λουτροῖς τοῦ Διὸς τεχθέντος. VULCAN.

Ibid. ᾧ κε τόκοιο Λύματα χυτλώσαιτο] Sic hymno in Delum dicit Peneus fluvius Latonae, *Scio & alias puerperas undis meis ſe laviſſe.* οἶδα καὶ ἄλλας λουσαμένας ἀπ' ἐμεῖο λεχωΐδας. STEPH.

Ibid. χυτλώσαιτο] Heſychius interpretatur χυτλῶσαι, μετὰ ἐλαίου λούσασθαι, & τὸ ἀλεῖψαι μετὰ τὸ λούσασθαι. Putarim itaque ὕστερον πρότερον verſui Callimachi ineſſe, cum inquit,

—— ᾧ κε τόκοιο
Λύματα χυτλώσαιτο, τεὸν δ' ἐνὶ χρῶτα λοέσσαι.

Prius enim abluendum erat corpus, deinde inungendum. VULC.

Ibid. τόκοιο Λύματα] Plaut. in Amphitr. duobus locis, Terent. in Andria Act. 3. Scen. 2.

Nunc primum fac iſthaec ut lavet.

Male Vulcanius, qui vertit *ſordes nati;* neque enim de corpore nati, ſed de ſuomet intelligendum. A. FABRI.

Ibid. ᾧ κε τόκοιο Λύματα χυτλώσαιτο] Solebant quondam partum e matris

utero

Statim quaerebat fluvium, ubi prolis
Sordes ablueret, corpusque tuum lavaret.
Sed Ladon magnus nondum fluebat, nec Erymanthus
Limpidissimus fluviorum: sed adhuc sicca erat omnis Arca-

utero prodeuntem aqua abluere. Moris ejus quoque apud hunc nostrum auctorem vestigium, H. in Del.

—— εἶδα καὶ ἄλλας
Λυσαμένας ἰσ' ἐμεῖο λεχωΐδας.

Ita malim legere, quam ἀπ' ἐμεῖο. Apud Lucianum quoque τραγοποδάγρα.

Ὅτε γὰρ λεχόνων σε τεκοῦσα
Μοῖρα, Κλωθώ τοι ἔλουσεν..

Ennius Andromeda apud Nonium in Lavit: *Nam ubi introducta est, puerumque ut lavent, locant in clypeo.* Vas in quo abluebantur, Latinis *labrum*, *labellum*, & *alveum* appellatum. Isidor. Orig. lib. 12. cap. 6. *Labrum vocatum, eo quod in eo lavationem solitum est fieri infantum, cujus diminutum labellum. Idem & alveum, quod in eo ablutionem fieri solitum sit.* MEURS. in Lycophr.

Ibid. —— τεὸν δ' ἐνὶ χρῶτα λοέσσαι.] Hoc de Phoebo itidem dictum esse a Callimacho, docebo in versum 32. STEPH.

Vs. 18. Λάδων ἀλλ'] Not. ἀλλὰ significare δὲ, quod nemo adhuc monuit. A. FABRI.

Ibid. Λάδων μέγας ἔῤῥεεν] Dionys. 417. μηκύνεται ὕδασι Λάδων, quod est μέγας ἔῤῥεεν, si ad verbum potius, quam substantivum referas, ut est apud Thucyd. II. 5. ἐῤῥύη μέγας, *copiosus fluxit.* Sed hic paullo aliter est, videturque potius fluminis epitheton esse.

Ibid. οὐδ' Ἐρύμανθος] Erymanthus & mons Arcadiae erat, & fluvius, in Alpheum defluens, ut ait Plinius lib. IV. cap. VI. Callimachus de fluvio hic agit. MEURS.

Vs. 19. Λευκότατος ποταμῶν] Proprie. Nam λευκὸς idem est quod διαφανὴς καὶ λαμπρός. ἀπὸ τοῦ λεύσσω, τὸ βλέπω. Ita Oppianus ἀργυφέους ποταμοὺς vocat, splendidos, puros, vitreos, pellucidos. & Callimachus in Cer. 28. ἀλέκτρινον ὕδωρ, τουτέστι, διαυγὲς, παρὰ τὸ ἤλεκτρον. & versu 123. λευκὸν θέρος, λαμπρὸν interpretatur Scholiastes. VULCAN.

Ibid. ἔτι δ' ἄβροχος ἦεν ἅπασα Ἀρκαδίη] Hanc aquae in Arcadia priscis illis temporibus penuriam nomina duo illi data testari posse videntur, Azania & Apia: illud, ἀπὸ τῆς ἄζης, hoc, ἀπὸ τοῦ μὴ πιεῖν, ut α στερητικὸν sit loco particulae negantis. Sed de hoc quidem Azaniae etymo, sive Azenidis (nam Ἀζηνὶς dicta fuit, sicut & Ἀζανία) convenit inter omnes propemodum. at vero nominis Ἀπία aliud etiam affertur. Dicti autem sunt ab Apia Arcades, Ἀπιδανεῖς, & Ionica declinatione, qua utuntur poëtae, Ἀπιδανῆες (a recentioribus Ἀπιδόνες etiam) ab Azania, Azanes. unde legimus apud Statium, *Venit & Idaeis ululatibus aemulus Azan, Parrhasiique duces.* ubi Azanem Idaeis ululatibus aemulum appellasse existimatur, quod apud Arcades, sacerdotes Cybeles, memoriam partus Jovis celebrantes, ululatibus uterentur, eademque omnia quae Cretenses facerent, qui partum illum apud se extitisse gloriabantur. Caeterum Apiam, sicut & Azaniam, alicubi totam Arcadiam, alicubi certam ejus partem duntaxat dictam fuisse constat: itidemque Azanas & Ἀπιδανεῖς, modo omnes Arcades, modo quosdam solum ex Arcadibus appellari. Quoniam autem in Ἀπιδανεῖς est litera δ, quidam ἀπὸ τῶν πιδάκων deduxerunt, praefixo α privativo: quasi non habentes πίδακας: sed quum Ἀπία, quod est nomen ipsius ἔθνους, prius fuisse quam Ἀπιδανεῖς, quod est ἐθνικὸν, rationi consentaneum sit, in Ἀπία autem nulla sint literae δ vestigia, potius euphoniae causa interjectam literam hanc dixerim, & Ἀπιδανεῖς pro Ἀπιανεῖς appellatos. STEPH.

Ibid. ἔτι δ' ἄβροχος ἦεν ἅπασα Ἀρκαδίη

Ἀρκαδίη· (μέλλεν δὲ μάλ' εὔυδρος καλέεσθαι
Αὖτις.) ἐπεὶ τημόσδε, Ῥέη ὅτ' ἐλύσατο μίτρην,
Ἦ πολλὰς ἐφύπερθε σαρωνίδας ὑγρὸς Ἰάων
Ἤειρεν, πολλὰς δὲ Μέλας ὤκχησεν ἁμάξας,
Πολλὰ δὲ Καρίωνος ἄνω, διεροῦ περ ἐόντος,
Ἰλυοὺς ἐβάλοντο κινώπετα· νίσετο δ' ἀνὴρ

Πε-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

21 Ὅτ' ἐλύσατο] Ὕστερον μετὰ τὸ τεκεῖν τὴν Ῥέαν.

22 Σαρωνίδας] Δρῦς· παρὰ τὸ σεσηρότα καὶ συνεστραμμένον τὸν φλοιὸν ἔχειν. Τὸ δὲ ἤειρεν, καὶ ὤχησεν, ἀντὶ τοῦ ἐβάστασε.

24 Καρίωνος] Λείπει ἡ ὑπέρ. πολλὰ δὲ ὑπὲρ τοῦ Καρίωνος ἑρπετὰ τοὺς φωλεοὺς ἐποιήσαν.

25 Κινώπετα] Τὰ θηρία, οἱονεὶ κινόπεδα, παρὰ τὸ ἐν τῷ ἐδάφει κινεῖσθαι. τὸ δὲ νίσετο, ἀντὶ τοῦ ἤρχετο, ἐπορεύετο.

δίη] Unde & Ἀπία, & Ἀζηνὶς dicta, ut supra ostendi vers. 14. VULCAN.

Vs. 20. *μέλλεν δὲ μάλ' εὔυδρος καλέεσθαι Αὖτις*] Haec & omnia quae sequuntur usque ad versum illum, *Καί ῥ' ὑπ' ἀμηχανίης* &c. oblitus sum parentheseως notis includere. Cur enim *ὑπ' ἀμηχανίης* dicitur *σχομένη* Rhea? quia *ἔτι ἄβροχος ἦεν ἅπασα Ἀρκαδίη*. STEPHAN.

Ibid. *μέλλεν δὲ μάλ' εὔυδρος καλέεσθαι Αὖτις*] Interpretes: *ut maxime aquosa vocaretur.* Male. Verte, *ut maxime aquosa esset.* Καλεῖσθαι apud Graecos, sicut etiam in sacris litteris, saepe est *esse.* Matth. V. 9. *αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται.* i. e. *ipsi Dei filii erunt.* Luc. I. 35. *τὸ γενόμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ.* i. e. *id quod natum erit sanctum, filius Dei erit.* Homer. Iliad. δ'. —— *καὶ οὕνεκα σὴ παρακοίτις Κέκλημαι.* i. e. *tum quod tua conjux sum.* ubi Scholiastes: *κέκλημαι* notat *εἰμί.* Hesiod. Theog. vs. 410.

> Ἠγάγετ' ἐς μέγα δῶμα, φίλην κεκλῆσθαι ἄκοιτιν.

i. e. *duxit in amplam domum, sua ut sit uxor.* Pessime vertitur hic versus: *talis futura tamen, ut maxime aquosa esset iterum.* An antea unquam fuerat aquosa? Verte; *quae tamen erit aquosa in posterum.* Nam *αὖτις* saepe est *posthac* apud poëtas. TH. GRAEV.

Ibid. *μέλλεν —— αὖτις*] In parenthesi dicta sunt, atque ita exprimenda curavi: quod non animadvertens Arnaldus, turbavit in *ἐπεί.* Laudat locum Eustath. ad Dionys. Geogr. 417.

Vs. 21. -- *ὅτ' ἐλύσατο μίτρην*] Scholiastes Apollonii Rhodii, pag. 15. meae editionis ostendit *μίτρην* esse *ζώνην.* nam in hunc illius poëtae locum, —— *ἣ ἐπὶ μούνῳ Μίτρην πρῶτον ἔλυσα καὶ ὕστατον*, scribit, *λύουσι γὰρ τὰς ζώνας αἱ πρώτως τίκτουσαι, καὶ ἀνατιθέασιν Ἀρτέμιδι.* atque hinc Dianae cognomento *λυσιζώνης* templum Athenis fuisse addit. Apud nostrum autem in Dian. 43. legimus etiam, —— *πάσας ἔτι παῖδας ἀμίτρους.* STEPH.

Ibid. *ὅτ' ἐλύσατο μίτρην*] Observandum autem est in his verbis moris antiqui vestigium. nam apud veteres zonae cinctae erant virgines, quam novus maritus solvebat: inde istud apud Musaeum,

> Ὡς ἡ μὲν τοῦτ' εἶπεν, ὁ δ' αὐτίκα λύσατο μίτρην.

Homer. Odyss. λ'.

> Λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην, κατὰ δ' ὕπνον ἔχευεν.

Theocr. Idyll. XIX.

> Λῦσε δὲ οἱ μίτρην ——

Arnob. lib. III. *Virginalia vincula jam ferventes dissolverent, atque imminentes mariti:* occurrunt exempla passim in

Arcadia, maxime illa aquosa futura
Postea, quippe tum quidem, Rhea cum solveret zonam,
Multas sane superne quercus aquosus Iaon
Extulerat, multaque Melas ferebat plaustra,
Multaeque supra Carniona, quamvis nunc fluat magnus,
Cubilia posuerant ferae: ibatque aliquis

Pe-

in hanc rem. Deinde aliam quoque zonam mulieres gestabant, quam solvebant, cum primum pariturae essent. Habemus hoc loco vestigium, & apud Martialem Apophoret. CXLIX.

Longa satis nunc sum, dulci sed pondere venter
Si tumeat, fiam tunc tibi zona brevis.

Itaque bis solvebatur zona; semel virgini in primo cum marito concubitu; iterum mulieri sub primi partus tempus. De utraque solutione elegans est locus Apollonii Argonaut. lib. I.

—— ᾧ ἐπὶ πολλὴν
Ἀγλαΐην καὶ κῦδος ἔχον πάρος, ᾧ ἔπι μέντοι
Μίτρην πρῶτον ἔλυσα καὶ ὕστατον.

& Athenis templum Dianae erat τῆς λυσιζώνε. Cui & maritis, & a patribus futuris sacra fiebant, ut testatur Scholiastes Apollonii. MEURS.

Ibid. ἐπεὶ] Arnaldus, non advertens, referri ad vs. 19. ἔτι δ' ἄβροχος &c. putavit, non cohaerere haec praecedentibus, corrigique voluit ἐπὶ, ut ἐπὶ τῆμος sit εἰς τῆμος. Ἐπεὶ est *nam*, ut infra vs. 79. & alibi.

Vs. 22. ὑγρὸς Ἰάων] Idem huic flumini epitheton est apud Dionysium vs. 416. Nempe Dionysius libenter nostrum imitatur, ut pluribus locis videbimus. Sed ὑγρὸς Ἰάων est *aquosus*; ut mox διερός.

Vs. 23. ὤχησεν] MSS. & Edd. veteres fere ἄκχησεν.

Vs. 24. Καρίωνος ἄνω] Magna esset incogitantia scholiastae, scribentis, deesse vocem ὑπὲρ quae jungatur cum Καρίωνος: quum illius praepositionis loco sequatur ἄνω. Ejus igitur honori consulens dico, illum scripsisse deesse vocem ὑπὲρ quae cum ἄνω jungatur; ut sit Καρίωνος ἄνω pro ὑπεράνω Καρίωνος. STEPH.

Ibid. Καρίωνος ἄνω] Καρνίωνος corrigit Arnaldus p. 59. e Pausan. VIII. 34. Plin. IV. 6. Recte.

Vs. 25. Κινώπετα] ἑρπετὰ θηρία, κινέμενα ἐν πέδῳ, τετέσι, τῇ γῇ. VULC.

Ibid. Eustathius ad hunc versum Dionysii in Periegesi (ubi Leucen insulam inde nomen habere dicit. Οὕνεκα οἱ τὰ πάρεστι κινώπετα λευκὰ τέτυκται, h. e. *quia quae in ea sunt animalia, alba sunt*,) Κινώπετα vult solum esse ὄρνεα, ὧν κίνησις ἐν τῷ πέτεσθαι, *aves sic dictas, quod volando moveantur.* Sed fallitur: nam & quadrupedes feras hac voce significari certum est, ut hoc loco, & apud Nicandr. in Theriacis versu 27.

—— ὅθι πλεῖστα κινώπετα βόσκεται ὕλην,

h. e. *ubi multa animalia sylvam depascuntur.* & vers. 195.

Μορφὴ δ' ἰχνεύταο κινωπέτε, οἷος ἀναύδης
Ἴκτιδος.

h. e. *forma autem Ichneumonis animalis, qualis exilis viverrae.* Proinde Hesychio κινώπετα sunt κνώδαλα, & θηρία, id est, *ferae & animalia* in genere. Callimachi etiam & Nicandri Scholiastae, Suidas, Etymologus, Horus Milesius in Phavorino κινώπετα dici volunt, quasi κινώπεδα, παρὰ τὸ ἐν τῷ πέδῳ, vel ἐν τῷ ἐδάφει κινεῖσθαι, *quod in solo moveantur.* Bochartus lib. de animalibus Sacrae Scripturae 3. cap. 19. Vid. ibi plura. TH. GRAEV.

Ibid. νίσσετο δ' ἀνὴρ] Ἀνὴρ pro τις, Hebraismum sapit. Sic & ἄνθρωπος reperitur. v. Vann. Crit. p. 230.

Vs.

Πεζὸς ὑπὲρ Κρᾶθίν τε, πολύστειόν τε Μετώπην
Διψαλέος· τὸ δὲ πολλὸν ὕδωρ ὑπὸ ποσσὶν ἔκειτο.
Καί ῥ' ὑπ' ἀμηχανίης σχομένη φάτο πότνια Ῥείη·
Γαῖα φίλη, τέκε καὶ σύ· τεαὶ δ' ὠδῖνες ἐλαφραί.
Εἶπε, καὶ ἀντανύσασα θεὰ μέγαν ὑψόθι πῆχυν,
Πλῆξεν ὄρος σκήπτρῳ. τὸ δέ οἱ δίχα πουλὺ διέστη,
Ἐκ δ' ἔχεεν μέγα χεῦμα. τόθι χρόα φαιδρύνασα,
Ὦνα, τεὸν σπείρωσε, Νέδη δέ σε δῶκε κομίσσαι

Κευ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

26 Κρᾶθιν] Κρᾶθις, ποταμὸς Ἀρκαδίας. Πολύστειον δὲ, τὸ πολύψηφον, καὶ πολυπάτητον.

Μετώπην] Ποταμὸν Ἀρκαδίας.

32 Τόθι χρόα] Τὸν σὸν χρῶτα, ὦ ἄνα, σπείρωσε φαιδρύνασα.

33 Νέδη] Ὄνομα νύμφης Ὠκεανίνης, θρεψαμένης τὸν Δία.

Vſ. 26. Κρᾶθιν] Hoc loco Κρᾶθις eſt fluvius Arcadiae. Nam & alius eſt ejusdem nominis apud Sybarim, ſive Θούριον Siciliae urbem; cui Crathis quidam αἰγεράστης nomen dedit, ut auctor eſt Aelianus de Animalibus lib. 6. cap. 42. tametſi Strabo utrumque ἀπὸ τοῦ κίρνασθαι vocatum ſcribat. Arcadicum enim Crathin duorum fluminum illapſu augeri. Vulc.

Ibid. πολύστειόν τε Μετώπην] Idem hic Scholiaſtae quod aliis plerisque locis uſuvenit, ut bonae expoſitioni malam ſubjungat. Poſtquam enim πολύστειον recte expoſuit πολύψηφον, male addit καὶ πολυπάτητον. Recte autem πολύστειον exponi dico πολύψηφον, quum legamus confirmatum auctoritate enarratoris Nicandri, in Alexipharm. locum illum, τὸν κῦμα πολυστείου τέκεν ἅλμης, nec non teſtimonio Galeni in libro, quo γλώσσας Hippocratis exponit. dicit enim & ipſe ita vocari τὰς παρὰ τῇ θαλάσσῃ ψηφῖδας. Sed quod illi nos non docent, ex Scholiaſte Apollonii diſcimus, eſſe videlicet Sicyoniorum vocem. Legitur tamen apud hunc, ſicut & apud Galenum, στῖαι, non στεῖαι. eademque & in verſu ipſius Apollonii eſt ſcriptura, ἦτ' ἐκτὸς ἀνηρεφέος πέλει νηοῦ Στιάων, pag. 119. meae editionis. Affert autem ibi iſtud Callimachi hemiſtichium: ſed apud eum Μετώπην in μέτωπον eſt depravatum. Verum, quid eſſe putandum eſt, quod noſtrum Scholiaſten in errorem impulerit? Suſpicor illum πολύστειον cum πολύστειβον confudiſſe, quum adderet καὶ πολυπάτητον. Nam ut πολύστειβον exponere poterat πολυπάτητον, non item πολύψηφον: ita viciſſim πολύστειον poterat quidem πολύψηφον, ſed non πολυπάτητον exponere. Adde quod vocem illam πολύστειβον Scholiaſten illum ſomniaſſe potius, quam usquam legiſſe arbitror. quum diverſa ſit forma nominum compoſitorum, quae ex verbo στείβω ſunt deducta, Ἀστιβὴς, Εὐστιβὴς, & aliorum quae meus Theſaurus Graecae linguae poſt verbum Στείβω exhibebit. Quod ſi tamen πολύστειβον aliqua exemplaria hic haberent, fides illis adhibenda non eſſet, quod tale epithetum fluvio minime convenire poſſit. Steph.

Ibid. πολύστειόν τε]] Verti *ſcabrum*, metaphorice pro lapidoſo; quod malim

Pedes & super Crathin, & super scrupofam Metopen
Siccus, cum multa aqua sub pedibus esset.
Enim vero, hac difficultate circumventa Rhea veneranda, dixit:
Cara Terra, parito & tu. Tui enim partus faciles.
Dixit, & elato alte Dea brachio magno,
Percussit montem virga. At ille in duas partes late discessit,
Effuditque magnam aquae vim. Tum corpus ubi purgarat,
O rex, tuum, fasciis involvit, Nedaeque te dedit ferendum

In

lim quam *arenofum*. Recte enim, meo quidem judicio, interpretatus est Scholiastes vetus, quisquis ille fuit, πολύστειον, πολύψηφον, & per consequens πολυπάτητον. Nam quod πολύστει☉ per se significet πολυπάτητον, ne per somnium quidem Scholiasti in mentem venisse arbitror. Hesychius στιὰν interpretatur ψῆφον. οἱ δὲ, addens, στιὰς dicunt. Vulc.

Ibid. πολύστειον] MS. Reg. πολύστιβον, in margine autem πολύστειον. Illud habuit in libro auctor glossae in scholiis πολυπάτητον, non somniavit, ut visum Stephano. Scholion e duabus diversis glossis natum est, ut multa apud multos. Πολυστεία κῦμα ἄλμης Nicand. Alexiph. 464. ubi v. Schol. Idem Ther. extr. ἐν ποταμοῖσι πολυστείοισι.

Vs. 27. Διψαλέ☉] Verti *siccus*, h. e. ut non restinguere sitim posset. H. in Cer. vs. 6. αὐαλέ☉, qui non bibit.

Vs. 30. ἀντανύσασα] Frobeniana Callimachi editio anni 1532. habet αὐτανύσασα. quam lectionem nequaquam rejiciendam censeo. Nam ut maxime ἀντανύσασα, pro ἀνατανύσασα explicare liceat: non video tamen cur minus dici possit αὐτανύειν, quam αὐερύειν. Neque enim in αὐερύειν, adverbium αὖ (malo enim adverbium quam particulam appellare) iterationem significat, sed aliud quid, ut docebo H. in Dian. 92. Significari autem dixerim per αὐτανύσασα πῆχυν, non simplicem brachii extensionem, sed inversis sursum unguibus. quod Hispani *Vñas arriba* dicunt. atque ita verso brachio montem feriisse; ut Hispani loquuntur, *De un reues*. Vulcan.

Ibid. καὶ ἀντανύσασα] Pro ἀντανύσασα quidam reponunt αὖ τανύσασα, ut significet, Quum rursus extendisset. sed quum nunc primum extensionis hujus fiat mentio, id est, extensi seu extenti brachii, quorsum particula iterationem declarante uteretur? Rectam igitur scripturam esse fatendum est ἀντανύσασα, pro ἀνατανύσασα. Stephan. Recte. αὐτανύσασα est vitium operarum in ed. Frob.

Ibid. δίχα] *in duas partes*. Vidit etiam J. Clericus ad Lucian. Dial. Marin. 6. qui recte miratur, versionem vulgarem *duobus locis* a Graevio non correctam esse. Sed dudum Nic. Gulonius verterat *in duas partes*. Forma loquendi ducta est ex Herodoto IV. 180. αἱ παρθένοι δίχα διαστᾶσαι μάχονται πρὸς ἀλλήλας &c.

Vs. 32. Ἐκ δ' ἔχεεν] Non est incommodum hic τὸ δὲ, sed eadem particula repetitur emphaseos caussa, ut saepe. Frustra Arnaldus τε corrigit.

Vs. 32. τόθι χρέα φαιδρύνασα, Ὦνα, τεὸν σπείρωσε] Antea dixit, Rheam matrem quaesivisse profluentem aquam, qua partus sordes & sui etiam infantis corpus ablueret: nunc postquam invenit, ablutionis hujus, (nam φαιδρύνασα idem valet quod λέσασα) non

Κευθμὸν ἔσω Κρηταῖον, ἵνα κρύφα παιδεύοιο,
Πρεσβυτάτη νυμφέων, αἵ μιν τότε μαιώσαντο,
Πρωτίστη γενεῇ, μετά τε Στύγα, Φιλύρην τε.
Οὐδ' ἁλίην ἀπέτισε θεὴ χάριν· ἀλλὰ τὸ χεῦμα
Κεῖνο Νέδην ὀνόμηνε· τὸ μέν ποθι πουλὺ κατ' αὐτὸ
Καυκώνων πτολίεθρον, ὃ Λέπρειον πεφάτισται,
Συμφέρεται Νηρῆϊ· παλαιότατον δέ μιν ὕδωρ

Υἱωνοὶ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

35 Μαιώσαντο] Ἔθρεψαν.

36 Φιλύρην τε] Μήτηρ Χείρωνος τοῦ Κενταύρου.

39 Καυκώνων] Ὄρος Ἀρκάδων ὁ Καύκων. Λέπριον δὲ, ἀπὸ Λεπρέου τοῦ Ποσειδῶνος. ὃς προκαλεσάμενος εἰς ἀδηφαγίαν Ἡρακλέα, καὶ ὑπ' ἐκείνου ἡττηθεὶς ἐφονεύθη.

non item illius mentionem facit. Atque ut hic τῶλέσαι adjungit σπειρῶσαι, sic etiam principio hymni in Delum de ipsa dicitur, Λοῦσέ τε καὶ σπείρωσε, Phoebum videlicet. STEPH.

Vf. 34. Κευθμὸν ἔσω Κρηταῖον] In edit. Frobenii quae prodiit anno 1532. legitur Κευθμῶν' ἔσω. at vero in ea quam Aldus dedit anno 1513. Κευθμόν' ἔσω: utrobique mendose, sed diverso mendi genere: quum illi, qui editioni Frobenii praefuerunt, recte animadverterent κευθμόν' dici non posse, adjecta apostrophi nota, sed κευθμῶν' esse scribendum: at interim non viderent huic loco non convenire, retinendo ἔσω, sed aut κευθμῶν' ἐς, aut κευθμὸν ἔσω scribere oportere. Malo autem κευθμὸν ἔσω, tum quod lenius fluat versus, tum etiam quod magis usitatum sit κευθμός. Exponitur autem a Scholiaste Apollonii Rhodii κεύφιος τόπος. Hic autem voce *antrum* interpretari possumus, cujus non tam generalis est significatio: atque id Virgilii exemplo facere, in hoc versu, Georg. 4. *Dictaeo coeli regem pavere sub antro*, ubi de apibus loquitur. STEPH.

Ibid. Κευθμὸν ἔσω Κρηταῖον] Pindarus Olymp. Ἰδαῖόν τε σεμνὸν ἄντρον vocat. ubi Scholiastes: τὸ Κρητικὸν ὄρος ἔνθα ἀνετράφη ὁ Ζεὺς ὑπὸ Κουρήτων φρουρούμενος. VULCAN.

Ibid. Κευθμὸν ἔσω] MS. Voss. κευθμῶν'. Editiones ante Benenatum omnes κεύθμον', vel ut Frobeniana κευθμῶν'. Itaque non dubito, veram lectionem esse Κευθμῶν' ἐς Κρηταῖον. Rarius verbum κευθμὼν poëtae Callimacho aptius, & facilius in κευθμὸς, ut notius, mutatum est, quam hoc in illud. Signa parentheseos in verbis ἵνα κρύφα παιδεύοιο sustuli, nec parenthesis ista est, nec signa haec in editionibus veteribus sunt.

Vf. 35. Πρεσβυτάτη νυμφέων] Offendit Arnaldum, quod Neda bis natu maxima dicitur. Sed ejus repetitionis κατ' ἐπανάληψιν ἐπὶ διδασκαλίᾳ multa apud Homerum & Callimachum exempla, v. ad H. in Lav. Pall. vf. 62. bene defendit etiam Vir doctus in Obs. Misc. V. p. 261. Sed facilius est πρεσβυτάτη intelligere *maxime venerandae*, *carissimae*. Hesych. Πρεσβυτάτη, ἐντιμοτάτη. Nempe τιμιώτατον τὸ πρεσβύτατον, ut ait Aristoteles in Problematibus: idque in versione expressi. Ceterum non video, quare Viri docti μαιώσαντο malint accipere *nutriebant*, cum μιν non ad Jovem, sed ad Rheam referatur.

Ibid. αἵ μιν τότε μαιώσαντο] Fallitur enarrator in expositione verbi

μαιῶ-

In receſſum Cretenſem, ut clam educarere;
Nedae cariſſimae Nympharum, quae ipſi tum obſtetricatae ſunt,
Natu maximae, poſt Styga & Philyren.
Neque levem ei retulit gratiam Dea, ſed flumen illud
Nedam appellavit: quod quidem copioſum, ad ipſum
Olim Cauconum oppidum, quod Leprium vocatur,
Commiſcetur mari, vetuſtiſſimamque hanc aquam
Ne-

μαιώσαντο, dicens eſſe ἔθρεψαν, id eſt, aluerunt, ſive educarunt: quum conſtet eſſe a μαῖα, quod obſtetricem declarat, & ſignificet *quae illi obſtetricatae ſunt*, ſive *quae obſtetriciam operam illi praeſtiterunt*. STEPH.

Ibid. μαιώσαντο] Non male Scholiaſtes vetus interpretatur ἔθρεψαν. Nam ut maxime μαῖα ſignificet ἀναγέτριαν ſive obſtetricem, cur non etiam τροφὸν, hoc eſt, nutricem? cum ejus ſignificationis teſtem habeamus Heſychium. atque adeo pro ſecundaria ſignificatione μαίας ponat τροφὸν, pro tertia, ὀμφαλοτόμον. VULCAN.

Ibid. αἵ μιν τότε μαιώσαντο] Omnino cum *Vulcanio* & Cl. *Jacobo Gronovio* vertendum eſt *nutriebant*, non vero ut interpres *obſtetricabantur*. Cum Μαῖα tam nutricem, quam obſtetricem ſignificet. Hom. Odyſ. Τ. vſ. 482. Μαῖα, τί μ' ἐθέλεις ὀλέσαι, σὺ δέ μ' ἔτρεφες αὐτή. h. e. *Nutrix, cur me vis perdere? tu autem me nutriſti ipſa.* TH. GRAEV.

Vſ. 36. μετά τε Στύγα] Hoelzlinus in Apollonium ita hunc verſum emendat: Πρωτίστη γενεῆφι μετὰ Στύγα τε Φιλύρην τε. Sic enim Homerus, γενεῆφι νεώτατος Il. ξ. TH. GRAEV.

Ibid. μετά τε Στύγα, Φιλύρην τε] Voſſ. τε aliud inſerit poſt Στύγα, quod firmat ſuſpicionem corruptelae ex eo, quod in Φιλύρη primae ſyllabae ſemper corripiuntur apud Callimachum, H. in Del. 118. aliosque poëtas Graecos & Latinos: nec diſplicet Hoelzlini correctio.

Vſ. 37. ἀλλὰ τὸ χεῦμα Κεῖνο Νέδην ὀνόμηνε] Nedae fluvio ab Nympha nomen datum fuiſſe a Rhea, teſtatur etiam Pauſanias in Arcadicis. TH. GRAEV.

Vſ. 38. τὸ μέν ποθι] Vocem ποθὶ non pro ποτὲ accipio, id eſt, olim, ſed pro πῃ, quam παραπληρωματικὴν eſſe notum eſt. STEPH.

Ibid. τὸ μέν ποθι πολὺ κατ' αὐτὸ &c.] Primum ποθι non ad verbum, ſed ad Καυκώνων πτολίεθρον referendum, ad Leprium, quod Cauconum olim fuit oppidum: idque expreſſi in verſione. Pro κατ' αὐτὸ Cl. Ruhnkenius ingenioſe corrigit κατ' αἰπὺ, Ep. Crit. II. p. 10. Sed ea correctio non eſt neceſſaria. Poëtae in exprimenda vicinitate hoc pronomen libenter uſurpant, ut noſter iterum H. in Dian. vſ. 253. οἵ ῥα παρ' αὐτὸν Κεκλιμένοι ναίουσι βοὸς πόρον Ἰναχιώνης. ut Aratus in Phaenom. 52. ἥδε κατ' αὐτὴν Εἱλεῖται κεφαλήν. 328. ἀλλὰ κατ' αὐτὸν Γαστέρα —— περιτέλλεται. 349. παρ' αὐτὸν Ἱστὸν ἀπὸ πρώρης φέρεται. cf. 483. 523. 599. 605. &c.

Vſ. 39. Λέπριον] De varia hujus vocis ſcriptura agit Waſſius ad Thucyd. p. 336. & 338. ed. Duker. Facile credo etiam Cl. Ruhnkenio reſcribendum Λέπρειον. Etiam pro πολύστιον e vſ. 26. πολύστιον citat Schol. Apollonii, ut ſupra notatum eſt. Unde, ſicut ex aliis exemplis, quae copioſe congeſſit Dorvill. ad Chariton. p. 32. ſeqq. patet, promiſcuam ſcripturam fuiſſe. Sed tamen ι in talibus verbis produci poſſe vix credo, & in poëtis e quantitate judicari certius poſſe, utra ſcriptura praeferenda ſit. Nam in Λέπριον ſecundam produci recte poſſe, vix credo. Movit me olim etiam auctoritas Suidae in Ἀγορανομίας, ubi hic verſus profertur, & in edit. Kuſteri exhibetur Λέπρειον: ſed editio prima habet Λέπριον.

Vſ. 40. παλαιότατον ὕμιν ὕδωρ] Non

Υἱωνοὶ πίνουσι Λυκαονίης ἄρκτοιο.
Εὖτε Θενὰς ἀπέλειπεν, ἐπὶ Κνωσσοῖο φέρουσα,
Ζεῦ πάτερ, ἡ νύμφη σε, (Θεναὶ δ᾽ ἔσαν ἐγγύθι Κνωσσοῦ)
Τουτάκι τοι πέσε, δαῖμον, ἀπ᾽ ὀμφαλός· ἔνθεν ἐκεῖνο
Ὀμφάλιον μετέπειτα πέδον καλέουσι Κύδωνες.
Ζεῦ, σὲ δὲ Κυρβάντων ἑταραι προσεπηχύναντο
Δικταῖαι Μελίαι, σὲ δὲ κοίμισεν Ἀδρήστεια
Λίκνῳ ἐνὶ χρυσέῳ· σὺ δ᾽ ἐθήσαο πίονα μαζὸν

Αἰ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

41 Λυκαονίης ἄρκτοιο] Τῆς πρώην λεγομένης Καλλιστοῦς, Λυκάονος δὲ θυγατρός· ἐξ ἧς καὶ Διὸς μεταβληθέντος εἰς Ἄρτεμιν, γεννᾶται ὁ Ἀρκάς· ἀφ᾽ οὗ οἱ Ἀρκάδες.

42 Θενὰς] Θεναί, πόλις καὶ ἄλσος.

44 Τουτάκι] Τὸ τηνικαῦτα.

45 Κύδωνες] Ἔθνος Κρήτης.

46 Προσεπηχύναντο] Εἰς τοὺς πήχεις ἔλαβον.

47 Ἀδρήστεια] Ἀδελφὴ Κουρήτων.

48 Λίκνῳ ἐνὶ] Ἐν γὰρ λίκνοις τὸ παλαιὸν κατεκοίμιζον τὰ βρέφη, πλοῦτον καὶ καρποὺς οἰωνιζόμενοι. λίκνον οὖν, τὸ κόσκινον, ἢ τὸ κουνίον, ἐν ᾧ τὰ παιδία τιθέασιν.

Non jungo *μιν* cum *ὕδωρ παλαιότατον*, ut intelligatur, aquam hanc antiquiſſimam, vel eam aquam (neque enim talem hujus poëtici pronominis uſum reperiri exiſtimo) ſed appoſitionem eſſe dico, ut *μιν* ad fluvium referatur, hoc modo: *Illum autem fluvium potant, aquam antiquisſimam:* id eſt, cujus aqua eſt omnium antiquiſſima. Eſt vero periphraſi poëtica dictum (ſi tamen & hoc periphraſis vocari debet) Illum fluvium potant cujus aqua eſt vetuſtiſſima, pro Ille fluvius eſt illis vetuſtiſſimus. STEPH

Vſ. 41. *Υἱωνοὶ*] MSS. Ambroſiani *γυιωνοὶ*, Voſſ. *γυωνοὶ*, quam lectionem ortam eſſe e digammate Aeolico, facile patet. Hujusmodi exempla plura obſervata Viris doctis in libris priſcis, quibus & hoc addatur.

Vſ. 43. *ἐγγύθι*] Male interpres *proximae Cnoſſo:* vertendum *prope Cnoſſum*, uti Cl. *Gronovius* nuper, cum nos inviſeret, me docuit. TH. GRAEV.

Vſ. 44. *πέσε, δαῖμον, ἀπ᾽ ὀμφαλός·*] Nolui ſcribere *ἄπ᾽* cum accentu, quum non ſit anaſtrophe, ſed dicatur *πέσε, δαῖμον, ἀπ᾽ ὀμφαλὸς* pro *ἀπέπεσε, δαῖμον, ὀμφαλός.* Ideo autem voce omphalus uſus ſum in mea interpretatione, ut cum omphalus conveniret quod ſequitur Omphalium campum (ita enim verti *Ὀμφάλιον πέδον*) atque ita etiam in interpretatione, quae eſt ad verbum, ponendam Graecam vocem cenſui, ſed addita Latina, quae ei reſpondet. Alioqui ut etymum, ſive appellationis ratio intelligeretur, dicendum fuiſſet, neutro in loco retinendo vocem Graecam, illic quidem, *umbilicus:* hic vero nove, *umbilicarem campum.* STEPH.

Ibid. *Τουτάκι τοι πέσε, δαῖμον, ἀπ᾽ ὀμφαλός·*] *Umbilicus* vertere malui,

quam

Nepotes Lycaoniae urſae bibunt.
Relictis autem Thenis, cum Cnoſſum ferret
Te, Jupiter pater, Nympha, (Thenae autem erant haud procul Cnoſſo)
Ibi tibi decidit, Deus, umbilicus: unde illum
Omphalium poſtea campum vocarunt Cydones.
Te vero, Jupiter, Corybantum ſociae ulnis acceperunt
Dictaeae Meliae, teque ſopivit Adraſtea
Aureis in cunis: tu vero ſuxiſti pingue uber

Ca-

quam trochaeum in quinto pede ponere. VULCAN.

Vſ. 44. 45. Hos verſus citat Scholiaſtes Nicandri ad Alexiph. init. Sed ille habet ὅθεν pro ἔνθεν, ſenſum magis exprimens, quam verbum Callimachi; niſi ibi legendum ὅτθεν. Καλέουσι pro ἐκαλέσαντο & alibi apud noſtrum eſt, ut ad vſ. 14. notavimus.

Vſ. 46. Κυρβάντων ἕταραι] τῶν Κορυβάντων. dicti vero Κύρβαντες δαίμονες περὶ τὴν Ῥέαν, οἱ τὸν Δία φυλάξαντες. βαίνειν γὰρ, τὸ φυλάττειν. Hom. ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας. VULCAN.

Ibid. Κυρβάντων ἕταραι] Socias Corybantum appellat Melias, quia Meliae dicuntur arborum nymphae, quae utique in ſylveſtribus degunt locis, non ſecus ac ipſi Corybantes. Melias etiam nominat Heſiodus, ex iisque ait ortos eſſe, qui ſub aetate aerea vixerunt. Loquitur enim de Amyco Bebrycum Rege, quem ait ortum eſſe ex Neptuno & Melie: ubi animadvertendum eſt, ibi eandem eſſe ejus nominis ſignificationem, quae eſt hoc in loco. Quaedam enim nymphae Meliae vocantur ἀπὸ μελίας τῆς ὠκεανοῦ. διὰ τὸ περὶ μηλέας δένδρα διατρίβειν, tanquam hamadryades. ROBORT

Ibid. προσεπηχύναντο] Suidas e Callimacho affert περιπηχύναντες: unde eſt inter fragm. Bentleji 344. An ibi corrigendum περιπηχύναντο, & ex hoc loco ſumtum eſt, legitque ſic Suidas hunc locum? Active quidem, quod ſciam, verba hujus originis non dicuntur.

Vſ. 47. Δικταῖαι Μελίαι] Νύμφαι παρωνύμως τοῖς δένδροις οἷς χαίρουσι. ita Euſtathius. VULCAN.

Ibid. σὲ δὲ κοίμισεν Ἀδρήστεια] Aliam lectionem hic non inveni quam iſtam κοίμισεν, id eſt, ſopivit, ſomnum tibi conciliavit. Poteſt tamen & latius patere exiſtimari hoc verbum, quum reges habuerint ſuos κοιμιστὰς, vel κατακοιμιστὰς, ut a Plutarcho vocantur. At verò ut κοίμισεν pro κόμισεν ponatur (quod eſſet *geſtavit*) fieri nullo modo poſſe exiſtimo. Adraſteam porro fuiſſe Curetum ſororem, teſtatur etiam Apollonii Scholiaſtes, pag. 130. meae editionis, ubi ipſe poëta nutricem Jovis appellat, in iſto qui ad hanc fabulam pertinet loco, ubi Venus ſuum Cupidinem ita compellat, Καί κέν τοι ὀπάσαιμι Διὸς περικαλλὲς ἄθυρμα Κεῖνο τό οἱ ποίησε φίλη τροφὸς Ἀδρήστεια. STEPH.

Vſ. 48. Λίκνῳ ἐνὶ χρυσέῳ] Λίκνον, κουνίον, Schol. Nota vocem Latinam *cunas*. Caeterum, hoc faciebant ominis cauſa: ita & Theocr. ita & Homer. de Mercurio:

—— Μητρὸς ἀπ' ἀθανάτων θόρε γυίων,
Οὐκέτι δηρὸν ἔκειτο μένων ἱερῷ ἐνὶ λίκνῳ.

Ita & in Clypeo, ut author eſt Theocrit. Idyll. 24.

Ἀμφοτέρους λούσασα, καὶ ἐμπλήσασα γάλακτος
Χαλκείαν κατέθηκεν ἐπ' ἀσπίδα, τὰν Πτερέλαος
Ἀμφιτρύων καλὸν ὅπλον ἀπεσκύλευσε πεσόντος. A. FABRI.

Ibid. Λίκνῳ ἐνὶ χρυσέῳ] Innuens antiquum morem, quippe veteres pue-

ros

Αἰγὸς Ἀμαλθείης, ἐπὶ δὲ γλυκὺ κηρίον ἔβρως.
Γέντο γὰρ ἐξαπιναῖα Πανακρίδος ἔργα μελίσσης
Ἰδαίοις ἐν ὄρεσσι, τά τε κλείουσι Πάνακρα.
Οὖλα δὲ Κούρητές σε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο

Τεύ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

49 Ἀμαλθείης] Οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ αἲξ τὸν Δία θρέψασα. λέγεται δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ ἑνὸς κέρατος ἀμβροσίαν ῥεῖν, ἀπὸ δὲ τοῦ ἄλλου νέκταρ.

50 Ἐξαπιναῖα] Τουτέστιν, ἐξαίφνης ἐγένετο ἡ Ἴδη πλέα μέλιτος.

52 Οὖλα] Κατὰ κλῆρον, ὑγιεινῶς.

Περὶ πρύλιν] Ἐνόπλιον.

ros in ventilabris cunarum vice reponebant ominis boni caussa, ut & divites essent, & ut liberos quoque ipsi aliquando procrearent. Qua de re est elegans locus apud auctorem Etymologici, in verbo Λεῖκνον. Viri militares in clypeo deponebantur cum voto nim. ut strenui & fortes evaderent. Sic de Hercule apud Theocrit. Idyl. 24.

χάλκειον κατέθηκεν ἐπ' ἀσπίδα.

Sic apud Ennium Andromeda in fragmentis apud Nonium: *Nam ubi introducta est, puerumque ut laverent, locant in clypeo.* MEURS.

Ibid. κοίμισεν Ἀδρήστεια Λίκνῳ] Sic conjungenda haec. Male post Ἀδρήστεια interpungitur in quibusdam veteribus editionibus, etiam Graeviana. MSS. Ambr. habent λείκνῳ, item editiones ante Stephanum omnes. Sed quia H. in Cer. vs. 127. omnes libri consentiunt in λίκνῳ, hic quoque scripturam semel inductam reliqui. De re comparandus locus Apollonii Rhodii III. 133.

Διὸς περικαλλὲς ἄθυρμα
Κεῖνο τό οἱ ποίησε φίλη τροφὸς Ἀδρήστεια
Ἄντρῳ ἐν Ἰδαίῳ ἔτι νήπια κουρίζοντι.

Ibi Schol. Αὕτη τροφὸς Διός. Καλλίμαχος· σὲ δὲ κοίμισεν Ἀδρήστεια ἀδελφὴ Κουρήτων. Hoelzlinus ad illum locum putat, verba ἀδελφὴ Κουρήτων ducta esse e Scholiis Callimachi: ego potius e Scholiis Apollonii huc relata putem. De λίκνῳ adde Schol. Arati ad vs. 268.

Ibid. ἐθήσαο] Homer. Iliad. Ω. 58.

γυναῖκά τε θήσατο μαζόν. A. FABRI.

Ibid. σὺ δ' ἐθήσαο πίονα μαζὸν] Θῆσαι teste Hesychio est θρέψαι, θηλάσαι, alere, nutrire, unde voce media θήσασθαι & θηλάζειν, sugere lac: sic apud Homer. Iliados ultimo de Hectore:

γυναῖκά τε θήσατο μαζόν. MEURS.

Ibid. ἐθήσαο] De hac voce vid. Eustath. ad Odyss. p. 1485. ed. Rom. & Barnes. ad Il. Ω. 58. Versum Callimachi citat Etymol. M. in Ἀμαλθεία. Mox versu sequente ἐπὶ conjungant tirones cum ἔβρως, ut sit pro ἐπέβρως.

Vs. 49. Αἰγὸς Ἀμαλθείης] De capra Amaltheae nymphae notum fabulari poëtas hanc ubera Jovi praebuisse. inde Aratus:

Αἲξ ἱερὴ, τὴν μέν τε λόγος Διὶ μαζὸν ἐπισχεῖν.

Germanicus in Arateis:

—— Illa putatur
Nutrix esse Jovis, si vere Jupiter infans
Ubera Cretaeae mulsit fidissima caprae:
Sidere quae claro gratum testatur alumnum.

Hanc capellam postea mortuam inter sidera relatam ferunt, ac Jovem ejus corio pro scuto usum in pugna adversus Titanes. unde & αἰγίοχος passim dicitur. MEURS.

Ibid. κηρίον ἔβρως] Magnus Bochartus mirum in modum hunc versum illustrat in libr. II. cap. 51. de animalibus sacrae scripturae, ideoque operae

Caprae Amaltheae, insuperque dulce mel comedisti.
Extiterunt enim repente Panacridos opera apis
Idaeis in montibus, quae vocant Panacra.
Strenue vero Curetes circa te pyrricham saltarunt,
Ar-

rae pretium duxi ejus verba hic adscribere, licet prolixiora videantur. Lac caprinum, ait, non solum esse in medicina magni usus, sed & apud quosdem populos in quotidianis cibis. Hinc Salomon Proverb. XXVII. 21. *Et sufficiet lac caprarum in cibum tuum, & in cibum domus tuae, & in victum ancillarum tuarum.* Paulus Aegineta: *Lac muliebre temperatissimum est, mox caprinum; hinc asininum; ovillumque, postremo vaccinum.* Proinde summus Deorum Jupiter, aut Cretae Regulus verius circa Abrahami tempora, caprae lacte nutritus fertur, & capram illam Astronomi in coelum transtulerunt. Qui norunt N & L esse litteras maxime permutabiles, facile credent Amaltheam fuisse dictam ex Phoenicio אמנתא amantha, deflexo ex Hebraeo אמנת, quod pro nutrice occurrit Ruth. IV. 16. & 2 Samuel IV. 4. Sed observandum ex Galeno, *non tuto lac caprarum, absque melle offerri: cum multis, qui solum sumpserant, in ventre sit coagulatum, quod hominem mire gravat, atque suffocat.* Quod vetustissimos illos mortales non latuit, qui Jovi duas nutrices assignarunt: unam Amaltheam, quae lac caprinum: atteram Melissam, quae mel illi administraret. Lactant lib. I. cap. 22. de falsa religione. Didymus in libris ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς ait, *Melissea Cretensium regem primum, Diis sacrificasse, ac ritus novos sacrorumque pompas introduxisse. Hujus duas fuisse filias, Amaltheam ac Melissam, quae Jovem puerum caprino lacte de melle nutriverunt. Unde poëtica illa fabula originem sumpsit, advolasse apes atque os pueri melle complesse.* Nec desunt e veteribus, qui quoslibet infantes primo melle, deinde lacte nutritos fuisse testentur. Epistola Barnabae: τί οὖν τὸ γάλα, καὶ μέλι; ὅτι πρῶτον τὸ παιδίον μέλιτι, εἶτα γάλακτι ζωοποιεῖται. *Quid ergo lac, & mel? Quia primum infans melle, deinde lacte vivificatur*, id est, *alitur.* Plura qui desiderat, adeat fontem, ex quo haec hausimus; vide & Meursii Cretam lib. II. cap. 7. TH. GRAEV.

Vs. 51. Ἰδαίοις ἐν ὄρεσσι, τά τε κλείουσι Πάνακρα] Malim —— ἐν ὄρεσσιν, ἅτε κλ. ut legitur apud Stephanum (apud quem alioqui depravatus est hic versus in editione Aldina, quum ὄρεσιν & κλείουσα ibi legatur) potius enim ἅτε quam τάτε dicitur pro ἃ, sive ἅτινα. Caeterum his verbis ἅτε κλείουσι Πάνακρα, ostendit, unde apem vocaverit Panacridem in proxime praecedente versu. Existimo autem Πάνακρα esse dicta, a summa altitudine, ut πᾶν hoc in nomine sit augentis, sicut in aliis quibus est praefixum. STEPHANUS. In MS. & apud Stephanum περὶ πόλεων legitur ἐν ὄρεσσιν, ἅτε. Sed quamcunque scripturam recipias, digitum non verterim, nam poëtis τὰ pro ἃ poni quis nisi hospes in Graecis litteris ignorat. TH. GRAEV.

Ibid. ἐν ὄρεσσι, τά τε] MS. Voss. a manu secunda ὄρεσσιν, ἅτε, quod e Stephano Byz. malebat H. Stephanus: frustra, ut bene monet Graevius.

Vs. 52. Οὖλα δὲ Κούρητές γε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο] Repono Κούρητε; σὲ περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο. nam alioqui cum περὶ subaudire hoc pronomen necesse esset, & particula γε non satis apte hoc quidem loco esset παραπληρωματική. Ad οὖλα autem quod attinet, neutra scholiastae expositio habere locum potest: videndum igitur an pro ὅλα debeat accipi, jungendo cum τεύχεα, donec aptior expositio afferatur. STEPHAN.

Ibid. Οὖλα δὲ —— —— ὠρχήσαντο] Stulte Scholia, κατὰ κλῆρον, ὑγιεινῶς. Sed κατὰ κλῆρον haud dubie est alieno loco, & huc migravit e Scholio verbi ἐπιδαίσιον, ubi repone, & sic lege: κατὰ κλῆρον μεμερισμένον. Ita relinquitur ὑγιεινῶς, quod frustra defen-

Τεύχεα πεπλήγοντες, ἵνα Κρόνος οὔασιν ἠχὴν
Ἀσπίδος εἰσαΐοι, καὶ μή σεο κουρίζοντος.
Καλὰ μὲν ἠέξευ, καλὰ δ' ἔτραφες, οὐράνιε Ζεῦ.

Ὀξὺ

fendit, cum explicare non poſſit, Spanhemius. Sed nec alii expiicant commode, quid ſit οὖλα ὠρχήσαντο. D. Heinſius ad Silium III. 347. interpretatur *in numerum*, ex illo ipſo Silii loco, ubi in pyrrhiche dicuntur ſaltare ad numerum. Verum ut illa quoque pyrrhicha Cretenſis ad numerum facta ſit, neque enim eſt ſine numeris ſaltatio: tamen id non ſtatim exprimit οὖλα. Non eſt boni interpretis, verba explicare ex rebus ſine obſervationibus Grammaticis. Si inſtituiſſet Heinſius docere, quomodo οὖλα ſignificare poſſet *in numerum*, ſtatim ſenſiſſet aquam ſibi haerere, & illam interpretationem eſſe commentitiam. Οὖλον eſt, ut Scholiaſtes Theocriti Idyll. VII. 68. explicat, καμπὰς ἔχον: unde & criſpum, πολύγναμπτον. Itaque οὖλα ὀρχεῖσθαι referri poteſt ad motum pedum, ut ſit περιπλεκτοῖς ποσὶ, ut loquitur Theocritus Id. XVIII. 8. intelliganturque quos Onomacritus εἱλιγμοὺς ποδῶν vocat, tribuitque ſaltantibus Curetibus in Hymno in Curetes vſ. 5. cui illuſtrando ſervit & locus Callimachi in Epigr. V. 6. οὖλος ἐρέσσων ποσί. Poſſis tamen etiam intelligere *varios orbes implicantes*, ut loquitur Virgilius, quod & ſignificationi verbi οὖλα convenit, & ſaltationi ἐνόπλῳ. Apulejus Metam. x. p. 190. extr. (ed. Colvii) *Graecanicam ſaltantes pyrrhicham, diſpoſitis ordinationibus decoros ambitus inerrabant, nunc in orbe rotarum flexuoſi, nunc in obliquam ſeriem connexi.* Plutarchus Theſ. p. 9. D. de ſaltatione, quamquam alia, circa aram Apollinis Delii corneam: ἔν τινι ῥυθμῷ παραλλάξεις καὶ ἀνελίξεις ἔχοντι γενομένη. Th. Bentlejus autem e loco Homeri Il. P. 759. ubi κολοιοὶ dicuntur οὖλον κεκλήγοντες, quod Scholia explicant ὀξὺ, πυκνὸν, interpretatur, *ſtrenue ſaltabant:* & ſic vertit Nic. Guſonius

Ibid. Κούρητες] Κορύβαντες, & κύρβαντες, Sacerdotes Rheae, quos Oppianus lib. Κυνηγετικῶν γ. e leonibus transformatos ſcribit in hunc modum.

Πρωτίστην δὲ λέοντι κλυτὴν ἀναθώμεθα μολπήν.
Ζηνὸς ἔσαν θρεπτῆρες ὑπερμενέος Κρονίδαο
Νηπιάχου Κούρητες, ὅτ' ἀρτίγονόν μιν ἐόντα
Ἀρκαμένη γενετῆρος ἀμειλίκτοιο Κρόνοιο
Κλεψιτόκος Ῥείη κόλποις ἐνικάτθετο Κρήτης.
Οὐρανίδης δ' ἐσιδὼν κρατερὸν νεοθηλέα παῖδα.
Πρώτους ἀμφήλλαξε Διὸς ῥυτῆρας ἀγαυὲς,
Καὶ θῆρας ποίησεν ἀμειψάμενος Κούρητας VULCAN.

Ibid. Κούρητές σε περὶ πρύλιν] MSS. noſtri omnes σε exhibent, item editio Flor. & Aldina, quae e Florentina expreſſa eſt. Vaſcoſanus primus edidit γε. Veterem lectionem reſtitui, haud dubie meliorem. Nam τὸ γε meo ſenſu hic friget, ut vidit Stephanus, qui de conjectura corrigebat σε. MS. Regius corrupte πρύχην, quod ortum videtur e πυῤῥίχην.

Ibid. πρύλιν ὠρχήσαντο] Πυῤῥίχην ἢ ὁπλίτην. Scholiaſtes Sophoclis in illud Ajace flagellifero:

—— φάνηθ' ὦ
Θεῶν χοροποιὲ ἄναξ, ὅπως μοι
Νύσσια, Κνώσσια ὀρχήματ' αὐτοδαῆ.
Ξυνὼν ἰάψῃς.

Τῶν ὀρχήσεων, inquit, αἱ μέν εἰσιν Διονυσιακαὶ, αἱ δὲ Κορυβάντιαι· Νύσιαι οὖν αἱ Διονυσιακαὶ, παρὰ τὴν Νύσην. Κνώσιαι δὲ αἱ Κορυβάντιαι. Κνωσσὸς γὰρ πόλις Κρήτης. ἐν τῇ Κρήτῃ δὲ ὑπὸ τῶν Κορυβάντων ἐτράφη ὁ Ζεύς. *Bellicrepam ſaltationem*, inquit Feſtus, *dicebant, quando cum armis ſaltabant, quod a Romulo inſtitutum eſt, ne ſimile quid pateretur, ac fecerat ipſe, cum a ludis virgines Sabinorum rapuit.* VULCANIUS. Πρύλις Cypriorum lingua ſaltatio armata

Arma pulsantes, ut Saturnus auribus sonum
Clypei acciperet, non tui vagientis.
Pulchre quidem adolevisti, & pulchre nutritus es,
coelestis Jupiter.

Ce-

mata dicebatur, quae alias πυῤῥίχη. id ex Aristotele tradit Scholiastes Pindari Od. II. Ἀριστοτέλης (inquit) πρῶτον Ἀχιλλέα ἐπὶ τῇ τοῦ Πατρόκλου πυρᾷ τῇ πυῤῥίχῃ φησὶ κεχρῆσθαι, ἣν παρὰ Κυπρίοις φησὶ πρύλιν λέγεσθαι. Sane πρύλιν Hesychius quoque πυῤῥίχην interpretatur. Pyrricha vero saltatio apud veteres nobilissima erat, memineruntque ejus auctores plurimi. De ea universa prolixe a me dictum in libro proprio de saltationibus veterum. MEURS.

Vs. 55. Καλὰ μὲν ἠέξευ] αὔξομαι & αὐξάνομαι est *cresco*, pro quo male quidam & contra usum Attice loquentium activo utuntur αὐξάνω, quod Graecis est *augeo*, ut pluribus ostendit pater meus in notis ad Luciani Soloecistam, n. 12. TH. GRAEV.

Ibid. καλὰ δ' ἔτραφες] Non est de hac scriptura dubitandum, quin germana sit. Exemplo enim Homeri ἔτραφες pro ἐτράφης dicere sibi permisit Callimachus. Extat autem apud illum hic illius Aoristi usus in Catalogo navium, Τληπόλεμος δ' ἐπεὶ οὖν τράφ' ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ. Ubi tamen apud brevium Scholiorum auctorem legitur τράφη: sed ita legendo scribendum esset ἐν, non ἐνί. hoc modo, Τληπόλεμος δ' ἐπεὶ οὖν τράφη ἐν μεγάρῳ εὐπήκτῳ. Sed in textu (ut vocant) qui Eustathii commentariis est insertus, altera illa lectio habetur, τράφ' ἐνὶ μεγ. &c. STEPHAN.

Ibid. Καλὰ μὲν ἠέξευ, καλὰ δ' ἔτραφες] De diversa quantitate primae in καλὰ vid. Clark. ad Hom. Il. B. 43. In ἔτραφες non levem difficultatem Grammatici reperere, quod pro ἐτράφης hoc loco dictum esse apparet. Tribuitur etiam Homero Il. B. 661. ἐπεὶ οὖν τράφ' ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ. Sed Barnesius, quamquam de conjectura, reposuit τράφη ἐν μεγάρῳ, quem secutus est Clarkius, durum illud vulgatum judicans, nec Homero usitatum, probante Dawesio in Miscellan. Crit. p. 96. Hoc quidem falsum esse, editor Homeri non debebat ignorare. Nam Il. E. 555. est ἐτραφέτην, *nutriti sunt*, de duobus leonibus. Et Od. Γ. 28. est τετραφέμεν, *nutritum esse*, pro τραφεῖν: quae loca jam commemoravit Nansius Curis secundis ad Nonnum in Johannem p. 46. In his locis autem nulla esse dubitatio potest. Clarus est etiam locus Pseudo-Orphei Argonaut. 378. de Centauris: οἳ τράφον ἐν Φολόῃ, *qui nutriti sunt in Pholoë*: nisi quis ibi corrigere malit τράφεν pro ἐτράφησαν. Dawesius rejecto ἔτραφες, l. c. p 100. corrigit ἐτρέφευ. male, ut alia, atque, ut e dictis patet, sine necessitate. Nam omnia illa Homeri & Orphei loca vitii accusanda & corrigenda forent, quod nullo modo probari potest. Sed totum versum spurium putant Viri doctissimi, Ruhnkenius & Lennepius. Nec mihi sane nimis pulcer videtur: nec desideraretur, si abesset, aut sententiae aliquid deesse videretur. Sed tamen non absurdus est, aut sententia ejus ab hoc loco aliena. Etenim observare in promtu est, poëtas, aliosque scriptores in tali narratione solere commemorare τροφὴν, ut Cicero loquitur, quomodo *natus quis educatusque sit*. Huc pertinent loca Homeri ante allata, quibus similia sunt alia multa, in primis in altera Rhapsodia Iliados. Moero ap. Athen. L. XI. p. 491. B. Ζεὺς δ' ἄρ' ἐνὶ Κρήτῃ τρέφετο μέγας. —— ὁ δ' ἀέξετο πᾶσι μέλεσσι. qui locus est nostro valde similis. Xenoph. Mem. Socr. III. 5. 10. λέγω καὶ τὴν Ἐρεχθέως γε τροφὴν καὶ γένεσιν. Cyrop. VIII. p. 653. ed. Hutch. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος φύντες, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ οἰκίᾳ αὐξηθέντες, καὶ ὑπὸ τῆς αὐτῆς μητρὸς τραφέντες. Plutarchus de Discr. Am. & Ad. p. 65. jungit φύσιν, τροφὴν, παίδευσιν. Itaque vix est, ut Callimachus, narrata Jovis γενέσει, praetermittere potuerit τροφὴν, quae hoc

 ver-

Ὀξὺ δ' ἀνήβησας, ταχινοὶ δέ τοι ἦλθον ἴουλοι.
Ἀλλ' ἔτι παιδνὸς ἐὼν ἐφράσσαο πάντα τέλεια·
Τῷ τοι καὶ γνωτοὶ, προτερηγενέες περ ἐόντες,
Οὐρανὸν οὐκ ἐμέγηραν ἔχειν ἐπιδαίσιον οἶκον.
Δηναιοὶ δ' οὐ πάμπαν ἀληθέες ἦσαν ἀοιδοί.

Φάν-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

59 Ἐπιδαίσιον] μεμερισμένον.
60 Δηναιοὶ] Οἱ παλαιοί.

versu exprimitur. Nec vero sensus hujus versus plane est idem cum sententia sequentis: nec, si non admodum diversa sententia, id in vitio est. Eadem res enim apud poëtas pluribus versibus saepe aliquoties diversis modis exprimitur.

Vs. 56. Ὀξὺ δ' ἀνήβησας] Non ita accipio ut cito adoleverit Jovem dicat, sed puberem factum ante consuetum pubertatis tempus, & in ipsa etiam pueritia: (subjungit enim, ἀλλ' ἔτι παιδνὸς ἐών:) ne quis eum mente quoque seu judicio puerum fuisse existimet. STEPHAN.

Ibid. Ὀξὺ δ' ἀνήβησας] Cl. Ruhnkenius l. c. p. 11. hic mavult legi Ὀξὺ δ' ἄρ' ἥβησας, probante Cel. Oudendorpio ad Thomam Magistrum p. 415. Sed nec τὸ ἄρα quid hic sibi velit video, nec ἀνήβησας est aliud quam ἥβησας. Vir doctus putabat, ἀνηβᾶν esse *repuerascere*, quod sane alienum ab hoc loco foret. Sed ἀνὰ in compositis centies redundat, ut in ἀναπείθειν, ἀνασταυροῦν, & aliis: nec ἀνηβᾶν semper est *repubescere*, ut videbatur etiam doctissimo Piersono in Verisimilium elegantissimo libello p. 116. Et agnovit hoc ipse elegantissimus Ruhnkenius, de ea re per litteras a me admonitus, recteque me tueri ἀνήβησας, commemoratis etiam exemplis, quae ipse post invenerat, in Cratini Fr. apud Phrynichum p. 42. ap. Philonem, quod deterior insid. pot. p. 127. & ap. Synesium Epist. 123. Lexica laudant locum Theognidis pro significatione repubescendi. Is est vs. 1001. sed & ibi est pro ἡβᾶν, *pubescere*.

Vs. 57. Ἀλλ' ἔτι παιδνὸς ἐὼν ἐφράσσαο πάντα τέλεια] Nequaquam τέλεια pro perfecta seu plena, aut adverbialiter pro perfecte seu plene accipiendum esse puto: Sed in hac voce respici ajo ad eam nominis τέλειος significationem, qua de illo qui ad aetatem virilem pervenit dicitur, seu qui est adultus, vel adultae aetatis. (quae etiam aetas jam constans ex Cicerone appellari potest, in Catone majore, duobus in locis. quam significationem sequitur & verbum τελειοῦσθαι apud Platonem de Rep. lib. 2. pag. 371. meae editionis: ἆρ' οὖν ῥᾳδίως οὕτω παρήσομεν τοὺς ἐπιτυχόντας ὑπὸ τῶν ἐπιτυχόντων μύθους πλασθέντας ἀκούειν τοὺς παῖδας, καὶ λαμβάνειν ἐν ταῖς ψυχαῖς ὡς ἐπιτοπολὺ ἐναντίας δόξας ἐκείναις, ἃς, ἐπειδὰν τελεωθῶσιν, ἔχειν οἰησόμεθα δεῖν αὐτούς;) ideoque τέλεια significare ἄξια ἤδη τελείου. Itaque in mea interpretatione adstricta, reddidi ita versum illum, *verum aetate, puer, digna es meditatus adulta.* Et in altera quae magis libera est, & quam appello paraphrasticam, ita sensum exposui: *Verum aetate puer, puerili haud more solebas Ludere: sed jam tum tibi seria cuncta placebant Digna aetate animus jam tum volvebat adulta.* Conveniunt autem quae sequuntur cum hac expositione, fratres non invidisse illi coelum, quod in ipsa etiam pueritia ejus cogitationes gravitate jam constantis aetatis dignae essent. STEPHAN.

Ibid. παιδνὸς] est puer, ut apud Homer. Odyss. φ.

Τῶν ἕνεκ' ἐξεσίην πολλὴν ὁδὸν ἦλθ' Ὀδυσσεὺς
Παιδνὸς ἐών.

Ubi ab Eustathio παιδνὸς dicitur esse

a

Celeriter puber factus, & matura tibi venit lanugo.
Sed adhuc puer cum esses, virilem animum habuisti.
Itaque tibi etiam fratres, quamvis natu majores,
Coelum non inviderunt, quo minus tibi sedes in partitione cederet.
Prisci autem non omnino vera dixerunt poëtae.

Dixe-

a *παίζω*, & ponitur pro *παῖς*. Hesychius ait *παιδνὸν* dici, qui excellit e pueris, & ab Atticis vocatur *ἀντίπαις*. Interdum etiam est puerilis, & item stultus, vecors, insipiens, puerorum instar. Dicit Jovem adhuc puerum omnia perfecta & adulto digna agitasse. Talis quoque erat Julianus Caesar, de quo Ammianus, *virtute senior, quam aetate.* Talis Piso, de quo Silius Italicus:

> *Ore puer, puerique habitu, sed corde sagaci*
> *Aequabat senium:*

Atque huc pertinet illud Plauti.

> *Ingenio, non aetate apiscitur sapientia.* MEURS.

Vs. 58. *γνωτοὶ*] *ἀδελφοὶ γνωστοί, ἤτοι γνήσιοι.* quos Hom. *κασιγνήτους* vocat, Sophocles *ὁμαίμονας*. VULCAN.

Vs. 59. *ἐπιδαίσιον οἶκον*] Scholiastem nostrum, quem alibi reprehendo, hic laudo, quod melius quam Suidas *ἐπιδαίσιον οἶκον* exposuerit. Scribit enim hic *ἐπιδαίσιον οἶκον* appellari *τὸν ἐπίκοινον καὶ οὐ μεριστὸν*, & *τὸν ἐξ ἴσου καταλειφθέντα δύο τισίν*. (ita enim apud eum legitur *δύο*, non *δυσί*) at noster Scholiastes contra dicit esse *τὸν μεμερισμένον*. recte certe: quum hoc nomen a *δαίω*, quod divido seu partior declarat, originem habere necesse sit. ita ut qui *ἐπιδαίσιον οἶκον*, Suidam sequentes, interpretati sunt, nullo modo suam interpretationem tueri possint. Debuit tamen Scholiastes noster aliquid addere, quod suam expositionem adjuvaret. Nam (ut dixi in Thesauro meo Graecae linguae) haec verba, *Οὐρανὸν οὐκ ἐμέγηραν ἔχειν ἐπιδαίσιον οἶκον*, hoc, aut tale quid, sonant, *Non inviderunt tibi, habere coelum ceu domum quae tibi in regni partitione obtingere deberet.* Ubi fortasse *regnorum partitione* aliquis dicendum potius fuisse existimet. STEPHAN.

Ibid. *ἐπιδαίσιον*] Scholiastes explicat *μεμερισμένον*, Suidas vero *ἐπίκοινον, οὐ μεριστόν*; priorem explicationem praefert eruditissimus Stephanus, quod sit a *δαίω*, *divido:* at Pater meus amantissimus posteriorem Suidae magis amplectebatur. quin & alteram respuebat, quasi planissime huic loco contrariam: ostendunt enim sequentes versus coelum nunquam *μεμερίσθαι*:

> *Τίς δέ κ' ἐπ' Οὐλύμπῳ τε καὶ ἄϊδι κλῆρον ἐρύσσαι,*
> *Ος μάλα μὴ νενίηλος;*

nam & *τὸ δαίω* non solum *divido*, ita ut quisque partem sibi uni propriam teneat, sed etiam accipi potest pro *in commune divido*, ita ut omnes aeque utantur. A. FABRI. Verti secutus virorum doctissimorum sententiam *in divisione assignatam domum.* TH. GRAEV.

Ibid. *ἐπιδαίσιον οἶκον*] Stephanus reprehendit Scholiasten, quod simpliciter interpretatur *divisum*, cum sit: *quae tibi in regni partitione obtigit.* Si ei in mentem venisset, *κατὰ κλῆρον* loco motum, & huc trahendum esse, ut supra ad vs. 52. diximus, non reprehendisset Scholiasten. Sed si verum viderunt prisci Grammatici, Suidas & Etymologus, ne sic quidem Scholiastes bene interpretatus est verbum. Dicunt enim, *ἐπιδαίσιον οἶκον* esse *domum non divisam, sed communem liberis.* Etsi clarum est, eos hunc locum in animo habuisse: tamen ei interpretatio non convenit, nec id est in hoc verbo. Utcunque e contextu videntur hunc sensum collegisse, item ex Homero Il. O. 198. de quo vide Spanhemium. Ego verti: *in hereditatis partitione attributa domus:* hoc & verbum & contextus desiderat.

Vs. 60. *Δηναιοὶ*] Hoc verbum bene illustrat Arnaldus Animadv. p. 59 60.

 Quod

Φάντο πάλιν Κρονίδησι διὰ τρίχα δώματα νεῖμαι·
Τίς δέ κ᾽ ἐπ᾽ οὐλύμπῳ τε καὶ ἄϊδι κλῆρον ἐρύσσαι;
Ὃς μάλα μὴ νενίηλος; ἐπ᾽ ἰσαίῃ γὰρ ἔοικε
Πήλασθαι· τὰ δὲ τόσσον ὅσον διὰ πλεῖστον ἔχουσι.
Ψευδοίμην ἀΐοντος ἅ κεν πεπίθοιεν ἀκουήν.
Οὔ σε θεῶν ἐσσῆνα πάλοι θέσαν, ἔργα δὲ χειρῶν,
Σή τε βίη, τό, τε Κάρτος, ὃ καὶ πέλας εἵσαο δίφρου.

Θή-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

62 Τίς δέ κ᾽ ἐπ᾽ οὐλύμπῳ τε] Τίς δ᾽ ἂν φρόνιμος ἐπὶ ὀλύμπῳ καὶ ᾅδῃ κληρωθῆναι ἀνάσχοιτο; Νενίηλος δὲ, ὁ ματαιόφρων καὶ ἐστερημένος τοῦ αἰόλλειν καὶ κινεῖν τὸν νοῦν.

63 Ἐπ᾽ ἰσαίῃ γὰρ] Ὁ κλῆρος ἐπ᾽ ἴσων πραγμάτων χωρεῖ· ὁ οὐρανὸς δὲ καὶ ὁ ᾅδης πλεῖστον διαφέρουσι.

65 Ψευδοίμην ἀΐοντος ἅ κεν πεπίθοιεν ἀκουήν.] Λείπει, λέγων. τὸ δὲ, πεπίθοιεν, ἀντὶ τοῦ, πείσειαν.

66 Ἐσσῆνα] Ἐσσὴν κυρίως ὁ βασιλεὺς τῶν μελισσῶν· νῦν δὲ ὁ τῶν ἀνδρῶν.

67 Πέλας εἵσαο δίφρου] Τὸ Κράτος πλησίον ἵδρυσας τοῦ δίφρου.

Quod ad rem attinet, respexit ad locum notum Homeri Il. O. 189. sqq. cui adde alium Nicandri a Spanhemio ad h. l. allatum: qui tamen ibi, ut hoc obiter addam, mirabiliter corrigit locum Euripidis Hercul. 1340. e Clemente Alexandrino vitium operarum ὄντων pro ὄντως in versum inferens & interpretans. Illud autem bene, quod versu sequente pro διάτριχα scribi jubet διὰ τρίχα ex Homeri l. c. Idem notavit manus docta ad marginem Callimachi ex edit. Vascos. διὰ refer ad νεῖμαι.

Vs. 61. *διάτριχα δώματα νεῖμαι*] Vere hunc locum emendavit vir dignitate & doctrina illustris *Ezech. Spanhemius*, cujus vide notas. TH. GRAEV.

Vs. 62. *ἐρύσσαι*] Gallice *tirer au sort.* Et Virgil. *aut sorte trahebat.* A. FABRI. MS. Voss. *ἐρύσαι.*

Vs. 63. *νενίηλος*] v. Cel. Albertum in Periculo Critic. p. 94.

Ibid. *ἐπ᾽ ἰσαίῃ — πήλασθαι.*] Thucyd. I. 27. *ἀποικίαν ἐκήρυσσον, ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ τὸν βουλόμενον ἰέναι.* Idem V. 79. *ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις δίκας διδόντας, καττὰ πάτρια.*

Vs. 64. *τόσσον ὅσον διὰ πλεῖστον*] *tantum quantum plurimum.* A. FABRI.

Vs. 65. *Ψευδοίμην ἀΐοντος ἅ κεν πεπίθοιεν ἀκουήν.*] Video hunc versum multis multum negotii facessere, dum in scirpo (quod vulgo dicitur) nodum quaerunt. Ac ne ipse quidem interpres sensum ejus assequutus videtur: quippe qui putet subintelligendum *λέγων.* quod vocabulum quidam simulque alia nonnulla subaudiunt. Atqui sine ulla subauditione sensum habet hic versus cum iis quae proxime praecedunt optime convenientem. Postquam enim dixit plane falsum esse quod veteres poëtae cecinerunt de habitationibus filiorum Jovis, eas sortito illis obtigisse: quum rationi consentaneum sit ut ea demum quae paria sunt, sorti committantur, ideoque nullus sanae mentis futurus sit, qui sorti permittere velit ut vel coelum vel inferos (inter quae tantum sit discrimen, quantum esse maximum potest) obtineat: subjungit, *Ψευδοίμην ἀΐοντος ἅ κεν πε-*

πί-

Dixerunt, ſortem Saturnidis trifariam ſedes diviſiſſe.
Quis vero tandem de Coelo & Orco ſortiatur,
Qui non omnino ſit demens? De paribus enim convenit
Sortiri. Illa autem quam maxime differunt.
Mentiar, quae audientis utique auribus probentur.
Non te regem Deorum fecerunt ſortes, ſed opera manuum,
Tuaque vis & robur, quod etiam prope thronum tuum collocaſti.

Fe-

πίθοιεν ἀκοὴν, id eſt, *Mentirer quae perſuaderi poſſent auribus ejus qui ea audiret.* Q. d. Miror quomodo haec, quae a ratione & a communi etiam ſenſu abhorrent, mentiti fuerint, ipſe profecto ſi mentiri vellem, magis caute id facerem. mentirer enim quae talia ſaltem eſſent, ut auditori perſuaderi poſſent, utpote ſi non vera, at certe veriſimilia. Sic igitur hunc locum in mea paraphraſtica interpretatione expoſui:

Haud mentiri illos vates tam abſurda decebat,
Usque adeo nullo veri fucata colore,
Ponderet ut recto ſi forte examine quisquam,
Deridenda queant mage quàm credenda videri.
Solvere ſi libeat noſtram ad mendacia linguam,
Saltem verba loquar penitus non abſona veris.
Non indigna fide mea dicta ut judicet auris.

Non facile autem eſt Latinum verbum reperire quod illi πεπίθοιεν in hoc loquendi genere reſpondeat. Nam haec quidem, πείθω σε τοῦτο. reddi poſſunt *Perſuadeo tibi boc:* at πείθει με τοῦτο, ſi interpreter *Perſuadet boc mihi;* vel πείθει ἀκοὴν τοῦτο, *Hoc perſuadet auribus:* non expreſſero quod ſonant Graeca. Quod ſi dixero, *Hoc me perſuadet* & *Hoc perſuadet aures*, Graeci verbi conſtructionem mutuatus, non autem Latine loquutus fuero. Ideoque in hoc loco aliisque hujusmodi confugiendum ad periphraſin cenſeo. STEPH.

Ibid. Ψευδοίμην] h. e. *Mentirer ne ego ea, quae placent auribus?* Ita hunc verſum cum Cl. Jacobo Gronovio interpretor. TH. GRAEV.

Ibid. Ψευδοίμην] Eodem modo (interrogative) capit Th. Bentlejus. Sed inde commodus ſenſus non exiſtit. Sequitur enim ex hac ratione, ea, quae ante dixit, placere & probari auribus; quod non ſatis convenit. Si mentiri vellem, tamen mentirer, quae probabilia eſſent auribus: haec autem nullam veriſimilitudinis ſpeciem habent. Hoc in verſione ſecutus ſum.

Vſ. 66. θεῶν ἐσσῆνα] Ἐσσὴν ex iis vocabulis eſt, quae Euſtathius Ἰλιαδ. γ. μονήρεις λέξεις vocat. quae ſemel tantum ab aliquo auctore uſurpatae ſunt. Ita Aeſchylus βαλῆνα τὸν βασιλέα. Unde & apud Plutarchum ἐν τῷ περὶ ποταμῶν, ὄρος βαλιναῖον, τουτέστι βασιλικόν. Ita Indica lingua δεῦνον regem ſignificat. Unde & Διόνυσον Bacchum dictum volunt ὅτι Νύσης ἐβασίλευσε. VULC.

Vſ. 67. Σῆ τε βίη, τό, τε Κάρτος] Potuiſſent haec majuſculis literis in principio ſcribi, Βίη & Κάρτος, tanquam propria nomina: quoniam ab Aeſchylo perſonae hae ſatellites Jovis introducuntur: quas Vulcanus ita compellat in Prometheo vincto, Κράτος Βία τε σφῷν μὲν ἐντολὴ Διὸς Ἔχει τέλος δὴ, κ' οὐδὲν ἐμποδὼν ἔτι. Vide & Heſiodum. STEPH.

Ibid. Βίη, τό, τε Κάρτος] Β & Κ majuſculis literis deſcribi curavi, quod ab Aeſchylo quaſi perſonae inducti ſint.

Θήκαο δ' οἰωνὸν μέγ' ὑπείροχον ἀγγελιώτην
Σῶν τεράων· ἅτ' ἐμοῖσι φίλοις ἐνδέξια φαίνοις.
Εἵλεο δ' αἰζηῶν ὅ, τι φέρτατον· οὐ σύ γε νηῶν
Ἐμπεράμους, οὐκ ἄνδρα σακέσπαλον, οὐ μὲν ἀοιδόν.
Ἀλλὰ τὰ μὲν μακάρεσσιν ὀλίζοσιν αὖθι παρῆκας,
Ἄλλα μέλειν ἑτέροισι. σὺ δ' ἐξέλεο πτολιάρχους
Αὐτούς, ὧν ὑπὸ χεῖρα γεωμόρος, ὧν ἴδρις αἰχμῆς,
Ὧν

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

68 Θήκαο δ' οἰωνὸν] Τὸν ἀετόν.
70 Εἵλεο δ' αἰζηῶν] Νῦν καθόλου λέγει τῶν ἀνθρώπων.
71 Ἐμπεράμους] Τοὺς ἐμπείρους.
74 Γεωμόρος] Ὁ γεωργός.

sint, ut recte monuit Stephanus. A. Fabri.

Ibid σή τε Βίη, τό, τε Κάρτος] An respexit poëta ad Aeschylum, apud quem in Prometheo ab initio inducuntur Βία & Κάρτος, ut Jovis nuncii, qui jubent Vulcanum adfigere Caucaso Prometheum? Saltem inde patet, Callimachum accurate scripsisse, ineptumque esse Scholiasten Theocriti, qui ad Idyll. IV. 8. Φαντί νιν Ἡρακλῆϊ βίαν καὶ κάρτος ἐρίσδειν, commemorans libros quosdam habere βίαν καὶ κάλλος, addit, ὃ καὶ κάλλιον, ἵνα μὴ δισσολογήσῃ, βίαν καὶ κράτος λέγων. Adde Stephanum ad Aeschyli l. c. ubi locum Callimachi afferre non neglexit. Emendationem R. Bentleji Ἡ, τε Β. vulgato praetulerim, sed tamen non est necessaria.

Ibid. ὃ καὶ πέλας εἵσαο δίφρου] Verti, *Parili tecum quod sede locasti*, sive, *juxta solium tuum.* Δίφρον enim καθιστήριον, ut Apollodorus usurpat apud Athenaeum lib. I.

Εἰς οἰκίαν ὅταν τις εἰσίῃ φίλου
Ἔστιν θεωρεῖν, Νικοφῶν, τὴν τοῦ φίλου
Εὔνοιαν εὐθὺς εἰσιόντι τὰς θύρας.
Ὁ θυρωρὸς ἱλαρὸς πρῶτόν ἐστιν, ἡ κύων
Ἔσαινε, καὶ προσῆλθεν, ὑπάντησέ τις,
Δίφρον εὐθέως ἔθηκε, κἂν μηδεὶς λέγῃ Μηδέν.

Ubi N. a Com. perperam, ut pleraque omnia, *currum* vertit. Vulcan.

Ibid. ὃ καὶ πέλας εἵσαο δίφρου.] Arnaldus de Diis παρέδροις p. 116. malebat ᾧ. Valkenarius autem, exquisitissima litterarum Graecarum scientia praeditus, ad Euripid. Phoeniss. p. 53. a. mavult intelligere δι' ὃ, *quamobrem:* quod commodius. Lectionem vulgatam esse antiquam, etiam e Scholiis patet. Non vero licebit dicere, poëtam pronomen ad proximum retulisse, intellecto etiam praecedente?

Vs. 68. οἰωνὸν μέγ' ὑπείροχον] Non minus mihi placeret genitivus pluralis οἰωνῶν. Steph.

Ibid. Θήκαο δ' οἰωνὸν] Theocrit. Idyll. XVII.

—— ὁ δ' ὑψόθεν ἔκλαγε φωνᾷ
Ἐς τρὶς ὑπαὶ νεφέων, Διὸς αἴσιος αἰετὸς ὄρνις. A. Fabri.

Ibid. Θήκαο δ' οἰωνὸν] Proprie οἰωνὸς dici putatur de avibus majoribus & carnivoris. Sic apud Homer. Iliad. α.

—— αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν
Οἰωνοῖσί τε πᾶσι.

& Odyss. γ.

Τόν γε κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατέδαψαν.

Callimachus hic pro majoribus avibus

Fecisti autem avium longe maximam nunciam
Auguriorum tuorum: quae dextra mittas velim amicis meis.
Delegistique tibi juvenum praestantissimos. Non tu navium
Peritos, non virum scutatum, non poëtam:
Haec tu quidem Diis minoribus facile reliquisti,
Alia curanda aliis: tibi autem sumsisti principes civitatum
Ipsos: quorum sub manu agricola, peritusque armorum,

Et

bus ponit, nam aquilam intelligit. Sic & apud Virgil.

Heu terra ignota canibus data praeda Latinis
Alitibusque jaces.

Iliad. ρ.

Τρώων κορέει κύνας ἠδ' οἰωνούς.

Meurs.

Ibid. οἰωνὸν] Stephanus οἰωνῶν. Verum puto. Callimachus quidem superlativis & vim talem habentibus verbis genitivos jungit, ut & alii. Homer. Il. Θ. 247. τελειότατον πετεηνῶν vocat aquilam.

Ibid. ὑπείροχον] Quippe cui regnum in reliquas aves tributum fingatur. Horat. lib. IV. Od. 4.

Qualem ministrum fulminis alitem,
Cui rex deorum regnum in aves vagas
Permisit.

Inde & οἰωνῶν βασιλῆα dicit Pindar. Olymp. Od. XIII. οἰωνῶν ἀρχὸν Pythion. Od. I. Meurs.

Ibid. ἀγγελιώτην] Pro ἄγγελος. Sic apud Musaeum in initio poëmatis:

Ἡροῦς νυκτιγάμοιο γαμοστόλον ἀγγελιώτην.

Novum est nec veteri ulli usitatum, quod Arethas in Apocalypsin dicit: αγγελιῶτις τάξις, pro ἀγγελική. ἀγγελιώτην dicit, quia ut fabulantur veteres, haec Jovis de gigantibus victoriam caeteris diis nuntiaverit. Meurs.

Vs. 69. ἐνδέξια φαίνοις] Hoc est, αἴσια. Ita Theocritus, Διὸς αἴσιος αἰετὸς ὄρνις. Vulc.

Vs. 70. Εἵλεο δ' αἰζηῶν] Sic Virgilius alicubi, & Catull. Hesiodus hominem quadragenarium αἰζηὸν vocat lib. 2. vs. 59. Τοῖς δ' ἅμα τεσσαρακονταετὴς αἰζηὸς ἕποιτο. A. Fabri.

Vs. 71. Ἐμπεράμους] Non puto Scholiastem vocem ἐμπεράμους, non habentem aliam sibi adjunctam expositurum fuisse ἐμπόρους: quum non ignoraret ἐμπεράμους dici pro ἐμπείρους (nam hymno in Palladis lavacra, ἐμπεράμως recte exposuit ἐμπείρως) ideoque addendum puto genitivum νηῶν: ut νηῶν ἐμπεράμους dicat esse τοὺς ἐμπόρους, per periphrasin videlicet: & νηῶν intelligamus ναυτιλίης. Steph.

Ibid. Ἐμπεράμους] Per consequens intelligo mercatores, non simpliciter nautas, ut recte interpretatur Scholiastes ἐμπόρους. qua significatione etiam accipi crediderim apud Horatium, *nautam* sive *navitam*. Vulcan.

Vs. 72. ὀλίζοσιν] Ὀλίζων, ut Eustathius docet, Ionicum est & Doricum pro ὀλίγος. Stephan. de urbib. Thessalorum esse vocabulum tradit & inde Olizonem apud illos urbem dici, quia parva admodum esset. Meurs.

Ibid. αὖθι παρῆκας] Quemadmodum *sic*, aut, *temere* Latine. Gallice vero, *tu laissas là*. A. Fabri.

74 πολιάρχους Αὐτοὺς] In emphasi est αὐτούς: ut in *ipse flos* apud Ciceronem.

Vs. 75.

Ὧν ἐρέτης, ὧν πάντα· τί δ' οὐ κρατέοντος ὑπ' ἰσχύν;
Αὐτίκα χαλκῆας μὲν ὑδείομεν Ἡφαίστοιο·
Τευχηστὰς δ' Ἄρηος· ἐπακτῆρας δὲ Χιτώνης
Ἀρτέμιδος· Φοίβου δὲ, λύρης εὖ εἰδότας οἴμους.
Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες· ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων
Θειότερον. τῷ καί σφι τεὴν ἐκρίναο λάξιν·
Δῶκας δὲ πτολίεθρα φυλασσέμεν· ἵζεο δ' αὐτὸς
Ἄκρῃς ἐν πολίεσσιν, ἐπόψιος οἵ τε δίκῃσι

Λαὸν

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

76 Ὑδείομεν] Λέγομεν.

77 Ἐπακτῆρας] Κυνηγέτας.

Χιτώνης] Νηλεὺς ὁ Κόδρου, ἀποικίαν θέμενος ἀπὸ Ἀθηνῶν, ἔλαβε χρησμὸν ἐγεῖραι ξόανον τῇ Ἀρτέμιδι ἀπὸ παγκάρπων ξύλων. καὶ δή ποτε ἑορτῆς τελουμένης τῇ Ἀρτέμιδι ἐν τῇ Χιτώνῃ (ἔστι δὲ δῆμος τῆς Ἀττικῆς) ἀπελθὼν εὗρε δρῦν πάμπολυν καὶ διάφορον ἔχουσαν ἠρτημένον καρπόν· καὶ ἐκ τούτου ἐποίησεν ἄγαλμα τῇ θεᾷ, καὶ οὕτω μετῴκησεν ἐν Μιλήτῳ. ἀπὸ τοῦ δήμου οὖν ἔσχε τὴν ὀνομασίαν ἡ Ἄρτεμις. ἢ ὅτι τικτομένων τῶν βρεφῶν ἀνετίθεσαν τὰ ἱμάτια τῇ Ἀρτέμιδι.

80 Λάξιν] Λαχμὸν, κλήρωσιν.

81 Ἄκρῃς ἐν πολίεσσιν] Ἐν ταῖς ἀκροπόλεσι καθέζῃ, ὁρῶν τὰ δίκαια.

Vſ. 75. γεωμόρος] περὶ τὴν γῆν κοπιῶν. Suidas: μόρος, *labor*. A. FABRI.

Vſ. 76. Αὐτίκα] *Exempli gratia*. Sic in margine edit. Vaſcoſ. manus docta interpretatur. Sed hoc verbum ſaepe interpretes feſellit. Nos id pluribus illuſtravimus ad Xenoph. Mem. Socr. IV. 7. 2. Ceterum quod ad rem attinet, ſimillimus eſt locus in Ariſtid. Or. I. p. 5. qui hinc ductus videtur.

Ibid. Τευχηστὰς] Not. Rara ſunt nomina in στης deſinentia, quae habeant η in penultima. A. FABRI.

Vſ. 77. ἐπακτῆρας δὲ Χιτώνης] Hoc eſt Dianae, quae Callimacho θηρήτειρα, Orpheo κυνηγέτις vocatur, ut & Juvenali *venatrix*. Sunt vero ἐπακτῆρες κυνηγοὶ τὰς κύνας ἐπάγοντες, καὶ δίκτυα καὶ δόλους. vel, ut Scholiaſtes Sophoclis, ἐπακτῆρες οἱ ἐπαγόμενοι ὑπὸ τῶν κυνῶν. Homerus:

—— πρὸ δ' ἄρ' αὐτῶν
Ἴχνη ἐρευνῶντες κύνες ἤϊσαν.

VULC.

Ibid ἐπακτῆρας] Verbum proprium in ea re. v. Barneſ. ad Hom. Odyſſ. T. 445. Il. P. 135.

Ibid. Χιτώνης] Quam rationem reddit Scholiaſtes hujus nominis Dianae, mihi non videtur praetereunda: dicit enim, ἢ ὅτι τικτομένων τῶν βρεφῶν ἀνετίθεσαν τὰ ἱμάτια Ἀρτέμιδι: nonne hoc idem hodieque fit, cum mater pueros, ſtatim atque φίλων ἀπεθήκατο κόλπων, ſancto cuidam, ut Franciſco vel alii vovet, & illius veſtibus induit. Certe notandum. A. FABRI.

Vſ. 78. λύρης οἴμους] Locis a Spanhemio allatis adde Pindarum Ol. IX. 72. ἐπέων οἶμος λιγύς. Theocrit. Id. XVI. 69. ὁδοὶ ἀοιδᾶν.

Vſ. 79. Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες] Virgil.

Ab

Et remex, & omnia. Quid enim non in imperantis poteſtate?
Verbi gratia, fabros canimus Vulcani,
Armatos vero Martis, venatores autem Chitones
Dianae, Phoebi, lyrae qui bene callent modos.
At Jovis ſunt reges: quippe nihil Jovis regibus
Divinius. Itaque etiam ipſos tuam eſſe voluiſti ſortem,
Dediſtique urbes cuſtodiendas: ipſe autem ſedes
In celſis arcibus, inſpiciens, qui jure

Po-

Ab Jove ſunt reges. Theocrit. Διὶ Κρονίωνι μέλονται Αἰδοῖοι βασιλῆες. Vulc.

Ibid. ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων Θειότερον] Ridicule omnino interpres. Verte modo, *quando nihil divinius eſt regibus Jovis.* A. Fabri.

Ibid. ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων Θειότερον] Senſus videtur deſiderare: *nihil Jovi ſimilius eſt regibus; nil propius accedit ad Jovem.* Sed id ipſum intelligi in his verbis poteſt. Θειότερον eſt *excellentius, Deo ſimilius.* Subincommodum eſt Διὸς; ſed id Callimachus videtur conſulto addidiſſe, conſectans forte etiam acumen aliquod. Cl. autem Ruhnkenius corrigit ἄνακτος, ut hunc verſum profert Turnebus Adv. XXIX. 29. ut referatur ad Διός· ex quo tamen non melior ſenſus exiſtit. Non enim quaeritur de Jovis, ſed de regum magnitudine. Friget etiam in hac lectione totum verbum ἄνακτος. Quorſum enim hoc loco Jupiter *rex* vocetur? Διὸς ἄνακτες ſunt reges a Jove dati, in Jovis tutelam recepti &c. Similes ſunt apud Heſiodum Ἔργ. 53. ἀθάνατοι Ζηνὸς. Si vitium eſt in his verbis, eſt in Διὸς, non in ἀνάκτων.

Vſ. 80. ἐκρίναο λᾶξιν] Pro τάξιν, quod apud Scholiaſtem legitur, vereor ne reponi debeat λᾶξιν. Eum enim ita legiſſe videntur expoſitiones ejus oſtendere: quum dicat eſſe λαχμὸν, ſive κλήρωσιν. Stephan.

Ibid. ἐκρίναο τάξιν] alias λῆξιν, vel λᾶξιν, quod malim quam τάξιν. Vulcan. In editionibus nonnullis ut Pariſ. Vaſcoſani 1549. & Frobeniana 1533. legitur τάξιν. Sed Aldina λᾶξιν & editio prima capitalibus litteris deſcripta, quod verum eſt. Non puto autem male verti *ordinem*, quamvis proprie ſit ſors: ſic *mei ordinis homo* eſt meae ſortis homo Latinis, ut apud Ter. Haec eſt poëtae ſententia: conſtituiſti ut reges inter homines ſint illius ordinis & ſortis, cujus tu es inter deos, qui es rex deorum. Heſychius: Λάξιων, λήξεων, κληρώσεων. Λάξασθαι, κληρώσασθαι. procul dubio pro τάξιν legendum quoque in Scholiis ad hunc locum λᾶξιν. Th. Graev.

Ibid. λᾶξιν] Sic & MSS. Vat. Ambr. Reg. Voſſ. Benenatus λῆξιν, ut profert R. Bentlejus in nota ad h. l. Primus Vaſcoſanus edidit τάξιν. Bentlejus porro corrigit σφε pro σφι, quod valde probo. Senſus ita erit: Itaque eos delegiſti tibi pro ſorte, tuam ſortem voluiſti eſſe reges, ut muſicos Apollinis &c. quem ſenſum contextus requirit: nec ἐκρίναο aliud eſſe poteſt, quam *delegiſti.*

Vſ. 81. Δῶκας δὲ πτολίεθρα] Hi tres ſequentes verſus ita vertendi ſunt: *conſtituiſti qui urbes cuſtodiant: tuque ipſe praeſides in arcibus, inſpector tam eorum qui legibus populum ſub iniquis quam eorum qui aliter gubernant*, ut docet pater in lectionibus Heſiodeis. Jovi enim arces ſacrae ſunt, teſte Ariſtide in hymno in Jovem, qui & ibi docet Jovem eſſe praeſidem juſtitiae. Vide & Euripid. Troad. Th. Graev.

Ibid. Ἄκρῃς ἐν πολίεσσιν] Non, *celſis in civitatibus*, ut perperam vulga-

tus

Λαὸν ὑπὸ σκολιῇς, οἵ τ' ἔμπαλιν ἰθύνουσιν·
Ἐν δὲ ῥυηφενίην ἔβαλές σφισιν, ἐν δ' ἅλις ὄλβον·
Πᾶσι μὲν, οὐ μάλα δ' ἶσον. ἔοικε δὲ τεκμήρασθαι
Ἡμετέρῳ μεδέοντι· περὶ πρὸ γὰρ εὐρὺ βέβηκεν.
Ἑσπέριος κεῖνος γε τελεῖ τά κεν ἦρι νοήσῃ·

Ἑσπέ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

84 Ῥυηφενίην] Πλοῦτον. σύγκειται δὲ ἡ λέξις παρὰ τὸ, ῥύδην, καὶ ἄφενος, τουτέστι, τὴν τοῦ πλούτου ῥύσιν.

86 Ἡμετέρῳ μεδέοντι] Περὶ τοῦ Πτολεμαίου ταῦτα λέγει.

tus interpres, sed *altis in arcibus*, vel *in arcibus*. Ἄκρου πόλις vel ἀκρόπολις est summa urbs i. e. arx. Unde Jupiter Πολιεὺς, & Minerva Πολιὰς, non, cui civitas curae, ut male etiam Stanlejus ad Aeschyl. S. c. Theb. 69. interpretatur, sed *arcis praeses*. v. in primis Cel. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 26. Quidam libri habent πολ. nihil muta. Poëtae πτολ. etiam dicunt, ubi nulla necessitas postulat, ut bene monet Dorvill. Vann. Crit. p. 337. estque vulgo notum.

Vs. 82. ἐπόψιος] Ἐπόψιος invenitur & in Hesychii glossis, & apud Antoninum Liberalem Metamorph. cap. VI. MEURS. Pindari locus non integer adfertur, & pessime vertitur a Frischlino: nam primo addendum est ναοῦ. Ναοῦ βασιλεὺς Λοξίας, & sic verte: *templi Rex Loxias, socium apud aequissimum, quum opinionem ei persuasisset, omnia scientem mentem. Mendaciis autem non decipitur, nec eum deus aut homo fallit factis aut consiliis.* TH. GRAEV.

Ibid. ἐπόψιος] Nove dixit active. Homerus passive Il. Γ. 42. οὕτω λώβην τ' ἔμεναι, καὶ ἐπόψιον ἄλλων, *& aliis* (turpi) *spectaculo*.

Vs. 83. ὑπὸ σκολιῇς] Ὑπὸ si presse velles exprimere, foret: *jura iniqua secuti*. Ea est vis praepositionis ὑπὸ, quam pulcre explicat Cel. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 355. Similia sunt Latinorum: ut, *sub magistro aliquo discere*.

Ibid. Ἐν δὲ ῥυηφενίην ἔβαλές σφισιν] Ἐμβάλλειν τινὶ τι non reperi a quoquam dictum pro *dare*, sed βάλλειν, cujus exempla in Lexicis. Simillimus huic Callimachio est versus Nicandri Alexiph. 428.

Ἐν δέ τε ναπείαν, ῥάφανον θ' ἅλις, ἐν δέ τε λεπτὰς
Ἄμμιγα κρομμύων γαθυλλίδας.

Scil. ibi ἐν δὲ est *praeterea*, *insuper*, *atque etiam*. Adde apud eundem vs. 204. Pluribus exemplis hoc genus loquendi (Ionicum, quo & Herodotus passim utitur, ut I. 192. init. III. 15. &c.) illustrat Dorvill. ad Chariton. p. 126. Ceterum sententia petita est ex Homero, qui tamen efficacius dixit Il. B. 670 Καί σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων.

Ibid. ἅλις ὄλβου] In vetusto Codice reperitur ὄλβον, & sic legebat pater meus: quod multo fortius. etenim ita differunt ἅλις ὄλβου & ἅλις ὄλβον, ut pars a toto. A. FABRI.

Ibid. ἅλις ὄλβου] Sic sane editio prima, quamvis non contemnam quod Tanaquil. Faber invenit in veteri codice ὄλβον. TH. GRAEV.

Ibid. ἐν δ' ἅλις ὄλβον] Sic e MSS. Ambr. Voss. editis ante Benenatum omnibus restitui. Sic Nicander ante, ῥάφανον θ' ἅλις. Adde Spanh. ad h. l. & Burmannum ad Ovid. Metam. III. 149.

Vs. 85. 86. τεκμήρασθαι Ἡμετέρῳ μεδέοντι] Eandem constructionem eidem verbo tribuit hymno proxime sequente. Πυθῶνί κε τεκμήραιο STEPH.

Vs. 86. περὶ πρὸ γὰρ εὐρὺ βέβηκεν] Eadem loquendi formula utitur Diony-

Populum iniquo, & qui contra gubernent:
Dedisti ipsis etiam divitias, satisque fortunarum:
Omnibus tu quidem, sed non plane pares. Licet colligere vel
In nostro rege: Nam is longissime alios praetergressus est.
Vesperi ille quidem perficit, quaecunque mane cogitat:

Vesperi

hyssus in initio orbis descriptionis:

Εὐρυτέρη βεβαυῖα πρὸς ἠελίοιο κελεύθους. TH. GRAEV.

Ibid. *περὶ πρὸ γὰρ εὐρὺ βέβηκεν*] Per se accipiuntur *περὶ πρὸ*, saltem *περὶ*. Forma ducta ex Homero Il. Λ. 180. *περὶ πρὸ γὰρ ἔγχεϊ θῦεν.* cf. Π. 669. Apollon. Rhod. II. 869. &c. Et sunt alia similia apud Homerum.

Vs. 87. *Ἑσπέριος κεῖνός γε τελεῖ τά κεν ἠοῖ νοήσῃ*] Hunc versum a Callimacho ita scriptum esse, nemo mihi unquam persuaserit, quum eum licentia in quavis alia re potius quam in pedum structura usum esse videam: licentia tamen maxima futura sit in verbo *νοήσῃ*, si in eo elidatur *ο* per *συνεκφώνησιν*, ita ut ex *νοήσῃ* fiat *νήσῃ*. ut omittam, versum spondaicum futurum, & quidem ejusmodi qui durius alio quovis spondaico cadere videri possit. durius quidem certe illis qui passim apud eum occurrunt. cujusmodi sunt, quintus hujus hymni, qui cadit in *ἀμφήριστον*: septimus qui desinit in *ἐψεύσαντο*: tricesimus secundus qui finitur voce *φαιδρύνασα*: alii denique qui clauduntur vocibus, *παιδεύοιο*, *μαιώσαντο*, *ἄρκτοιο*, *προσεπηχύναντο*, *Ἀδρήστεια*, *ὠρχήσαντο*, *κουρίζοντος*. Quod si quis eo confugiat, ut dicat corripi diphthongum in *ἠοῖ*, multo etiam minus audiendum esse illum dixerim; praesertim si non aliud hujus correptionis exemplum attulerit quam Ἔργων Hesiodi quendam versum qui nonnullis in editionibus ita scriptus est, *Εἰ δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει κ' ἀεργός.* Nam ita quidem legendo, fateor diphthongum *ει* corripi: verum in mea editione nequaquam lectionem illam reperiet, sed istam, ex vet. exempl. auctoritate, *Εἰ δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει ἀεργός.* absque illa particula. Quae quum ita sint, Callimachum eo modo versum illum scripsisse nemo mihi (ut antea dixi) persuadere possit: contra vero facile mihi persuaserim ita scriptum ab eo fuisse, *Ἑσπέριος κεῖνός γε τελεῖ ἠοῖ τὰ νοήσῃ.* Cogitavi quidem posse & ita scribi, non minus eleganter, imo elegantius etiam, *Ἑσπέριός γε τελεῖ τά περ ἠοῖός κε νοήσῃ.* sed tamen conjecturam illam, quod minorem mutationem afferat, magis probo. STEPHAN.

Ibid. *Ἑσπέριος κεῖνός γε τελεῖ τά κεν ἠοῖ νοήσῃ*] Theocritus:

— *οἷος μὲν ἔην τελέσαι μέγα ἔργον,*
Ὁ Λαγίδας Πτολεμαῖος, ὅκα φρεσὶν ἐγκατάθοιτο
Βωλὰν, ἂν οὐκ ἄλλος ἀνὴρ οἷός τε νοῆσαι.

Versus vero Callimachi *στιχηρὸν πάθος* habet, sive *πλεονασμὸν ἐκ τοῦ μακροσκελοῦς ἤτοι δολιχούρου*, ut vocat Eustathius, cum scilicet in fine versus ejuscemodi pleonasmus accidit. qui cum in initio versus sit, *ἐκ τοῦ μακροκεφάλου ἤτοι προκεφάλου*: cum in medio, *ἐκ τοῦ προκοιλίου*, *ἐκ μεταφορᾶς προγαστόρων ζώων* dicitur. Eleganter itaque Callimachus, celeritatem conficiendi res animo Ptolemaei conceptas exprimere volens, ipsi cogitandi verbo *νοῆσαι*, per *συνίζησιν* sive *συνεκφώνησιν* celeritatem quandam pronunciationis addit. Neque enim probare possum eos qui ex *νοήσῃ*, *νήσῃ* faciunt. quod *συνιζήσεως* ratio non fert. Est vero maximus hujus pleonasmi usus in versibus politicis, quos alii *δημωτικοὺς στίχους* vocant.

Ἑσπέριος τὰ μέγιστα, τὰ μείονα δ' εὖτε νοήσῃ.
Οἱ δὲ τὰ μὲν πλειῶνι, τὰ δ' οὐχ ἑνί. τῶν δ' ἀπὸ πάμπαν
Αὐτὸς ἄνην ἐκόλουσας, ἐνέκλασας δὲ μενοινήν.
Χαῖρε μέγα, Κρονίδη πανυπέρτατε, δῶτορ ἐάων,
Δῶτορ ἀπημονίης. τεὰ δ' ἔργματα τίς κεν ἀείδοι;
Οὐ γένετ', οὐκ ἔσται· τίς κεν Διὸς ἔργματ' ἀείσει;
Χαῖρε, πάτερ, χαῖρ' αὖθι· δίδου δ' ἀρετήν τ' ἄφενός τε.
Οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν,
Οὔτ'

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

89 Οἱ δὲ] Δηλαδὴ οἱ ἄλλοι βασιλῆες.
Πλειῶνι] Ἐνιαυτῷ.
90 Ἄνην] Ἄνυσιν, τελείωσιν.
Αὐτὸς] Ὦ Ζεῦ.
95 Οὔτ' ἀρετῆς] Καὶ Ἡσίοδος· πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.

qui quindecim, aut interdum ſeptemdecim ſyllabis conſtant. quo genere verſuum Annales ſuos ſcripſit Conſtantinus Manaſſes. Dixi hac in parte ſententiam meam. Libenter vero, quoad poſſum, & veteres poëtas Graecos, & qui eos Scholiis ſuis illuſtrarunt, propugno: ſuitque mihi ſemper & erit porro curae, ne me vel φιλαυτία caecum vel carpendi ſtudium ſtrabum reddat. VULCAN.

Ibid. τά κεν ἠοῖ νοήσῃ] Non placet Stephano per συνεκφώνησιν pronunciari νήσῃ, eliſo ο. Legebat pater meus νώσῃ, ut apud Theocrit. Idyll. 26.

> Τὸν μὲν ἐγὼν ὀδύναισι παραιφρονέοντα βαρείαις
> Νωσάμενος.

Caeterum ſi receptam lectionem νοήσῃ retineas, ſynecphoneſis, ut opinor, non petit ut ο elidatur, ſed ut conjunctim pronuncietur cum η; itaque non video cur νήσῃ dicendum ſit. A. FABRI.

Ibid. Ἑσπέριος] Fundus pulcrae ſententiae eſt apud Thucyd. I. 70. in oratione legatorum Corinthiorum de Athenienſibus: μόνοι ἔχουσί τε καὶ ὁμοίως ἐλπίζουσι, ἃ ἂν ἐπινοήσωσι. *Soli & habent pariter & ſperant, quicquid in mentem venerit.*

Ibid. ἠοῖ νοήσῃ] Vide Excurſum A. MSS. Vat. Ambr. Voſſ. Ed. Ald. in hoc & ſequente verſu νοήσει.

Vſ. 88. μείονα] Vertendum eſt *minora*, non *parva*, ut inepte interpres. TH. GRAEV.

Ibid. εὖτε νοήσῃ] Ita & Homer. alibi, & Ariſtophanes. A. FABRI.

Vſ. 89. Οἱ δὲ τὰ μὲν πλειῶνι] Ita vocatur ἐνιαυτὸς, teſte Heſychio, ἀπὸ τοῦ πάντας τοὺς καρποὺς τῆς γῆς συμπληροῦσθαι, quod ipſum Bion aeſtati tribuit inquiens: Ἦ θέρος, ἀνίκα πάντα τελείεται ὅσσα μογεῦμες. VULCAN.

Vſ. 90. ἄνην] Schol. ἄνισιν. pater meus correxit ἄνυσιν. A. FABRI.

Ibid. ἄνην] Vide Viros doctos, inprimis Cel. Albertum ad Heſych. in Ἄνη.

Ibid. ἐκόλουσας] ἐκόλυσας eſt merus error typographicus in ed. Graeviana.

Vſ. 91. Χαῖρε μέγα, Κρονίδη] Non minus placeat interpungere poſt μέγα, ut ſit adverbium, quod jungatur cum verbo Χαῖρε, ſicut initio hymni in Cererem legimus, Δάματερ μέγα χαῖρε. STEPHAN.

Ibid.

Vesperi ille magna, parva autem, simul cogitat.
Alii autem alia anno, alia ne uno quidem; aliis autem prorsus
Ipse effectionem ademisti, & consilia irrita fecisti.
Salve plurimum, summe Saturnie, dator bonorum,
Dator incolumitatis. tua opera quis celebrare possit?
Non factum est, non fiet. Quis Jovis opera celebrare poterit?
Salve, Pater, salve iterum. Da vero virtutem & opes.
Nec sine virtute opes possunt homines beare,

Nec

Ibid. πανυπέρτατε] *Exsuperantissime.* Sic recte vertendum censuit Illustrissimus *Spanhemius.* TH. GRAEV.

Vs. 92. τίς κεν ἀείδοι;] Ambr. 2. μὲν. Ambr. 1. ἀείδει. Similis varietas H. in Apoll. vs. 31. in iisdem libris, & versu sequente MS. Reg. ἀείσῃ pro ἀείσει, quod displicebat Stephano, volenti rescribi ἀείδοι, ut in praecedente: quod improbat Dawesius in Miscellan. p. 102. s. negans commodum sensum etiam in hac lectione existere, sed frigidam tautologiam esse, rescribi tandem jubens p. 106. Οὐ γένετ', οὐκ ἔσται τις, ὅ κεν τεὰ ἔργματ' ἀείδοι. Quod ego quidem non intelligo, quare necessarium sit. Neque enim hac lectione aliud exprimitur, quam sine interrogatione, quod in vulgata est per interrogationem. Mox MS. Voss. οὐδ' ἔσται.

Vs. 93. ἔργματ' ἀείσει] Credibile est Callimachum scripsisse ἀείδοι, sicut in proxime praecedente versu. Indicativo certe modo non satis apte jungitur particula κεν; ideoque aut illud ἀείδοι, aut certe ἀείσῃ malim. At ἀείσοι (quod tamen aliquis fortasse scribendum putet) parum mihi placuerit. STEPHAN.

Ibid. ἔργματα] hinc ῥέγματα, transposita litera ρ. Sic apud Theognidem:

> Πέπνυσο, μηδ' αἰσχροῖσιν ἐπ' ἔργμασι μηδ' ἀδίκοισι
> Τιμὰς, μηδ' ἀρετὰς ἕλκεο, μηδ' ἄφενος. A. FABRI.

Vs. 94. δίδου δ' ἀρετήν τ' ἄφενός τε] Uno versu interjecto eandem precationem repetens, dicit, δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον. Est autem Homeri ἀκροτελεύτιον duobus in locis, nimirum in hymnis Vulcani & Herculis. Ita enim Vulcani hymnum claudit, Ἀλλ' ἴληθ' Ἥφαιστε, δίδου ἀρετήν τε καὶ ὄλβον. Hymnum Herculis ita, Χαῖρε ἄναξ Διὸς υἱέ· δίδου ἀρετήν τε καὶ ὄλβον. STEPH.

Vs. 95. Οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν] Contra hunc locum facit Stoicorum axioma, Ὅτι αὐταρκὴς ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν. quod argumentum uberrime tractat Cicero Tusculanarum quaestionum lib. v. VULCAN.

Ibid. Οὔτ' ἀρετῆς] Scholiastes laudat locum Hesiodi,

> πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.

ubi ἀρετὴ est *potentia*, ut & apud Theognidem versu citato nota proxime superiori. A. FABRI.

Ibid. ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν] Est οὐκ ἐπίσταται dictum pro οὐ δύναται, non potest: sicut & οὐκ οἶδε. atque ita Nescit infinitivo junctum pro non potest, a Latinis poëtis interdum dicitur. ut ab Horatio hoc in loco: *Nescit vox missa reverti.* Quae ita interpretarer, hunc verbi ἐπίσταται usum imitando, Οὐκ ἄρ' ἅπαξ ἀφεθεῖσ' ἀνακάμψαι ἐπίσταται αὐδή. vel sic, Οὐκ ἀφεθεῖσά γ' ἅπαξ νοστῆσαι ἐπίσταται αὐδή. At de verbo ἀέξειν in proxime sequente annotatione a me dicetur. STEPHAN.

Οὔτ' ἀρετὴ ἀφένοιο. δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον.

Vſ. 96. Οὔτ' ἀρετὴ ἀφένοιο] Ad hanc poſteriorem ſententiae partem reſpexit fortaſſe Juvenalis, quum cecinit,

Haud facile emergunt quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi.

Aptius certe vis verbi ἀέξειν reddi non potuit quam verbo *emergere*, mutata tamen orationis forma: quum hoc, ſit neutrum; illud, activum. Nonnulli quidem ex Latinis ſcriptoribus (Plautus, opinor, & poſt eum Tacitus) verbo *augere*, quod reſpondet illi ἀέξειν (pro quo in ſoluta oratione dicitur αὔξειν) uſi ſunt absque adjectione pro opulentum reddere. Sed & ipſum Ciceronem alicubi ita verbo augere uſum eſſe comperio. Scribit enim in una ex ſuis ad Trebatium epiſtolis, quae eſt libro 7. *Semper te non modo tuendum mihi, ſed etiam augendum atque ornandum putavi.* Ubi *augendum* dicitur ſine adjectione pro *augendum commodis*, ut loquitur in fine Philippicae undecimae, verbum idem quod hic ei praeponens: *Non tueri ſolum, ſed etiam commodis augere debeo.* Sed hic ἀέξειν aliud ſignificat: ad quod exprimendum nulla potui aptiora verba invenire, (ut vox reſpondere voci poſſet) quam *evehere*, ſeu *provehere*, & *promovere*. Sed & verbum *extollere* alienum ab hoc loco eſſe non putavi: ac ne *ornare* quidem: praeſertim quum hymno in Dianam legamus, p. 14. Τρὶς δέκα τοι πτολίεθρα, τὰ μὴ θεὸν ἄλλον ἀέξειν Εἴσεται. hic enim pro *ornare* videtur aperte poni: quum honore potius quam commodis ſuos deos augeri poſſe exiſtimarent. Varie itaque hanc ſententiam ſum interpretatus, illorum verborum ſingula ſingulis locis adhibendo,

Evehere haud poſſunt vel opes virtute carentes,
Vel virtus defecta opibus.

Nec non hoc modo:

Haud equidem virtute carens opulentia quenquam,
Quae caret & virtus opibus non provehit ullum.]



ΕΙΣ

Nec fine opibus virtus. Da ergo & virtutem & opes.

Ubi fcribi etiam poteft,

— non promovet ullum.

Utens autem verbo *extollere*, ita verti,

Nec vacuae virtutis opes extollere poffint,

Indiga poffit opum nec quemquam extollere virtus.

Et quum liceat ἀέξειν vertere etiam *decorare*, five *ornare*, eosdem verfus ita etiam fum interpretatus.

Non fat opes decorant homines virtutis egenae,

Nec virtus quibus decorat fatis una remotis.

Nec non ita, paulo liberius,

Non fat opes homines, virtus nifi juncta fit, ornant:

Haudque poteft fatis absque opibus fplendefcere virtus.

Quod fi libeat & verbo *emergere* uti (quo Juvenalem in exprimenda posteriore parte hujus fententiae ufum effe docui) ita velim interpretari,

Nec per opes quisquam emergat virtute carentes,

Nec per opum vacuam virtutem emergere poffit.

Si vero liceat ordinem verfuum permutare, ita etiam verterim, utendo illo ipfo verbo *emergere.*

Incomitata opibus virtus emergere non dat;

Dant nec opes cuiquam, quibus haud comes addita virtus.

Horatius quoque virtutem nifi cum re, vilefcere teftatur: fed virtuti genus etiam addens.

Et genus & virtus nifi cum re vilior alga eft. STEPHAN.

Hujus rei elegantiffimam reddit rationem Menander apud Stobaeum:

Μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει.

Χρῆται γὰρ οὗτος, εἰς ἃ δεῖ, ταύτῃ καλῶς.

Felix qui fimul opes & mentem habet:

Hic enim opibus, ubi convenit, recte utitur. TH. GRAEV.

Ibid. δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον] Ita Theocritus poftquam divitias & potentiam Ptolemaei celebravit, ita Idyllium claudit: ἀρετήν γε μὲν ἐκ Διὸς αἰτεῦ. TH. GRAEV.



ΕΙΣ ΤΟΝ

ΑΠΟΛΛΩΝΑ

ΥΜΝΟΣ.

1 ΟΙΟΝ ὁ τὼ πόλλωνος ἐσείσατο δάφνινος ὄρπηξ,
Οἷα δ' ὅλον τὸ μέλαθρον. ἑκὰς, ἑκὰς, ὅς τις ἀλιτρός.
Καὶ δήπου τὰ θύρετρα καλῷ ποδὶ Φοῖβος ἀράσσει.
Οὐχ ὁράας; ἐπένευσεν ὁ Δήλιος ἡδύ τι φοῖνιξ
Ἐξα-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

1 ΟΙΟΝ ὁ τὼ πόλλωνος] Ἀντὶ τοῦ, οἵως. ἔστι δὲ θειασμός. λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν μαντευομένων τὰ θεῖα καὶ ἐπιδημεῖν καὶ ἀποδημεῖν. καὶ ὅταν μὲν ἐπιδημῶσι, τὰς μαντείας ἀληθεῖς εἶναι· ὅταν δὲ ἀποδημῶσι, ψευδεῖς. ὡς οὖν ἐπιδημοῦντος τοῦ θεοῦ, ταῦτά φησιν ὁ Καλλίμαχος.

4 Οὐχ ὁράας; ἐπένευσεν ὁ Δήλιος] Δεικτικῶς. λέγεται δὲ ὅτι παρὰ τῷ δένδρῳ ἐγέννησεν ἡ Λητὼ τὸν Ἀπόλλωνα.

Vs. 1. OION] Pro οἵως, Scholiastes noster, & Scholiastes Aristophanis in Equitibus, pag. 330. Edit. Genev. in fol. A. Fabri.

Ibid. τὼ πόλλωνος ἐσείσατο δάφνινος ὄρπηξ] Virgil. Aeneid. 3.

— tremere omnia visa repente
Liminaque laurusque Dei. &c.

Laurus enim, ut Plin. lib. 12. cap. 1. testatur, Apollini sacra, ut Jovi esculus, Minervae olea, Veneri myrtus, Herculi populus. Arboribus, quae diis sacrae sunt, quas commemoravit Frischlinus, addere potes, Baccho hederam, Pani pinum, Diti cupressum. Ideo vero laurus Phoebo sacra, vel quod divini nescio quid in se continere credita sit veteribus: & in prunas conjecta, si magnum ex se strepitum ederet, fausta; si nullum aut exiguum, infausta portendere. Vel quod in lauro semina ignis lateant, eaque ratione solem adumbret. Laurus enim hederae adfricata perinde atque silici chalybs, ignem emittit. Vulcan.

Ibid. ἐσείσατο δάφνινος ὄρπηξ] Dictis Spanhemii adde Kusterum ad Aristophanis Plut. vs. 213. Articulus ὁ abest ab editione Aldina.

Vs. 2. μέλαθρον] Verti *adytum*, de quo & dicitur μέγαρον. v. Ammonius in Βωμὸς, & Cl. Valkenar. in eum Animadv. p. 49.

Ibid. ἑκὰς, ἑκὰς, ὅστις ἀλιτρὸς] Virg. lib. vi. Aeneid.

— Procul hinc, procul este profani,
Conclamat vates, totoque absistite luco.

Ad



G. Hoet del. I.v. Vianen fec.



HYMNUS IN APOLLINEM.

Ut Apollinis se commovit laureus ramus,
Ut totum adytum! Procul, procul scelerati.
Jam profecto ostia pulcro pede Phoebus pulsat.
Non vides? annuit Deliaca suaviter palma
Re-

Ad quem locum Servius, hoc e Graecorum fontibus manasse notat, & Callimachi hemistichium ita citat:

ἑκὰς ἑκὰς ἐςὲ βέβηλοι.

Orpheus profanis fores praecludit, inquiens,

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐςὶ, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις,
Πᾶσιν ὁμῶς.

ut & Horatius, *Odi profanum vulgus & arceo.*

Porro ἀλιτρὸς sive ἀλιτήριος unde κατὰ συγκοπὴν factum est, non solum profanum, ἀμύητον quive sacris initiatus non sit, significat, verum etiam ἁμαρτωλὸν & ἄδικον, & sceleribus contaminatum, devotum etiam, nisi resacratus sit, ut cum C. Nepote loquar. Callimachus postea vs. 11. λιτὸν vocat, quem hic ἀλιτρὸν, eique opposuerat vs. 9. τὸν ἐσθλόν. VULCAN.

Ibid. ἀλιτρὸς] Spanhemio ad h. l. adde, si lubet, Solanum ad Lucianum de Sacrif. p. 537.

Vs. 3. Καὶ δήπου τὰ θύρετρα] Haec ut & illud hym. in Pallad. vs. 14. Συρίγγων αἴω φθόγγον ὑπαξονίων, μιμητικῶς ad vulgi judicium dicta esse annotavit V. C. Joseph. Scaliger in illud Catulli, *Viden' faces aureas quatiunt comas.* Vulgus enim cum aliquid optat, tametsi id non evenit, tamen quasi id evenerit, sibi ipsum persuadere conatur. VULCAN.

Ibid. Καὶ δήπου] in alio Codice, καὶ δὴ καὶ, *en effet, & jam.* A. FABRI.

Ibid. τὰ θύρετρα] Utitur eo vocabulo etiam Xenophon de expedit. Cyri lib. 5. alii volunt θύρετρον proprie limen dici. Hinc vox ἀντιθύρετρος apud Nonnum. MEURS.

Vs. 4. Οὐχ ὁράας;] Refertur non modo ad ἐπένευσε, sed etiam ad κύκνος ἀείδει, ut apud Horat. Carm. I. 14. *nonne vides*, non solum ad *nudum latus*, sed etiam ad *gemunt:* quod non debebat Bentlejum offendere. Zeugmatos hujus multa exempla apud omnes scriptores. Et vero etiam videndi verba ad omnes sensus referuntur. Catull. Epithal. 9. *canent, quod visere par est*, &c. De formula *viden', nonne vides?* v. Heinsius & Burmannus ad Valer. Flacc. V. 595. Pro ἐπένευσε MS. Reg. habet ἐπέπνευσε, sed in margine illud. Edd. Ald. Vascos. φοίνιξ. Et sic placebat Clarkio ad Homer. Il. B. 267. quia jota ultimae syllabae longum est.

Ibid. ἐπένευσεν ὁ Δήλιος ἡδύ τι φοίνιξ] Latonam ad palmam arborem humeris reclinatam Apollinem enixam esse scribit Callimachus in hymno εἰς Δῆλον vs. 209.

Λύσατο δὲ ζώνην, ἀπὸ δ' ἐκλίθη ἔμπαλιν ὤμοις

Φοί-

Ἐξαπίνης, ὁ δὲ κύκνος ἐν ἠέρι καλὸν ἀείδει.
Αὐτοὶ νῦν κατοχῆες ἀνακλίνεσθε πυλάων,
Αὐταὶ δὲ κληῖδες· ὁ γὰρ θεὸς οὐκ ἔτι μακράν.
Οἱ δὲ νέοι μολπήν τε καὶ ἐς χορὸν ἐντύνεσθε.
Ὡ᾽πόλλων οὐ παντὶ φαείνεται, ἀλλ᾽ ὅ τις ἐσθλός.
Ὅς μιν ἴδῃ, μέγας οὗτος· ὃς οὐκ ἴδε, λιτὸς ἐκεῖνος.

Ὀψό-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

5 Ὁ δὲ κύκνος] Ὄρνεον ἱερὸν Ἀπόλλωνος.

6 Αὐτοὶ νῦν] Ἀντὶ τοῦ αὐτόματοι.

7 Αὐταὶ δὲ] Αὐτόματοι.

Ἀνακλίνεσθε] Ὅμηρος· Ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος, ἠδ᾽ ἐπιθεῖναι.

Φοίνικος ποτὶ πρέμνον, ἀμηχανίης ὑπὸ λυγρῆς
Τειρομένη· νότιος δὲ διὰ χροὸς ἔρρεεν ἱδρώς.

Ἑβδομάκις περὶ Δῆλον. ἐπήεισαν δὲ λοχείῃ
Μουσάων ὄρνιθες ἀοιδότατοι πετεηνῶν.
VULCAN.

Euripides Hecuba eleganter & palmam & laurum Deliacam hisce versibus celebravit:

ἔνθα πρωτόγονός τε φοῖνιξ,
δάφνα θ᾽ ἱεροὺς ἀνέσχε
πτόρθους Λατοῖ φίλα
ὠδῖνος ἄγαλμα δίας.

quo in loco ἄγαλμα malim *levamen*, vel *solatium*, sive *adminiculum* interpretari quam εἰς τιμὴν, ut Scholiastes. Plinius lib. 16. cap. ult. in Regione Aulocrene platanum ostendi scribit, ex qua pependit Marsya victus ab Apolline, quae jam tum magnitudine electa est. *Nec non palma Deli*, inquit, *ab ejusdem Dei aetate conspicitur*. Palmam quoque aeneam Apollini Delphico dicatam ab Atheniensibus legimus. VULCAN.

Ibid. ἡδύ τι] De elegantia adjecti adjectivis, in quibus quantitas quaedam intelligi potest, τοῦ τι & nos ad Xenophontem monuimus, & ad hunc locum egit Vir doctus in Obs. Misc. V. p. 261.

Vs. 5. ὁ δὲ κύκνος ἐν ἠέρι καλὸν ἀείδει] Ita Calimachus hym. in Delum vs. 249. cygnos Latonae puerperae accinentes facit,

—— κύκνοι δὲ θεοῦ μέλποντες ἀοιδοὶ
Μηόνιον Πακτωλὸν ἐκυκλώσαντο λιπόντες

Ibid. ὁ δὲ κύκνος ἐν ἠέρι καλὸν ἀείδει] Quia Apollini haec avis sacra: caussam refert Cic. Tusculana I. *Cygni non sine caussa Apollini dicati sunt; sed quod ab eo divinationem habere videantur, qua providentes quid in morte bonum sit, cum cantu & voluptate moriantur* De cygnorum vero morte imminente cantu, quem ibi refert Cicero, est Martialis etiam locus lib. XIII.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cygnus funeris ipse sui.

MEURS.

Ibid. Sed fabulosa esse, quae de cygni morituri cantu circumferuntur, ostendunt Aelianus lib. I. hist. var. c. 14. Ἐγὼ δὲ ᾄδοντος κύκνου οὐκ ἤκουσα· ἴσως δὲ οὐδὲ ἄλλος. id est, *ego vero cygnum nunquam audivi canere, fortasse neque alius.* Lucianus in dialogo de electro seu cygnis: ᾀδόντων δὲ ἡδὺ, καὶ οἷον σὺ φῂς, οὐδὲ ὄναρ ἀκηκόαμεν. id est, *caeterum illos dulce, quemadmodum dicis, canentes ne in somnis quidem audivimus.* TH. GRAEV.

Ibid. κύκνος] Est enim Apollinis. v. H. in Del. 249. Ad ea, quae de cygni cantu a viris doctis etiam h. l. dicuntur, non alienum sit dicere, mihi & hominem Asianum confirmasse, cantantes se in Asia audisse cy-

gnos

Repente, & cygnus aërius ſuaviter canit.
Ipſa nunc repagula recedite portis,
Ipſique peſſuli. Deus enim non procul eſt.'
At juvenes ad cantum & chorum accingimini.'
Apollo non omnibus ſe conſpicuum facit, ſed modo bonis.
Quicunque eum viderit, is magnus erit: qui non videt, parvus ille.

Vi-

gnos, & de Islandia retulit mihi Paullus Vidalinus, qui id etiam apud nos palam in oratione panegyrica in Regem Daniae narravit his verbis, p. 28. *denique etiam cygni ſive olores, quos eruditorum gratia hic memorare libet, cum aliquem mihi dilectiſſimum quondam praeceptorem audierim mirari, quod veteres de cantu cygneo tam multa prodiderint, quos tamen recentiori aevo nec in his locis, nec in Italia, nec in ulla alia Europae regione cantare quisquam audiviſſet —— —— mirabar ego hunc ſermonem, qui ipſe in mea quidem patria ſonoram illam & amoenam cygnorum vocem ſaepe non ſine voluptate audiveram: quare valde gaudebam, quod ego ipſe teſtis oculatus atque auritus hanc antiquiſſimam traditionem contra recentiorum dubia confirmare poſſem. ea autem fabula eſt, quod morti vicinus canat &c.*

Vſ. 6. Αὐτοὶ νῦν κατοχῆες ἀνακλ.] Hic αὐτοὶ eſſe dictum pro αὐτόματοι, itidemque αὐταὶ pro αὐτόμαται (quae ſignificatio & apud Homerum extat) illa etiam Virgiliana imitatio oſtendit, Aeneid. 6.

Oſtia jamque domus patuere ingentia centum,
Sponte ſua.

Sic autem uſi ſunt interdum & Latini pronomine quod Graeco illi reſpondet: & quidem inter eos Cicero quoque, non uno in loco. Virgil. his verbis *ſponte ſua*, praefixit illud pronomen *ipſae*, Georg. 4.

Namque aliae nullis hominum cogentibus ipſae
Sponte ſua veniunt. STEPHAN.

Ibid. Αὐτοὶ] αὐτόματοι. Schol. *ſponte ſua.* ſed monuit *Steph.* Sic Latini τῷ *ipſe* utuntur. Virg. 2. Georg.

-- quibus ipſa procul diſcordibus armis
Fundit humi facilem victum juſtiſſima tellus. A. FABRI.

Ibid. Recte viri docti αὐτοὶ exponunt αὐτόματοι. Sic apud Latinos *ipſe.* Virgil. Ecl. IV. vſ. 21.

Ipſae lacte domum referent diſtenta capellae
Ubera.

Servius ibi: *ipſae referent, id eſt, ſua ſponte.* TH. GRAEV.

Ibid. Αὐτοὶ νῦν] Ed. Ald. αὐτοίνῦν. Cl. Pierſonus in Veriſim. p. 39. putat, Callimachum imitatum eſſe locum Homeri in Εἰρεσιώνῃ vſ. 3. Αὐταὶ (ſic Vir doctus bene emendat vulgatum αὐτὰρ) ἀνακλίνεσθε θύραι· πλοῦτος γὰρ ἔπεισι. qui etiam de vi pronominis bene ibi monet: quod imitati ſunt Latini, ut *ipſe* pro ſua ſponte dicerent. Cicero Catil. II. I. *vel ejecimus, vel emiſimus, vel* ipſum *egredientem.* &c. i. e. ſua ſponte egredientem. Orator. I. 24. *videor non* ipſe *aliquid promſiſſe, ſed fortuito in ſermonem veſtrum incidiſſe.* Virgilius autem, qui & ipſe hoc pronomine ſic utitur, tamen *ſua ſponte* addit, ut in iis locis, quae Stephanus attulit, & Eclog. VIII. 105. *Adſpice corripuit tremulis altaria flammis* Sponte ſua - - *cinis* ipſe.

Vſ. 8. ἐς χορὸν ἐντύνεσθε] Eodem modo loquitur Bion Idyll. II. 30.

Vſ. 9.-II. Quae e Stanlejo ad hunc locum affert Spanhemius, aliena ſunt. Jamblichus cum ceteris philoſophis non veras rerum ſacrarum fabularumque cauſſas tradit, ſed commentitias, & ad colorem gentili ſuperſtitioni addendum comparatas: quod ſemel monuiſſe ſat erit. Nam ſaepe in hoc genere peccavit vir illuſtris.

Vſ. 10. λιτὸς] *exiguus, ſimplex, nihil.* hic *pravus.* A. FABRI.

C 5 Vſ. 10.

Ὀψόμεθ' ὦ Ἑκάεργε, καὶ ἐσσόμεθ' οὔποτε λιτοί.
Μήτε σιωπηλὴν κίθαριν, μήτ' ἄψοφον ἴχνος
Τοῦ Φοίβου τοὺς παῖδας ἔχειν ἐπιδημήσαντος,
Εἰ τελέειν μέλλουσι γάμον, πολιήν τε κερεῖσθαι,
Ἑστήξειν δὲ τὸ τεῖχος ἐπ' ἀρχαίοισι θεμέθλοις.
Ἠγασάμην τοὺς παῖδας, ἐπεὶ χέλυς οὐκέτ' ἀεργός.

Εὐ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

14 Εἰ τελέειν μέλλουσι γάμον] Εἰ μέλλουσι καὶ γάμων ἐντὸς γενέσθαι, καὶ πολιάσαι· καὶ γὰρ ἀκειρεκόμης ὁ Ἀπόλλων.

15 Ἑστήξειν] Ἀπὸ τοῦ, ἵστημι, παρακείμενος ἕστηκα. ἀπὸ τούτου ποιοῦσιν οἱ Συρακούσιοι ἐνεστῶτα, ἑστήκω, οὗ ὁ μέλλων, ἑστήξω, καὶ τὸ ἀπαρέμφατον, ἑστήξειν.

16 Χέλυς] Ἡ κιθάρα.

Vſ. 12. Μήτε σιωπηλὴν κίθαριν, μήτ' ἄψοφον ἴχνος, &c.] Ita Hym. in Delum verſ. 302.

Οὔτε σιωπηλὴν, οὔτ' ἄψοφον· οὖλος ἐθείραις
Ἕσπερος ἀλλ' αἰεί σε καταβλέπει ἀμφιβόωντον.

Porro cygnus Apollini tribuitur, ut per eum dies ſignificetur quem nobis Solis praeſentia efficit, ſicut abſentia noctem corvo ſimilem parit. VULCAN.

Ibid. κίθαριν] Ammonius in libello de differentiis vocum tradit differre κίθαριν & κιθάραν: quod κίθαρις ſit lyra, unde κιθαρισταὶ lyricines: κιθάρα vero cithara, unde κιθαρῳδοὶ, qui cithara canerent. MEURS.

Ibid. κίθαριν] Plenius declarandum eſt, quod ex Ammonio habet Meurſii excerptum. Sane apud Callimachum Apollini ſemper κίθαρις tribuitur, pro quo eſt deinde λύρη, χέλυς, non κιθάρα. Et apud Platonem in Polit. III. qui locus in lexicis exſtat, λύρα & κιθάρα diſtinguuntur clare. Et ſunt ſane diverſae. Nam *lyram*, quae eſt κίθαρις, invenit Apollo, *citharam* Mercurius, conſentientibus Graecis, ut bene monet magnus Scaliger ad Manilium p. 379. Citharae a Mercurio inventae deſcriptio eſt apud Homerum H. in Mercur. vſ. 47. quem locum late illuſtrat Scaliger l. c. a qua lyra Apollinis diverſa, non habens chordas tentas ſuper teſtudinis cavo, ut Mercurialis, ſed inter cornua in ponticulo, qui cornua jungit, ſeu tranſtillo, ſine ſubjecta teſtudine: quod diſcrimen etiam in monumentis antiquis exprimitur.

Vſ. 13. ἔχειν] Eſt ἔχειν pro ἐχέτωσαν: ita ut nihil ſubaudiendum ſit, ſed exponendum, *Ne habeant pueri tacitam citharam.* Hujus autem uſus infinitivorum exempla apud Homerum, Heſiodum, & alios, extant. STEPHAN.

Ibid. ἔχειν] ſcil. χρή. Iſtis verbis Φοίβου ἐπιδημήσαντος, exprimit nomen hujus, de quo agit, Apollinis feſti, quod Ἀπόλλωνος ἐπιδημία dicebatur. Occurrit apud Procopium in epiſtola quadam: οὐδὲ γὰρ οἱ Δελφοὶ ὅλως αὐτὸν ἀπεῖναι τὸν Πύθιον ἔλοιντο, εἰ καὶ παρόντος εὐθὺς ἑορτὴν ἄγουσι τὴν ἘΠΙΔΗΜΙ'ΑΝ 'ΑΠΟ'ΛΛΩΝΟΣ. MEURS.

Ibid. Hoc etiam de aliis diis & deabus ſuperſtitio veterum credulis perſuaſit. Sic Venus credebatur certo tempore morari in Eryce Siciliae, dein trajicere in Italiam. Aelian. Var. hiſt. lib. I. c. 15. Ἔνθα κατά τινα καιρὸν θύουσιν οἱ Ἐρυκινοὶ τὰ ἀναγώγια, καὶ λέγουσι τὴν Ἀφροδίτην εἰς Λιβύην, ἀπὸ τῆς Σικελίας ἀνάγεσθαι. hoc eſt, *Erycini feſti-*

Videamus te, o Apollo, & nunquam erimus parvi.
Neque tacitam lyram, neque tacitum greſſum
Pueri debent habere, adventante Apolline,
Si velint ad nuptias pervenire, canoſque tondere,
Et ſtare muros ſuos ſuper antiquis fundamentis.
Laudem pueros, lyrâ non amplius otioſâ.

Fa-

feſtivitatem ibi (in Eryce) *celebrant, Anagogia dictam, eo tempore, quando Venerem e Sicilia ſolvere in Libyam affirmant.* TH. GRAEV.

Ibid. ἐπιδημήσαντος] Opinio erat Apollinem mutare ſedes, & ſex menſes hiemales apud Lyciam degere, & ſex aeſtivos apud Delum, ubi natus eſt Virg. in Aeneid. v. 143.

Qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta
Deſerit, ac Delum maternam inviſit Apollo

Ubi cave τὸ *hibernam* explices *frigidam*, δυσχείμερον; ſed contra, εὐχείμερον, ut recte Taubmannus. A. FABRI.

Ibid. ἐπιδημήσαντος] Spondaeus apto loco uſurpatur in inceſſu Dei & adventu, ex imitatione Homeri Il. A. 203. Achilles Minervae: Τίπτ' αὖτ' αἰγιόχοιο Διὸς τέκος εἰλήλουθας; ubi vid. Clarkius.

Vſ. 14. Εἰ τελέειν μέλλουσι γάμον, &c.] Pietati juvenum erga Apollinem, non vulgaria bona promittit, ut hymno in Dianam verſ. 130. quibus illa fuerit propitia, hoc eſt, piis. Nam impios quae mala maneant, antea elegantiſſime deſcripſit. VULCAN.

Ibid. πολιήν τε] πολιὰ Graecis ſimpliciter dicitur pro πολιὰ θρίξ. Quemadmodum apud Latinos *cani*, pro cani capilli. MEURS.

Ibid. Εἰ τελέειν —— —— Ἑστήξειν] Non opus eſt cum R. Bentlejo corrigere τελέσειν. Neque enim deſunt exempla variatorum temporum apud optimos auctores, praeſertim ubi ad ſenſum nil intererat, ut hoc loco & in hac forma; ſaltem ſine libris nil tentandum. Sic infra H. in Delum vſ. 135. Vide, ſi exempla commemorata cognoſcere velis, Dukerum ad Thucyd. II. 44. Elsner. Spec. Crit. p. 35. Valkenar. ad Hom. Il. XXII. 118. Obſ. Miſc. III. p. 150. & Nov. III. p. 29. Verbum autem τελέειν proprie de re nuptiali dicitur, de quo vide eruditam notam Cl. Ruhnkenii ad Timaei Lex. Platon. p. 159. De verbi ἑστήξειν ſignificatione veriſſime monet Bentlejus. Ἑστήξομαι ſimiliter pro *ſtabo* eſt in epiſtola Sopatri apud Stobaeum p. 311. & παρεστήξομαι apud Antoninum pro *adſtabo*, x. 36. Senſus igitur eſt: ſi ſalvam patriam, atque adeo domum paternam atque ſuam ſtare velint.

Vſ. 15. Ἑστήξειν δὲ τὸ τεῖχος] Scripſit fortaſſe ἑστήξει, repetendo quidem εἰ (perinde ac ſi dictum eſſet, καὶ εἰ ἑστήξει αὐτοῖς τὸ τεῖχος) ſed non μέλλουσι. *Et ſi* (inquit) *ſtabit murus ſuper antiqua fundamenta.* Id eſt, Si futurum eſt ut ſtent moenia patriae ſuper antiqua fundamenta. Intelligit igitur, Si patriam ſuam vel urbem ſuam ſalvam & incolumem manere cupiunt. Poſſet etiam eodem ſenſu intelligi τεῖχος de muro domus, quam unusquisque ſit in patria ſua aedificaturus. Quamvis enim de muro domus dicatur potius τοῖχος quam τεῖχος, poteſt hoc ad iſtam quoque ſignificationem extendi. Quod ſi retineatur ἑστήξειν, ex neutro verbo fiet activum. STEPHAN.

Ibid. Ἑστήξειν δὲ τὸ τεῖχος] Pater meus feliciſſimae memoriae legere ſolebat Ἑστήξειν δέ τε τεῖχος. & ſane non video cur τὸ, cum fuſe loquatur. A. FABRI.

Ibid. θεμέθλοις] Pauſa hic debet fieri, & ſequentes verſus intervallo quodam ab iſto ſejungi: nam poſtquam hortatus eſt pueros, eorum ludos aliquandiu conſpicatus miratur, ἐπεὶ χέλυς οὐκέτ' ἀεργός. A. FABRI.

Vſ. 17.

Εὐφημεῖτ' ἀΐοντες ἐπ' Ἀπόλλωνος ἀοιδῇ.
Εὐφημεῖ καὶ πόντος, ὅτε κλείουσιν ἀοιδοὶ
Ἢ κίθαριν, ἢ τόξα, Λυκωρέος ἔντεα Φοίβου.
Οὐδὲ Θέτις Ἀχιλῆα κινύρεται αἴλινα μήτηρ,
Ὁππότ' ἰὴ παιῆον, ἰὴ παιῆον ἀκούσῃ.
Καὶ μὲν ὁ δακρυόεις ἀναβάλλεται ἄλγεα πέτρος,
Ὅς τις ἐνὶ Φρυγίῃ διερὸς λίθος ἐστήρικται,
Μάρμαρον ἀντὶ γυναικὸς ὀϊζυρόν τι χανούσης.

Ἰὴ,

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

17 Εὐφημεῖ] Ἡσυχάζει, γαληνιᾷ.
18 Κλείουσιν] Ὑμνοῦσι.
20 Κινύρεται] Θρηνεῖ, κλαίει.
Αἴλινα] ἤτοι θρηνητικά.
22 Ἀναβάλλεται] Ὑπερτίθεται.

Vſ. 17. Εὐφημεῖτ' ἀΐοντες] In ſacris eſt *favere linguis*, ut hic: quod plerumque a circumſtante corona exigebatur per praeconem. Ariſtophanes in Nubibus:

> Εὐφημεῖν χρὴ, καὶ πρεσβύτην τῆς εὐχῆς ὑπακούειν.

Homer. Iliad. IX.

> Φέρτε δὲ χερσὶν ὕδωρ, εὐφημῆσαί τε κέλεσθε,
> Ὄφρα Διὶ Κρονίδῃ ἀρησόμεθ'.

Fiebat autem id cum ſummo ſilentio. unde Suidas εὐφημεῖν pro σιωπᾶν quoque accipi interdum tradit. Meursius.

Vſ. 18. Εὐφημεῖ καὶ πόντος] Adulto vere feſtum Apollinis celebratur. ideo mare pacatum, & ut dicit Propert. Eleg. 8. lib. 5.

> *Ponit & in ſicco molliter unda minas.*

quod noſter dicit, εὐφημεῖ καὶ πόντος. A. Fabri.

Vſ. 19. Λυκωρέος] ab Urbe quae vocatur Λυκωρέα, ad pedem Parnaſſi: unde apud Lucianum Parnaſſus Λυκωρεὺς, hodieque a Graecis incolis *Liacura* dicitur. Bene Schol. explicat Δελφικοῦ. A. Fabri.

Ibid. Λυκωρέος ἔντεα Φοίβου] Lycoreus dicitur a Lycorea vico juxta Delphos: cujus meminit praeter Strabonem lib. 9. etiam Stephan. περὶ πόλεων. Quia vicus eſt vicinus Delphis, hinc accipiendum pro Δελφικοῦ. Th. Graev.

Vſ. 20. κινύρεται] metaphora ſumta a bobus, ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὴν οὐρὰν ἐν τῷ μυκᾶσθαι. Vulcan.

Ibid. αἴλινα] pro αἴλινον. Scholiaſtes Sophoclis, αἴλινον interpretatur εἶδος θρήνου. quod & confirmat Etymol. αἴλινον, inquiens, ἐπὶ θρήνου τίθεται. ſed locum Sophoclis apponam ex Aiace flagell. αἴλινον, αἴλινον οὐδ' οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς ἥσει δύσμορος. ἀλλ' ὀξυτόνους μὲν ᾠδὰς θρηνήσει. Optime itaque Sophocles ipſe explicat αἴλινον non eſſe moderatam aliquam lamentationem, ſed cum magno ejulatu conjunctam. Vulcan.

Ibid. αἴλινα] eſt adverbium. Sic Moſchus Idyll. 3. vſ. 1. αἴλινά μοι στοναχεῖτε νάπαι, quanquam aliter Vulcanius. A. Fabri

Ibid. κινύρεται αἴλινα μήτηρ] Αἴλινα, *miſerabiliter*, *flebiliter*. Imitatus eſt, ut opinor, Sophoclis locum in Ajac. 635. de matre Ajacis, quem attulit Vulcanius. An hunc quoque imitatus eſt Ovid. Amor. III. 9. 23.

> Aelinon *in ſilvis idem pater*, Aelinon, *altis*

Di-

Favete audientes linguis in Apollinis cantu.
Favet & pontus, cum poëtae celebrant
Aut lyram, aut arcum, Lycorei arma Phoebi.
Neque Thetis Achillem luget flebiliter mater,
Cum, Io Paean, Io Paean, audit.
Atque etiam lacrimosum differt luctus saxum,
Quod in Phrygia, irriguus lapis, stat,
Marmor pro muliere, miserabile quid hiante.

Io,

Dicitur invita concinuisse lyra. ubi vid. Heinsius & Burmannus.

Vs. 21. Ὀππότ' ἰὴ παιῆον] Si verum est quod de hujus acclamationis origine traditur, altera scriptura sequenda fuerit, ἵει, mutato & spiritu & accentu: ut sit ἵη pro ἀφίη. quamvis alioqui potius dicatur ἀφίει & ἵει. sicut versu 103. legitur ἵει βέλος. Et tamen apud Athenaeum narrantem ex Clearcho hanc historiam, scriptum est in vulg. edit. ἵε, non ἵει. quin etiam ἴε tenui spiritu. sed ad spiritum quidem quod attinet, mendum ibi esse ostendit compositum verbum ἄφιε, quo simplex illud ab eodem exponitur. Atque ita tres imperativi formae fuerint, ἵη, ἵει, & ἵε, quarum ultimam minus quis tueri quam praecedentes possit. Illa tamen lectio ἰὴ reperitur itidem non solum paulo post, ver. 25. sed etiam in ver. 103. & quidem sequente ἵει. STEPHAN.

Ibid. ἰὴ παιῆον] Hujus Paeanis originem disce ex Callimacho hoc ipso hymno vers. 100. & sequentibus. VULCAN.

Vs. 22. ἰὴ — ἰὴ] MS. Voss. ἵη — ἵη. Ed. Ald. ἰη — ἰη. Sic & vs. 25.

Ibid. Καὶ μὲν ὁ δακρυόεις] Hunc versum Propertius imitatus est III. 8.

Et Niobes lacrimas supprimat ipse lapis A. FABRI.

Vs. 23. ἐνὶ Φρυγίῃ] Sic Anacreon,

Ἡ Ταντάλου ποτ' ἔστη
Λίθος Φρυγῶν ἐν ὄχθαις.

Sed quomodo ἐνὶ Φρυγίῃ, si in Sipylo monte? Nempe antiqui fines Phrygiae dilatiores habebant, & in illa Sipylum dinumerabant. A. FABRI.

Ibid. διερὸς λίθος &c.] Th. Bentlejo V. Cl. intolerabile videtur, in tribus versibus esse πέτρος, λίθος, μάρμαρον. Tenet tamen, si esset διερὴ λίθος, deinde μαρμάρου χανέσης, a recto μάρμαρος. Sed primo διερὴ λίθος non tollit ὁμοιοτέλευτα, sed alia gignit praecedente Φρυγίῃ, nec ea justam caussam praebent, aliquid contra libros moliendi. Nec est, quod quis offendatur, cum tribus continentibus versibus ejusdem rei tria diversa nomina ponuntur: sunt enim alia exempla, & in his copia orationis quaedam ostenditur. In μαρμάρου χανέσης placet sane constructionis forma. Sed illud οἴζυρόν τι χανεῖν non satis convenit marmori. Ponitur autem μάρμαρον κατ' ἐπανάληψιν ἐπὶ τῆς ἐξηγήσεως, hoc sensu: Illud, inquam, marmor, in quod mulier miserabiliter ejulans conversa est, servato etiam in conversione ipso oris hiatu. Utrumque, & lacrimas & hiatum oris Niobei, expressit Lucianus Imagg. c. 1. Θαῦμα ἂν τις ὅλον τὸν Σίπυλον μετακινήσειεν, ἤ σε τῶν καλῶν ἀπάγοι, μὴ οὐχὶ παρεστάναι αὐτοῖς κεχηνότα καὶ ἐπιδακρύοντά γε πολλάκις, ὥσπερ ἐκείνην αὐτὴν τοῦ Ταντάλου. Spondaeus quoque ἐστήρικται in vs. 23. ad Homeri imitationem factus hic aptissimus est. Χανεῖν expressit Propertius II. 23. 6.

Hic equidem Phoebo visus mihi pulcrior ipso
Marmoreus tacita carmen hiare lyra.

ubi vid. Broukhus.

Vs. 24. Μάρμαρον ἀντὶ γυναικὸς] Sic explica cum versu superiori, διερὸς λίθος ἐστήρικται μάρμαρον, *stetit lapis marmor*, ἀντὶ γυναικὸς χανέσης οἴζυρόν τι. A. FABRI.

Ibid. οἴζυρόν τι χανέσης] Duobus modis exponi hoc participium potest: ut dicatur οἴζυρόν τι χανοῦσα Niobe in suis lamentationibus & ejulationibus,

quum

Ἰὴ, ἰὴ φθέγγεσθε· κακὸν μακάρεσσιν ἐρίζειν.
Ὃς μάχεται μακάρεσσιν, ἐμῷ βασιλῆϊ μάχοιτο·
Ὅς τις ἐμῷ βασιλῆϊ, καὶ Ἀπόλλωνι μάχοιτο.
Τὸν χορὸν ὡπόλλων, ὅ τι οἱ κατὰ θυμὸν ἀείδει,
Τιμήσει· δύναται γὰρ, ἐπεὶ Διῒ δεξιὸς ἧσται.
Οὐδ' ὁ χορὸς τὸν Φοῖβον ἐφ' ἓν μόνον ἦμαρ ἀείδει·
Ἔστι γὰρ εὔυμνος. τίς ἂν οὐ ῥέα Φοῖβον ἀείδοι;
Χρύσεα τῶ 'πόλλωνι τό, τ' ἐνδυτὸν, ἥ τ' ἐπιπορπὶς,
Ἥ τε λύρη, τό, τ' ἄεμμα τὸ Λύκτιον, ἥ τε φαρέτρη·
Χρύσεα καὶ τὰ πέδιλα. πολύχρυσος γὰρ Ἀπόλλων,
Καὶ τε πολυκτέανος· Πυθῶνί κε τεκμήραιο.

Καὶ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

26 Βασιλῆϊ] [illegible]

32 Τό, τ' ἐνδυτὸν, ἥ τ' ἐπιπορπὶς] [illegible]

33 Τό, τ' ἄεμμα] [illegible]

35 Πυθῶνί κε τεκμήραιο] [illegible]

[illegible]

Io, Io, dicite: Grave eſt cum Diis certare.
Qui cum Diis contendit, cum rege meo contendit:
Qui cum rege meo, etiam cum Apolline contendit.
Chorum Apollo, ſi ei grata cecinerit,
Praemiis adficiet. Poteſt enim: quia Jovi dexter ſedet.
Neque chorus Phoebum unum modo diem canet.
Ineſt enim larga canendi materia. Quis non facile Phoebum canat?
Aurea Apollini & chlamys, & fibula,
Et lyra, & arcus Lyctius, & pharetra,
Aurei etiam calcei. Abundat enim auro Phoebus,
Eſtque maxime dives: E Pythone utique colligas.

At-

Vſ. 31. Ἔστι γὰρ εὔυμνος] Totus hic pentameter Ovidianus, *In laudes ejus area magna patet*, ad interpretationem nominis hujus εὔυμνος poſſet adhiberi. (Ovidianum autem voco, quem facio ex illo Ovidii,

Et patet in laudes area magna tuas)

Neque tamen εὔυμνος tam videtur ſonare *laudibus abundans*, quam *laudatu facilis*, qui facile laudari poteſt. Atque adeo ipſe Callimachus velut exponens hoc epithetum εὔυμνος, ſubjungit, τίς ἂν οὐ ῥέα αἰδοι (quum antea paſſim legeretur ἀν' οὔρεα, id eſt, per montes, pro ἂν οὐ ῥέα, ut docui in illa mea editione heroicorum poëtarum) Verum ab hac expoſitione non diſſentit altera, quum facile ſit eum laudare qui laudibus abundat, ita ut copioſa earum materia ſuppetat, ſive multa ad eum laudandum argumenta ſuppetant. Eſt autem ſumptum ex Homero hoc epithetum: apud quem in hymno ejus legitur. STEPHAN. Hunc locum primum ſic emendaſſe potiſſimum Auratum didici ex nota viri docti, quam adſcripſerat editioni, quam mecum communicavit Cl. Francius. TH. GRAEV. Scilicet edd. primae habent οὔρεα. Illa notula adſcripta exemplis Aldi & Vaſcoſani, quibus utor, eſt e Mureti Var. Lect. VII. 7. MSS. Ambr. & Voſſ. αἰδοι. Reg. αἰδειν.

Vſ. 32. Χρύσεα] v. H. in Dian. vſ. 110. & adde Spanhemium ad h. l. Imitatus eſt hunc locum Ovid. Amor I. 8. 59.

Ipſe Deus vatum, palla ſpectabilis aurea,
Tractat inauratae conſona fila lyrae.

Ceterum τὸ τε toties repetitum bene ſervit augendo.

Vſ. 33. τό, τ' ἄμμα] Perperam a ſcholiaſte ἄμμα exponitur ἡ πόρπη, quum ſignificet τὸ τόξον, id eſt, arcum. STEPH.

Ibid. ἄμμα τὸ Λύκτιον] Idem epitheton arcus eſt in epigrammate inedito Paulli Silentiarii, quod adſcribam:

Ἀνδροκλος, Ὤπολλον, τόδε σοι κέρας, ᾧ ἔπι πολλὴν
Θῆρα βαλὼν ἄγρας εὔσκοπον εἶχε τύχην.
Οὔποτε γὰρ πλαγκτὸς γυρὰς ἔξαλτο κεραίας
Ἰὸς ἐπ' ἠλεμάτῳ χειρὸς ἐκηβολίῃ.
Ὁσσάκι γὰρ τόξοιο τανυγλώχιν ἴαχε νευρὴ,
Τοσσάκις ἦν ἄγρης ἠέρι ἢ ξυλόχῳ.
Αἰθ' ὧν σοι τόδε, Φοῖβε, τὸ Λύκτιον ὅπλον ἀγινεῖ,
Χρυσείαις πλέξας μείλιον ἀμφιδέαις.

Debeo hoc epigramma Cl. Ruhnkenio, qui adnotaverat Λύκτιον ἰοδόκην ex epigrammate Leonidae Anthol. VI. 12. p. 563. & *Lyctia tela* e Statii Theb. VI. 937.

Vſ. 35. Πυθῶνί κε τεκμήραιο] Alludit ad ſtatuam ejus auream, & donaria in templum Delphicum ex to-

to

Καί κεν ἀεὶ καλὸς καὶ ἀεὶ νέος· οὔποτε Φοίβου
Θηλείαις, οὐδ' ὅσον, ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς.
Αἱ δὲ κόμαι θυόεντα πέδῳ λείβουσιν ἔλαια.
Οὐ λίπος Ἀπόλλωνος ἀποστάζουσιν ἔθειραι,
Ἀλλ' αὐτὴν πανάκειαν. ἐν ἄστεϊ δ' ᾧ κεν ἐκεῖναι
Πρῶκες ἔραζε πέσωσιν, ἀκήρια πάντ' ἐγένοντο.

Τέ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

37 Θηλείαις] Ἁπαλαῖς.
Χνόος] Ψόφος, ξυσμός.

38 Λείβουσιν ἔλαια] Σημείωσαι ὅτι τὸ ἔλαια πληθυντικῶς παρ' οὐδενὶ ἄλλῳ εὕρηται.

40 Πανάκειαν] Τὴν ἴασιν.

41 Πρῶκες] Δρόσοι, σταγόνες. Ἀκήρια δὲ, ἀσθενῆ τὰ νοσήματα. ἢ μᾶλλον, ἄφθαρτα καὶ ἄνοσα πάντα γίνεται.

to terrarum orbe collata, de quibus videndus Pauſanias Phocicis. Meurs.

Ibid. Πυθῶνί κε τεκμήραιο] Ex templo Delphico, ubi multae congeſtae erant divitiae. Homer. Il. I. 404. (v. Schol.) Vide & Hiſtoricos Graecos, Pauſaniam imprimis: vide & Aelianum. A Fabri.

Ibid. Πυθῶνί κε τεκμήραιο.] Draco Stratonicenſis in libello inedito de metris poëticis laudans haec verba habet δέ. Sed vulgatum melius.

Vſ. 37. Θηλείαις] Putavit ſcholiaſtes θηλείαις dici de genis Phoebi, ideoque non intellexit *foemineis*, ſed *mollibus*. exponit enim ἁπαλαῖς. Sic autem exponendo neceſſe fuerit οὐδ' ὅσον ſignificare *ne tantillum quidem*, ut apud Apoll. Rhodium. perinde ac ſi quis dicat, ὁ Φοῖβος οὐδ' ὀλίγον χνοᾷ τὰς ἁπαλὰς παρειάς. ut Lucianus dixit, ἀγένειον ἀκριβῶς, οὐδ' ἐπ' ὀλίγον χνοῶντα τὰς παρειάς. Steph.

Ibid. ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς] Quum χνόος ſit lanugo, (unde χνοάειν apud Apollonium) depravatum eſſe dicamus neceſſe eſt illum Scholiaſtae locum, in quo nomini χνόος appoſita ſunt haec duo, ψόφος & ξυσμὸς, tanquam ad illud exponendum. Steph.

Ibid. Θηλείαις οὐδ' ὅσσον ἐπὶ χνόος ἦλθε παρειαῖς] Imberbem Apollinem facit. recteque Scholiaſtes θηλείαις, cum παρειαῖς, conjungens, interpretatur ἁπαλαῖς, hoc eſt, teneris, mollibus, hoc eſt, laevibus: tametſi Lucianus auctor eſt quosdam Aſſyriorum Apollinem barbatum effeciſſe, ceterosque qui eum imberbem repraeſentarent, vituperaſſe, perinde atque juvenilis forma aliquod imperfectionis argumentum ſit, quae procul a diis amovenda. Porro χνόον ſignificare primam malarum lanuginem, quam aliter Graeci ἴουλον vocant, nemo neſcit. pleonaſmo enim literae ν, dicitur χνοῦς a χοῦς & hoc a χόος quod ſit a χέω. Apollonius, νέον χνοάοντα παρειάς. quod vero Scholiaſtes habet: Χνόος] Ψόφος. id ego ex Heſychio ita legendum arbitror: Χνόος, ὁ χνοῦς τοῦ γενείου ἀρξαμένου. χνόος, ξυσμὸς, ψόφος. nam & paulo ante interpretatus erat Heſychius χνόην, τὸν ποδῶν ψόφον. Caſtigabo etiam obiter Suidae locum apud quem ita legitur, χνοῦς, χοᾶ, χοῦς μέτρον Ἀττικόν. quod ita reponendum cenſuerim. χνοῦς, χοῦς. deinde χοᾶ μέτρον Ἀττικόν. &c. Vulcan.

Ibid. Θηλείαις οὐδ' ὅσσον ἐπὶ χνόος ἦλθε παρ.] Interpretis ſupinitatem non poſſum non demirari; vertere enim debuerat: *nunquam Phoebi juvenilibus*,

Atque etiam ſemper formoſus eſt, ſemper juvenis.
Nunquam Phoebi
Teneras lanuginis quicquam veſtivit genas.
Comae autem odoratum in terram fundunt oleum.
Non oleum Apollinis deſtillant comae,
Sed panaceam ipſam. In qua autem urbe illae
Guttae humi ceciderint, ibi omnia ſalva fiant.

Arte

bus, ne tantillulum quidem, lanugo increſcit malis. A. FABRI.

Ibid. Θηλείαις ȣδ' ὅσσον ἐπὶ χνόος] Vides hunc interpretum errorem jam Stephanum & Vulcanium caſtigaſſe. Hoelzlinus in notis ſuis ad Apollonium dicit in Scholiaſte, (χνȣς eſt ψόφος) pro ψόφος legendum eſſe πόκος, vellus aut lanugo genarum. TH. GRAEV.

Ibid. Θηλείαις ȣδ' ὅσσον] Nempe in vetere verſione erat: *Femineis ne tantillum quidem.* Οὐδ' ὅσον fortiter negat, nec id exemplo caret, ut monuit Stephanus. Maneth. VI. 715. σελήνη Εὐεργῶν μηδ' ὅσσον ἔχῃ ἐπιμάρτυρον ἄστρων.

Vſ. 40. πανάκειαν] Πανάκεια eſt herba quaedam, ita dicta quod omnibus morbis mederetur: unde potens dicitur a Lucano lib. IX.

Et panacea potens, & Theſſala centaurea.

Tribuit autem Apollini panaceam, quia medicinae inventor putabatur. Sic Callimachus noſter paullo poſt:

—— ἐκ δέ νυ Φοίϐȣ
Ἰητροὶ δεδάασιν ἀνάϐλησιν θανάτοιο.

MEURS.

Ibid. πανάκειαν] Apud Scriptores eſt herba: ſed hic non eſt. dicit enim vel minimam guttulam, quae a capite Apollinis defluxerit, quocumque cadat, ſalutem afferre. A. FABRI.

Ibid. αὐτὴν πανάκειαν] Herba alias panacea. v. Spanhem. Hic eſt ſuccus, ut apud Virgil. Aen. XII. 419. ubi cum ambroſia ab herbis medicantibus clare diſtinguitur.

Vſ. 41. Πρῶκες ἔραζε πέσωσιν] Recte Scholiaſtes interpretatur δρόσοι. Sunt enim πρῶκες proprie guttae roris παρὰ τὸ πρωῒ πέμπεσθαι. VULC.

Ibid. ἀκήρια] Quum, poſtquam dixit comas vel ex comis Apollinis ſtillare ipſam panaceam, addat, omnia fieri ἀκήρια in ea urbe in cujus ſolum illas decidere contigerit, rationi conſentaneum eſt, ut ἀκήρια non pro immortalia, ſed pro ſalva & incolumia, ſive morborum expertia, accipiamus. Apud Scholiaſtem autem prior vocis hujus expoſitio depravata eſt. STEPH.

Ibid. Ἀκήριος compoſitum ex α & κῆρ quod contractum eſt pro κέαρ i. e. corde carens, exanimis, ut in iſtis Homeri Iliad. η.

ἥμενοι αὖθι ἕκαστοι ἀκήριοι

& Iliad. λ.

—— καὶ ἀκήριον αἶψα τίθησιν.

& Iliad. ν.

ȣ̓τε τινὰ δέος ἴσχει ἀκήριον.

vel componitur ex α & κὴρ i. e. fatum, immortalis, fato non obnoxius, ut h. l. Callimachus, & Phocylides,

Ψυχαὶ γὰρ μίμνȣσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι.

Nicander poſuit etiam activa ſignificatione, pro non exitialis, non letifer. MEURS.

Ibid. ἀκήρια πάντ' ἐγένοντο] Stephanus ἀκήρια non *immortalia* explicat, ſed *ſalva* & *incolumia*, ſeu *morborum expertia;* & addit apud Scholiaſten priorem hujus vocis expoſitionem depravatam eſſe, ubi ſic legitur, ἀκήρια, ἀσθενῆ τὰ νοσήματα. Ego vero (ſi hoc etiam feminae ſit conceſſum) legendum crederem, ἀϐλαϐῆ τὰ νοσήματα; & ut hanc reſtitutionem Stephani expoſitio, ſic illius expoſitionem reſtitutio haec firmat. Judicent eruditi. Sed antequam hinc abeam, hoc quoque addam, hanc vocem eſſe in earum numero quae contraria ſignificant; nam *incorrupta* & *imbecillia* ſignificat. A. FABRI.

Ibid. ἀκήρια πάντ' ἐγένοντο] Debebat

Τέχνῃ δ' ἀμφιλαφὴς οὔ τις τόσον, ὅσσον Ἀπόλλων.
Κεῖνος ὀϊστευτὴν ἔλαχ' ἀνέρα, κεῖνος ἀοιδόν·
Φοίβῳ γὰρ καὶ τόξον ἐπιτρέπεται καὶ ἀοιδή.
Κείνου δὲ θριαὶ, καὶ μάντιες· ἐκ δέ νυ Φοίβου
Ἰητροὶ δεδάασιν ἀνάβλησιν θανάτοιο.
Φοῖβον καὶ Νόμιον κικλήσκομεν, ἐξέτι κείνου,
Ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρυσσῷ ζευγίτιδας ἔτρεφεν ἵππους,
Ἠϊθέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτοιο.

Ῥεῖα

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

42 Ἀμφιλαφὴς] Ἔστι γὰρ τοξότης, ἀοιδὸς, μάντις, ἰατρὸς, ποιμήν.

45 Κείνου δὲ θριαὶ] Μαντικαὶ ψῆφοί εἰσιν αἱ θριαί. λέγεται δὲ αὐτὰς εὑρῆσθαι ὑπό τινων τριῶν νυμφῶν. Διὰ τοῦτο καὶ θριαὶ ὠνομάσθησαν, οἱονεὶ τριαί.

48 Ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρυσῷ] Ἀμφρυσὸν οἱ μὲν ποταμὸν Θεσσαλίας, οἱ δὲ πόλιν. Ζευγήτιδας δὲ, τὰς ὑπὸ ζυγὸν ἀγομένας.

49 Ἠϊθέου] Ἀγάμου, ἄπαιδος.

bat esse *πάντα γένοιτο*. vid. v. c. mox vs. 52. seqq. Nec huc quadrant disputata Jensio Lect. Lucian. I. 4.

Vs. 42. Ἀμφιλαφὴς] Horat. de Maximo:

Centum puer artium. A. FABRI.

Ibid. Τέχνῃ δ' ἀμφιλαφὴς] Hesychius *ἀμφιλαφὲς* exponit *πολὺ, δαψιλές*. & apud Herodian. *ἀμφιλαφῆ κτήματα* sunt ampla, ingentia praedia. TH. GRAEV.

Ibid. Τέχνῃ δ' ἀμφιλαφὴς] De hoc verbo praeclare egit Cl. Ruhnkenius ad Timaei Lex. Plat. p. 18. quem legisse non poenitebit. Versum Callimachi imitatus est, ut alios, Dionys. Perieg. 460.

> Ὕλη δ' ἀμφιλαφὴς οὔτις τόσσον, ὅσσον ἐκείνη.

Vs. 43. Κεῖνος ὀϊστευτὴν ἔλαχ' ἀνέρα, κεῖνος ἀοιδόν] V. C. Joseph. Scaliger in Propertium IV. 6. 69. ita legit: Φοῖβος ὀϊστευτὸν ἔλαχεν ῥέα, Φοῖβος ἀοιδήν. VULC.

Ibid. ὀϊστευτὴν] Jos. Scaliger sic corrigebat, ut conformaret sequentibus, ubi res, non personae, commemorantur. Sed ut non dicam, ita sequentem versum sine ulla dubitatione ejiciendum esse, qui vel sic in dubitationem adduci posse videtur; illud *ῥέα* plane friget. Ὀϊστευτὴς ἀνὴρ non nimis vulgare est, nec librarium sapit. Neque porro aut necessarium erat, de artibus Apollinis sine varietate dici, aut non poterat isto modo res dici. v. H. in Apoll. 79.

Ibid. ἔλαχ'] Hoc verbum noster fere dixit significatione consequentis pro antecedente, ut sit *imperare*, *tueri*, *in tutela habere*. Sic H. in Del. 74. ἔπει λάχεν Ἴναχον Ἥρη, *Juno imperat Inacho.*

Vs. 44. Φοίβῳ γὰρ καὶ τόξον ἐπιτρέπεται καὶ ἀοιδή] Hic versus, etiam servata vulgata lectione praecedentis versus, tamen non desideraretur, si abesset: quod facile quis concedet. Immo oratio venustior mihi videtur futura, si abesset. Dudum id sensi: sensit item ingeniosissimus Ruhnkenius Epist. Crit. II. p. 13. eumque propterea pro spurio proscripsit. Sed si prior versus

Arte etiam nemo abundat ut Apollo.
Ille ſagittatorem ſortitus eſt virum, ille poëtam:
Phoebo enim & arcus datus eſt & carmen.
Illius etiam ſortes ſunt & vates. A Phoebo etiam
Medici didicere prolationem mortis.
Phoebum etiam paſtorem vocamus ex eo tempore,
Quo ad Amphryſum jugales pavit equas,
Pueri Admeti ardens amore.

Faci-

ſus relinquitur ſine emendatione Scaligeri, tamen ferri poſſe videtur. Primum ſenſus ipſe verſus eſt bonus. In Scholiis ineditis Homeri apud Spanhemium Apollo dicitur ἔφορος, (ſic erat ſcribendum, ut bene monet Cl. Valkenarius de Codice Homeri Leid. p. 94.) ἔφορος, ergo, τεσσάρων τεχνῶν, τοξικῆς, ἰατρικῆς, μουσικῆς &c. Hoc eſt profecto Apollini ἐπιτρέπεται τόξον καὶ ἀοιδή. Sic enim ἐπιτρέπεσθαι & Latinum *permitti* dici, notiſſimum eſt. Deinde a Callimachi conſuetudine non alienum eſt, ſubinde inſerere rationes rei & cauſſas. Similiter vſ. 55. ſeqq. vult dicere, Apollinem condendis urbibus praeeſſe. Hoc dicit primum referens ad perſonas & conditores urbium: Φοίβῳ δ' ἑσπόμενοι πόλιας διεμετρήσαντο Ἄνθρωποι. Deinde addit rationem: Φοῖβος γὰρ ἀεὶ πολίεσσι φιληδεῖ Κτιζομέναις.

Vſ. 45. Κείνου δὲ θριαί] θριαί, ut annotat Scholiaſtes, ſunt tres calculi vaticinatorii, qui a tribus Nymphis filiabus Jovis inventi fuerunt. quae illos Palladi dederunt. haec vero, cum incuſaretur quod alienum munus invaderet (vaticinatio enim eſt Apollinis) calculos in campum Thriaſium abjecit. Hinc & vaticinari θριάσθαι dicitur. & Heſychius interpretatur θριάζειν, ἐνθουσιᾶν. VULC.

Ibid. Κείνου δὲ θριαί] θριαί ſunt lapilli. Caeterum, quod dicit Schol. eſſe pro τριαί, quod a tribus Nymphis inventi ſint, commentum credo, quo facilius cereae puerorum mentes hiſce fabellis imbuerentur. A. FABRI.

Ibid. Φοίβου] Φοῖβος eſt purus, interdum μαντικός, ut apud Homer. Φοῖβος Ἀπόλλων. Id imitati Latini poëtae dixerunt *Phoebus Apollo.* Alii id cognomen eſſe volunt ab avia Phoebe. hinc Φοιβόληπτος, Phoebi numine afflatus, pro quo Φοιβόλαμπτος Ionice dicitur apud Herodotum. MEURS.

Vſ. 46. ἀνάβλησιν θανάτοιο] Id eſt, artem remorandi mortem, ſive poſſe mortem remorari, vel morari. Quum enim eos tandem invadat a quibus illam aliquando depulerint, ſeu averterint, merito dicuntur duntaxat moram ei afferre, ſive ejus adventum retardare. STEPHAN.

Vſ. 47. ἐξ ἔτι κείνου, Ἐξότ'] Nota tot ſimul particulas tanta arte junctas. neſcio, an apud Homerum reperias. non credo. viderint quibus haec Deus otia fecit. Hoc imitantur Latini cum dicunt, *jam usque ab eo tempore, cum* &c. A. FABRI.

Ibid. ἐξέτι κείνου, Ἐξότ'] Non credebat Anna, ſimile quid eſſe apud Homerum. Ecce tibi ſimile quid Il. I. 106. Ἐξέτι τοῦ ὅτε διογενὴς &c. Ex quo loco etiam refellitur Arnaldus, qui (Animadv. p. 62.) vult ſcribi ἐξ ὅτ', quaſi ἐξότ' eſſet pro ἐξότου, nec τὸ ου poſſet commode elidi. Si nihil aliud impedimenti eſſet, facile tolleretur. v. H. in L. P. vſ. 137. Sed τὸ ἐξότ' & alibi eſt pro ἐξότε, ſimile τῷ ἐξέτι, quod & ipſum conjuncte exprimitur apud Homerum l. c. Apollonium I. 976. apud noſtrum H. in Del. 275. atque etiam h. l. in edit. Ald. ſic ut οὐκέτι. Itaque & ſic exprimi juſſimus.

Vſ. 48. ἐπ' Ἀμφρυσῷ] Magno Scaligero hic locus non occurrebat, cum in Animadv. ad Euſeb. p. 13. b. neſcire ſe ſcriberet, unde Clemens & Euſebius de famulatu Apollinis illo hauſiſſent. Ed. Ald. Ἀμφρυσσῷ.

 Vſ. 50.

Ῥεῖά κε βουβόσιον τελέθοι πλέον, οὐδέ κεν αἶγες
Δεύοιντο βρεφέων ἐπιμηλάδες, ᾗσιν Ἀπόλλων
Βοσκομένῃς ὀφθαλμὸν ἐπήγαγεν· οὐδ' ἀγάλακτες
Ὄϊες, οὐδ' ἄκυθοι, πᾶσαι δέ κεν εἶεν ὕπαρνοι.
Ἡ δέ κε μουνοτόκος, διδυματόκος αἶψα γένοιτο.
Φοίβῳ δ' ἑσπόμενοι πόλιας διεμετρήσαντο
Ἄνθρωποι. Φοῖβος γὰρ ἀεὶ πολίεσσι φιληδεῖ
Κτιζομέναις, αὐτὸς δὲ θεμείλια Φοῖβος ὑφαίνει.

Τε-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

50 Βουβόσιον] Ὁ τόπος ἔνθα αἱ βόες νέμονται. τὸ δὲ Ἐπιμηλάδες, ἀντὶ τοῦ, αἱ μετὰ τῶν μήλων νεμόμεναι· καὶ γὰρ καὶ τὰς αἶγας μῆλα λέγουσιν. ὡς Ὅμηρος ἐπεξηγεῖται· Μῆλ' ὄϊές τε καὶ αἶγες ἰαύεσκον. Εἰ δὲ Μενεμηλάδες γράφεται, ἀντὶ τοῦ θήλειαι ἐστίν.

53 Ἄκυθοι] Ἄγονοι. κύθος γὰρ τὸ κύημα.

Vſ. 50. *οὐδέ κεν αἶγες Δεύοιντο*] In eundem ſenſum Theocritus canit Id. XXV. 118. ſqq. TH. GRAEV.

Vſ. 51. *ἐπιμηλάδες*] Eſt in diverſa lectione *μενεμηλάδες*, & Schol. explicat *θηλείας*. neſcio an bene. Patrem meum aliquoties dubitantem vidi, an legendum eſſet *μεμεμηλάδες*, quaſi quae permiſtae ovibus plerumque paſcantur, & hanc lectionem ad oram codicis ſui ſcripſerat. Locum huic conjecturae dederat Scholiaſtae expoſitio, *ἀντὶ τοῦ, αἱ μετὰ τῶν μήλων νεμόμεναι*. A. FABRI.

Ibid. *ἐπιμηλάδες*] Gloſſa interlinearis MS. Reg. *ἐπιμηλάδες* interpretatur *αἱ γόνιμοι*. Nihil autem eſt quod de hac voce addatur iis, quae interpretes attulerunt, praeter gloſſam Heſychii, quae ex hoc loco orta videtur: *Ἐμμηλάδας αἶγας, τὰς μετὰ τῶν προβάτων γενομένας*, vel *νεμομένας*, ut eſt in Scholio. Unde forte etiam quis apud noſtrum corrigat *ἐμμηλάδες*. Aliam lectionem commemorant Scholia *μενεμηλάδες*, quam interpretantur *θήλειαι*, nec ſe intelligere faſſi ſunt interpretes. Ea vox ſi eſt bene Graeca, hoc eſt, ſi analogia ſinit e *μῆλον* fieri adjectiva tali terminatione, *ἐπιμηλάδες*, *μενεμηλάδες*, cum proprie debeat eſſe *μενέμηλος*, eae *μενεμηλάδες* ſunt, quae ſe a vervecibus iniri patiuntur, inter quos paſcuntur, ut *μένανδρος*, quae virum vel pati poteſt, vel patitur. Sed elegantiſſima eſt, & haud dubie probanda conjectura Ruhnkenii V. C. corrigentis in Ep. Crit. II. p. 13. *ἔπι μηκάδες*, ut *ἐπὶ* conjungatur cum *δεύοιντο* ſic, *οὐδέ κεν αἶγες μηκάδες ἐπιδεύοιντο βρεφέων*. Epitheton illud caprarum uſitatiſſimum illuſtrat ibidem Vir doctiſſimus. Saepe autem vitioſae lectiones & voces e conjunctione praepoſitionis cum ſequente verbo ortae. v. Viros doctos ad Heſychium in *Ἐπιμείλια*. Ceterum lectionem vulgatam eſſe pervetuſtam, etiam Heſychii locus indicio eſt.

Vſ. 52. *ὀφθαλμὸν ἐπήγαγεν*] Eadem ſignificatione qua Latini dicunt *adjicere oculum alicui*. quod ipſum Callimachus aliis verbis hymno in Dianam verſ. 124. explicat:

Οὓς δέ κεν εὐμειδής τε καὶ ἵλαος αὐγάσσεαι. VULCAN.

Ibid. *ὀφθαλμὸν ἐπήγαγεν*] *placido lumine viderit* Horatius. A. FABRI.

Ibid. *οὐδ' ἀγάλακτοι Ὄϊες* &c.] quae hic fuſe, hymno in Dianam verſ. 130. Callim. ſuccinctè dicit,

Facile utique paſcua ſint plena bubus, neque caprae
Inerrantes lanigeris careant ſubole, quas Apollo
Paſcentes reſpexerit: neque ſine lacte
Oves, aut ſteriles fuerint, ſed omnes prolem habeant,
Et unipara repente fiat gemellipara.
Phoebum etiam ſecuti urbes condunt
Homines. Phoebus enim ſemper urbibus gaudet
Condendis, & ipſe fundamenta Phoebus texit.

Qua-

εὖ δὲ γενέθλη
Τετραπόδων, εὖ δ' ὄλβος ἀέξεται.] VULCAN.

Ibid. εὖδ' ἀγάλακτοι] MSS. Vat. Ambr. Voſſ. & Etymol. M. hunc locum citans, p. 55. ἀγάλακτες, quod valde arridet. Facilius enim ἀγάλακτοι fecere librarii ex ἀγάλακτες, quam hoc ex illo. Et ἀγάλακτες interpretantur fere Grammatici ita, ut librarii exiſtimare potuerint, id eſſe ab hoc loco alienum. Sunt autem haud dubie ſynonyma: de quibus v. Interpr. ad Heſych. in Ἀγάλακτες.

Vſ. 53. Ὄϊες] R. Bentlejus corrigit οἴϊες, ut prima producatur. Et ſic plane habent MS. Voſſ. & editio Aldi. Igitur recepiſſem, niſi conſtitiſſet, poëtas, auctore Homero, interdum tribrachy pro dactylo uti: ut noſter H. in Cer. 32. praeſertim in principio verſus: ubi etiam accentus aliqua vis eſt, ut Il. Γ. 357. Διὰ μὲν ἀσπίδος &c. Nam quae Clarkius ibi habet, argutiae ſunt. Malim tamen οἴϊες, ſi plures libri faveant.

Ibid. ὕπαρνοι] Proprie Latini dicerent, *ita ut agnos ſubrumos habeant.* A. FABRI.

Vſ. 54. διδυμοτόκος αἶψα γένοιτο] Ut ſtet verſus, ſcribendum eſt διδυματόκος. STEPHAN.

Ibid. διδυμοτόκος] Optime Stephanus, qui legit διδυματόκος, ut ſtet verſus. A. FABRI.

Ibid. διδυματόκος] MS. Voſſ. & Edd. vett. διδυμοτόκος, quod bene correctum poſt Stephanum Ita in margine etiam correxerant Palmerius & Rittershuſius. Onomacritus H. in Laton. 1. διδυματόκειν Latonam appellat.

Vſ. 55. Φοίβῳ δ' ἑσπόμενοι] *ſequuti oracula Phoebi.* Virg. A. FABRI.

Ibid. πόλιας διεμετρήσαντο] Juſtinus de Athenienſibus in Apollinem ingratis lib. 8. *Immemores prorſus; quod illo duce tot bella victores inierant, tot urbes auſpicato condiderant.* Vide qui de modo condendarum urbium ſcripſere. A. FABRI.

Ibid. διεμετρήσαντο] Verte aut *dimetirentur*, aut *dimetiri ſolent.* Hanc enim vim habere ἀορίστως notum eſt. TH. GRAEV.

Ibid. Φοίβῳ δ' ἑσπόμενοι] Phoebi oracula, auſpicia ſecuti urbes condunt, inſtituunt homines, condere ſolent: ſive in urbibus condendis Phoebum conſulere, ejus oracula, auſpicia ſequi ſolent. Hunc ſenſum verbi διεμετρήσαντο vidit doctiſſimus Heynius noſter ad Tibullum p. 32. De re vide Spanhemium. Verbum eſt Homericum. v. Iliad. Γ. 315. Pro ἑσπόμενοι MS. Voſſ. ἑπόμενοι.

Vſ. 56. πολίεσσι φιληδεῖ Κτιζομέναις] Verte: *urbes gaudet condi.* Graeci enim participiis ſolent uti pro infinitivis, ut pater ad Heſiodum oſtendit. TH. GRAEV.

Vſ. 57. Κτιζομέναις] Ed. Flor. Vaſcoſ. Benenat. κτιζομένῃς, quod magis Ionicum. Sed tam ſaepe vulgaris dativus occurrit, ut mutare non audeam, etſi verius puto. Quid ſibi Graevius velit, cum participium pro infinitivo eſſe in κτιζομένῃς ait, neſcio. Senſus eſt quem in verſione expreſſi.

Ibid. θεμείλια ὑφαίνει] Non ſatis apta ſunt, quae Spanhemius adfert ad hanc formam illuſtrandam. Latini

Τετραέτης τὰ πρῶτα θεμείλια Φοῖβος ἔπηξε
Καλῇ ἐν Ὀρτυγίῃ, περιηγέος ἐγγύθι λίμνης.
Ἄρτεμις ἀγρώσσουσα καρήατα συνεχὲς αἰγῶν
Κυνθιάδων φορέεσκεν, ὁ δ' ἔπλεκε βωμὸν Ἀπόλλων.
Δείματο μὲν κεράεσσιν ἐδέθλια, πῆξε δὲ βωμὸν
Ἐκ κεράων, κεραοὺς δὲ πέριξ ὑπεβάλλετο τοίχους.
Ὧδ' ἔμαθεν τὰ πρῶτα θεμείλια Φοῖβος ἐγείρειν.
Φοῖβος καὶ βαθύγειον ἐμὴν πόλιν ἔφρασε Βάττῳ·

Καί

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

59 Καλῇ ἐν Ὀρτυγίῃ, περιηγέος] Κυκλοτεροῦς. οὕτω γὰρ στρογγύλη λίμνη ἐν Ὀρτυγίᾳ καλεῖται. Ὀρτυγία δὲ ἡ Δῆλος, ἀπὸ τοῦ τὴν Λητὼ εἰς ὄρτυγα μεταβληθεῖσαν, εἰς τὴν Δῆλον ἐλθεῖν, φεύγουσαν τὴν Ἥραν.

61 Κυνθιάδων] Κύνθος, ὄρος τῆς Δήλου.

65 Ἔφρασε Βάττῳ] Λέγεται, ὅτι οὗτος ὁ Βάττος ἄφωνος ἦν. ἀπῆλθεν οὖν εἰς τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν, ἐπὶ τῷ τὸν θεὸν ἐρωτῆσαι περὶ τῆς φωνῆς. ὁ δὲ ἔχρησεν αὐτῷ οὐκέτι περὶ φωνῆς, ἀλλὰ περὶ μετοικίας. καὶ ὁ Βάττος πεισθεὶς τῷ χρησμῷ, ἦλθεν εἰς τὴν Λιβύην. λέγεται δὲ εἶναι πολλοὺς λέοντας ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ. ἐπιδημήσας οὖν ὁ Βάττος, καὶ λέοντα αἰφνιδίως θεασάμενος, τῇ τοῦ φόβου ἀνάγκῃ βιασθεὶς φθέγξασθαι, διέρρηξε τὴν φλέβα, ἥτις τὴν ἐκείνου φωνὴν ἐπεῖχε· καὶ οὕτω φωνήεις ἐγένετο, καὶ τὴν Κυρήνην ἔκτισεν, ὅθεν ἐστὶν ὁ Καλλίμαχος.

texere de aedificatione dicunt. Cic. ad Attic. IV. 15. *Paullus basilicam texuit*. ad Qu. Fr. III. 5. *sane texebatur opus luculenter*. Id e Graeco fluxit. Graecum verbum Heinsius ad Theocritum p. 337. a. volebat reponi in Idyll. VII. 8. pro ταὶ δὲ —— Αἴγειροι πτελέαι τε ἐΰσκιον ἄλσος ἔφαινον, rescribens ὕφαινον. Immo ἔφαινον, *reddebant*, quo sensu & ἀποδείκνυμι eleganter dicitur. Rectius hoc verbum reddas Onomacrito H. in Protea vs. 2. πάσης φύσεως ἀρχὰς ὃς ὕφηνεν. Vulgo ἔφηνεν. Ἀρχὰς ὑφαίνειν plane in rerum natura est, quod in aedificatione θεμείλια ὑφαίνειν.

Vs. 58. τὰ πρῶτα θεμείλια] Vel ταπρῶτα una voce, adverbialiter, ut dicat Phoebum fuisse duntaxat quadrimum, quo primum tempore fundamenta jecit. Idem autem dicendum fuerit & in versu 64. STEPHAN.

Ibid. θεμείλια ἔπηξε] Verbum hic aptissimum, quia θεμείλια illa structa e cornibus. Nam de structura proprium verbum est apud Homerum & alios.

Vs. 59. περιηγέος] Vide notata ad Hymnum 4. vs. 26. τροχόεσσα λίμνη. A. FABRI.

Vs. 60. Ἄρτεμις ἀγρώσσουσα] In eadem sententia est Apollonius lib. 2. cum ait Apollini aedificatam fuisse aram ἐκ τῶν χερμάδων, h. e. λίθων μικρῶν.

Ὣς ἄρ' ἔφη. καί τοι ἄταρ βωμὸν τετύκοντο
Χερμάσιν, οἱ δ' ἀνὰ νῆσον ἐδίνεον ἐξερέοντες,

& quae sequuntur. ROBORT. De hac ara vide Politiani Miscellanea cap. 52. TH. GRAEV.

Ibid. συνεχὲς] Sic MS. Voss. & Edd. vett. Sic Politian. Misc. I. 52. quod in

Quadrimus primum fundamenta Phoebus ſtruxit
Pulcra in Ortygia, rotundum prope ſtagnum;
Diana venari ſolita, capita aſſidue caprarum
Cynthiadum afferebat, Apollo autem texebat aram.
Fundamenta fecerat e cornibus: aramque ipſam ſtruxit
E cornibus, parietesque corneos ſubjecit.
Sic didicit primum fundamenta Phoebus ponere.
Phoebus etiam in foecundo ſolo patriam meam Batto indicavit oraculo:

Et

in συννεχὲς mutari neceſſe non erat. Nam pronunciando duplicatur fere haec littera, unde prima producitur, ut fit in aliis verbis, & ſimili conſona. Apud Hom. Il. M. 25. συνεχὲς, ὄφρα κε &c. Sic. MS. Lipſ. & editiones optimae, non συννεχές. v. Barneſ. & Clark. ad illum locum.

Vſ. 61. ἔπλεκε βωμὸν Ἀπόλλων] Huc refer Martialis locum,

Cornibus ara frequens. A. Fabri.

Vſ. 62. Δείματο μὲν κεράεσσιν &c.] De cornea hac ara Apollinis poſt alios dicere nil attinet. Adde tamen Plutarchum in Theſeo p. 9. D. Hodie quoque in Perſia turres fieri e cornibus ferarum a regibus caeſarum, ex Itinerariis Samſoni & Olearii, teſtium oculatorum, docet Cl. Reiskius ad Antholog. ep. 398. Verſus in illo epigrammate eſt, quem cum loco noſtro idem Vir doctus comparat: Βωμόν τοι κεραοῦχον ἐδείματο τόνδε Σέλευκος. Putat intelligi aram corneam, ad ſimilitudinem Apollineae factam: ſed id per verba Graeca eſſe non poteſt. Nam κεραοῦχος non eſt *corneus* ſeu *factus e cornibus*, ſed *habens cornua*, *cornutus*: nec aliter analogia accipi patitur, cum nullum verbum hujus compoſitionis, cujus ſunt permulta, ſignificet materiam vel partes, e quibus quid factum ſit, ſed quo quid inſtructum, praeditum ſit, quod ab eo teneatur, &c. *Arae* autem *cornua* quis ignorat, quae etiam in ſacris libris occurrunt?

Vſ. 63. πέριξ] Nunquam eſt praepoſitio, ſemper adverbium. A. Fabri.

Ibid. ὑπεβάλλετο τοίχους] Arnaldus Animadv. p. 63. corrigebat ἐπεβάλλετο. Favet MS. Voſſ. qui plane ſic habet, idemque placet Cel. Hemſterhuſio, quod ἐπιβάλλεσθαι eſt legitimum verbum de parietibus, unde ἐπιβολαὶ τοίχων apud Libanium T. II. p. 343. B. Vulgatum qui defendere volent, interpretabuntur, ut fecimus in verſione, *ſubjecit:* parietes e cornibus ſubjecit arae, fulciendi cauſſa. Ovid. Triſt. I. 6. 5. *Te mea*, ſuppoſita *veluti trabe*, *fulta ruina eſt.*

Vſ. 64. ἐγείρειν] Eadem forma dixere Latini, *excitare muros*, *excitare urbem*, &c. A. Fabri.

Ibid. Ὧδ' ἔμαθεν] Hunc verſum, quem ſane, ſi abeſſet, nemo deſideraret, pro ſpurio rejicit Cl Ruhnkenius l. c. p. 22. An quiſquam vel dixerit θεμέλια ἐγείρειν, vel id bene dicatur, dubito. De aedificatione quidem dicitur ἐγείρειν, item ἔγερσις Joſeph. VIII. 5. 3. & ἀνεγείρειν ibid. VIII. 6. 1. ſed de fundamentis durum mihi videtur: ut nec Latini dicunt *ſurgere fundamenta*, cum alias id ſit verbum aedificandi.

Vſ. 65. Φοῖβος καὶ βαθύγειον] Ariſtophanes in Pluto, καὶ τοῦ Βάττου σίλφιον, ubi habetur in Scholiis, Βάττος Κυρήνην ἔκτισεν ἀπὸ Θήρας τῆς κατὰ Κρήτην νήσου. βαθύγειον vocat, quia foecunda eſt. Th. Graev.

Ibid. βαθύγειον &c.] Dictis Spanhemio de hoc verbo adde Olearium ad Philoſtr. p. 6. Ἔφρασε refertur ad oraculum, de quo v. Spanhem. quamquam eſt verbum proprium in hac re pro *indicare*. Herodot. I. 98. Deioci regia aedificatur, ἵνα αὐτὸς ἔφρασε τῆς

Καὶ Λιβύην ἐσιόντι κόραξ ἡγήσατο λαῷ
Δεξιὸς οἰκιστῆρ· καὶ ὤμοσε τείχεα δώσειν
Ἡμετέροις βασιλεῦσιν· ἀεὶ δ' εὔορκος Ἀπόλλων.
Ὤ'πολλον, πολλοί σε Βοηδρόμιον καλέουσι,
Πολλοὶ δὲ Κλάριον· πάντῃ δέ τοι οὔνομα πουλύ.
Αὐτὰρ ἐγὼ Καρνεῖον· ἐμοὶ πατρώϊον οὕτω.
Σπάρτη τοι, Καρνεῖε, τόδε πρώτιστον ἕδεθλον,
Δεύτερον αὖ Θήρη, τρίτατόν γε μὲν ἄστυ Κυρήνης.
Ἐκ μέν σε Σπάρτης ἕκτον γένος Οἰδιπόδαο
Ἤγαγε Θηραίην ἐς ἀπόικισιν· ἐκ δέ σε Θήρης

Οὖ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

66 Κόραξ ἡγήσατο] Ὡς ἀνακείμενος τῷ Ἀπόλλωνι ὁ κόραξ.

68 Ἡμετέροις βασιλεῦσι] Τῷ Πτολεμαίῳ.

69 Βοηδρόμιον καλέουσι] Πολέμου ἐπελθόντος τοῖς Ἀθηναίοις, ἔχρησεν αὐτοῖς ὁ θεὸς, μετὰ βοῆς ἐπιθέσθαι τοῖς πολεμίοις. οἱ δὲ, τοῦτο ποιήσαντες, ἐνίκησαν. ὅθεν Βοηδρόμιος Ἀπόλλων.

71 Καρνεῖον] Ἀπὸ Κάρνου τοῦ μάντεως, τοῦ ἀναιρεθέντος ὑπὸ Ἀλήτου, ὃς ἦν τῶν Ἡρακλειδῶν. ὀργισθεὶς οὖν Ἀπόλλων λοιμὸν ἐνέβαλεν.

74 Ἕκτον γένος Οἰδιπόδαο] Οἰδίπους, οὗ Πολυνείκης, οὗ Θέρσανδρος, οὗ Αὐτεσίων, οὗ Τισαμενός, οὗ Θήρας. ὃς ἀπῴκησεν εἰς Θήραν τὴν νῆσον, τὴν νῦν οὕτω κληθεῖσαν.

τῆς χώρας. Xenoph. Exped. Cyri IV. p. 315. οἶνον ἔφρασεν ἔνθεν ἦν κατορωρυγμένος.

Vſ. 66. κόραξ ἡγήσατο λαῷ] Strabo neſcio quid ſimile narrat de corvis, qui duces fuerunt Alexandro redeunti ex oraculo Hammonis. Idem & Q. Curtius IV. 7. his verbis: *Jam haud procul oraculi ſede aberant, cum complures corvi agmini occurrunt, modico volatu prima ſigna antecedentes, & modo humi reſidebant, cum lentius agmen incederet, modo ſe pennis levabant, antecedentium iterque monſtrantium ritu.* Plutarch. quoque: Κόρακες ἐκφανέντες ὑπελάμβανον τὴν ἡγεμονίαν τῆς πορείας. ἑπομένων μὲν ἔμπροσθε πετόμενοι, καὶ σπεύδοντες, ὑστεροῦντας δὲ καὶ βραδύνοντας ἀναμένοντες· ὃ δὲ ἦν θαυμασιώτατον, ὡς Καλλισθένης φησὶ, ταῖς φωναῖς ἀνακαλούμενοι τοὺς πλαζομένους νύκτωρ, καὶ κλάζοντες εἰς ἴχνος καθίστασαν τῆς πορείας. ROBORT.

Ibid. κόραξ] Refertur ad ipſum Apollinem. Itaque verti, *corvi ſpecie.* Mox R. Bentlejus pro οἰκιστὴρ καὶ legi vult οἰκιστῆρι καὶ, non quo non & deductor coloniae dici poſſit οἰκιστὴρ, ſed quia non fert, καὶ ſequente vocali produci extra caeſuram. Sed ſic Homerus Il. O. 23. Ῥίπτασκον τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ, ὄφρ' ἂν ἵκηται &c.

Vſ. 71. Καρνεῖον] Apollo dictus eſt Καρνεῖος, vel a cornibus, vel a Carno vate interfecto. Unde etiam feſta in ejus honorem inſtituta, Καρνεῖα dicta. Habebant autem feſta haec militiae imitationem; quippe loca erant numero novem, σκιάδες appellata, τόποι σκηναῖς ἔχοντες παραπλήσιον τι, in quorum ſingulis viri novem ad mandatum

Et Libyam ingredienti corvi ſpecie dux fuit populo,
Felix coloniae deductor, juravitque ſe moenia daturum
Regibus noſtris. Semper autem juratam fidem ſervat Apollo.
O Apollo, multi te Boëdromium vocant,
Multi etiam Clarium (omninoque multa tibi ſunt nomina)
At ego Carneum. Mihi patrium hoc eſt.
Sparta tibi, Carnee, prima ſedes fuit,
Altera rurſus There, tertia urbs Cyrenes.
Sparta quidem ſexta ſtirps Oedipi
Deduxit in Theraeam coloniam: e Thera autem
In-

datum publicum per praeconem denunciatum, coenabant dies continuos novem, quibus feſtum terminabatur. Sed vide Meurſii Graeciam feriatam in voce Καρνεῖα. Ibi plura. A. FABRI.

Ibid. ἐμοὶ πατρώϊον ἔτω] Subaudi καλεῖν σε, *ſic mihi patrium eſt te vocare.* id eſt, *ſic mihi patrio more vocandus es.* STEPHAN.

Ibid. πατρώϊον] τὸ Καρνεῖον vox eſt Dorica, cum feſtum illud Spartae inſtitutum ſit; ſed ex Sparta, Thera; ex Thera, Cyrene. Magna autem apud Cyrenaeos Carneorum celebritas erat: unde & pueri, qui hiſce diebus feſtis naſcebantur, plerumque Carneadae dicebantur: quod prodit Plutarchus VIII. Sympoſ. Dicebantur autem & καρνεῖα & καρνέα. Theocrit. A. FABRI.

Vſ. 72. Σπάρτη τοι, Καρνεῖε] Macrobius allegorice exponit, & Καρνεῖον dictum refert, ὅτι καιόμενος ὁρᾶται νέος. quod, quum omnia ardentia conſumantur, hic ſuo calore candens, ſemper novus exiſtat. Illuſtriſſimus Huetius in demonſtratione Euangelica non aſſentitur hic Macrobio, neque Scholiaſti Callimachi, ſed putat Apollinem Καρνεῖον dici a voce Ebraica קרן quae cornu ſignificat. TH. GRAEV.

Ibid. Καρνεῖε, τόδε πρώτιστον ἔδεθλον] Friget τόδε. Cl. Ruhnkenius l. c. p. 23. corrigit Καρνεῖ', ἔπελε πρώτιστον ἔδεθλον. Mihi videbatur lenius eſſe τόγε, quod non magis hic friget, quam verſu ſequente, τρίτατόν γε μὲν ἄστυ Κυρήνης. Non enim τὸ friget, ſed δέ.

Vſ. 73. Δεύτερον αὖ Θήρη] Inſcriptiones in inſula Thera repertas, quae ad religionem Apollinis Carnei pertinent, vide in Sponii Miſcell. Erudit. Antiqu. x. p. 342.

Ibid. τρίτατόν γε μὲν ἄστυ Κυρήνης] Corripuit primam ut Catullus:

Laſerpiciferis jacet Cyrenis. alii producunt. VULCAN. Add. Scalig. ad Catull. p. 15.

Ibid. ἄστυ Κυρήνης] Sic editiones omnes. Male Graeviana Κυρήνη, quod emendat, velut de conjectura, Th. Bentlejus.

Vſ. 74. ἕκτον γένος] Theram οἰκιστῆρα intelligit. Apud Scholiaſtem generis feries ſic ſe habet: *Oedipus qui ſuſtulit Polynicem, qui Therſandrum, qui Auteſiona, qui Tiſamenon, qui Theram.* A. FABRI.

Ibid. ἕκτον γένος] Latini *ſtirpem* ſic dicunt. Liv. XXXIII. 19. *tertia ſtirps.* Similiter tamen & *genus* dicunt. Virgil. Aen. IV. 12. *credo* genus *eſſe Deorum.*

Vſ. 75. ἀπόκλισιν] Scio quidem fieri poſſe τὸ ἀπόκλισιν, ſi ab ἀποκλίζω deflectas: quod tamen nullibi ſe vidiſſe ajebat pater meus amantiſſimus, & legére ſolebat ἀποίκισιν, de quo judicent eruditi. A. FABRI.

Οὖλος Ἀριστοτέλης Ἀσβυστίδι πάρθετο γαίῃ.
Δεῖμε δέ τοι μάλα καλὸν ἀνάκτορον· ἐν δὲ πόληϊ
Θῆκε τελεσφορείην ἐπετήσιον, ᾗ ἐνὶ πολλοὶ
Ὑστάτιον πίπτουσιν ἐπ' ἰσχίον, ὦ ἄνα, ταῦροι.
Ἰὴ ἰὴ, Καρνεῖε πολύλλιτε, σεῖο δὲ βωμοὶ
Ἄνθεα μὲν φορέουσιν ἐν εἴαρι, τόσσά περ ὧραι
Ποικίλ' ἀγινεῦσι ζεφύρου πνείοντος ἐέρσην,
Χείματι δὲ κρόκον ἡδύν. ἀεὶ δέ τοι ἀέναον πῦρ,
Οὐδέ ποτε χθιζὸν περιβόσκεται ἄνθρακα τέφρη.
Ἦ ῥ' ἐχάρη μέγα Φοῖβος, ὅτε ζωστῆρες Ἐνυοῦς

Ἀνέ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

76 Οὖλος Ἀριστοτέλης] Ὁ αὐτὸς καὶ Βάττος λέγεται. Οὖλος δὲ, ὁ ὑγιὴς, ὡς παρὰ τὴν φωνήν. καὶ γὰρ ὁ δοθεὶς αὐτῷ χρησμὸς τοῦτο παρεμφαίνει, Βάττ' ἐπὶ φωνὴν ἦλθες. ἄναξ δέ σε Φοῖβος ἀνώγει Ἐς Λιβύην ἐλθεῖν μηλοτρόφον οἰκιστῆρα. Ἀσβυστίδα δὲ, τὴν λευκὴν λέγει, παρὰ τὴν ἄσβεστον. τοιαύτη γὰρ ἡ Λιβύη λευκόγειος.

78 Τελεσφορίην] Ἑορτὴν, θυσίαν.

83 Κρόκον] Κρόκος, τὸ ἄνθος, παρὰ τὸ ἐν κρύει θάλλειν.

85 Ζωστῆρες] Περιφραστικῶς, οἱ πολεμικοί.

Ibid. *ἀπόκλισιν*] Faber corrigebat *ἀποίκισιν*, quod *ἀπόκλισις* non reperiretur: ſcilicet in lexicis. Th. Bentlejus ait; *at nec ἀποίκισις reperitur, ſed ἀποικία.* Sed *ἀπόκλισις*, cujus nec Spanhemius potuit exemplum afferre, eſt probum & uſitatum verbum. Dionyſius Halicarnaſſ. ſaepe habet, v. c. L. I. p. 36. *Καπύας Αἰνείου τε καὶ Τρώων ἀπόκλισιν εἶναι.* Ibid. p. 43. *πόλεώς τινος ἀπόκλισις.* Sic & laudat in hoc loco Scholiaſtes Dionyſii Perieg. ed. Twait. ad vſ. 219. totum hunc locum Callimachi afferens, ſed foede corruptum.

Vſ. 76. Ἀσβυστίδι] *λευκῇ*, ut cenſet Schol. & id *παρὰ τὴν ἄσβεστον*, *calcem vivam:* verum qui Ethnica ſcripſit, haec habet: Ἀσβύστα. πόλις Λιβύης, adducitque locum Callimachi ex primo *αἰτίων*. Herodotus, Dionyſius, & Euſtathius, populos eſſe dicunt ſupra Cyrenem: Callimachus ad Tritonem fluvium eos ſtatuit. Ad confirmandam autem Scholiaſtae ſententiam faciet forſan Pindari locus, qui legitur Od. 4. Pythiorum; ibi enim Cyrenes territorium vocat *ἀργινόεντα μαστὸν*, *album uber terrae:* ſed hoc non tanti eſt. A. Fabri.

Ibid. Ἀσβυστὶς eſt regio in qua habitabant Ἀσβύσται, qui & Asbytae dicebantur. vicini erant Cyrenenſibus. imo Callimachus hic in Asbyſtide ponit Cyrenenſes. Vide Salmaſ. Exercitat. Plinian. ad cap. 28. Solini. Th. Graev.

Vſ. 77. *ἀνάκτορον*] Proprie, ut ajunt, Dioſcurorum templum eſt; ſed cenſeo communiter de cujuslibet Dei templo dici debere. Nam Dii ſimpliciter *ἄνακτες* dicebantur, & ſupra Hymno primo vſ. 8. *ὦ ἄνα*, *o Rex*, id eſt, *o Deus:* inſra vſ. 90. *ἄναξ* eſt *Apollo.* A. Fabri.

Vſ. 78. *Θῆκε τελεσφορίην ἐπετήσιον*] Feſtum quoque anniverſarium Apollini Carneo inſtitutum dicit poëta,

Κάρ-

Integer Ariſtoteles Asbyſtidi mandavit terrae:
Conſtruxitque tibi pulcerrimum delubrum, & in urbe
Inſtituit ſacrum anniverſarium: in quo multi
Ultimum procumbunt in coxam, o rex, tauri.
Io, Io, Carnee adorande, tuae vero arae
Flores quidem gerunt vere, quot quot Horae (vernae)
Pictos ferunt, adſpirante rorem Zephyro:
Hieme autem crocum ſuave: tibique perpetuus ignis,
Neque unquam heſternum carbonem depaſcit cinis.
Vehementer utique laetatus eſt Phoebus, cum ſuccincti Bellonae

Viri

Κάρνεια innuens. nam hoc feſto iſti nomen erat. Iſtud Spartae primum inſtitutum Olymp. XXVI. ut docet Athenaeus lib. XIV. Celebrari autem incipiebat die ſeptimo menſis inde Carnei dicti, ut videre eſt apud Plutarch. Sympoſ. lib. VIII. Problem. I. erat autem ineunte hyeme, ut obſervare licet apud Thucydidem lib. VI. MEURS.

Vſ. 79. Ὑςάτιον] Non debet jungi ὑςάτιον cum ἰσχίον. ponitur enim adverbialiter, pro poſtremum. Nihil autem aliud totus hic verſus ſignificat: Ὑςάτιον πίπτουσιν ἐπ' ἰσχίον, ὦ ἄνα, ταῦροι, quam *Immolantur tauri, o rex:* ſed ex eo quod praecedit, vult intelligi quod ſequitur. STEPHAN.

Ibid. Ὑςάτιον πίπτουσιν ἐπ' ἰσχίον] Vulgo ſic boves procumbunt, etiam in pabulis & dormituri: itaque bene *ultimum* ſic procumbere dicuntur, cum caeduntur.

Vſ. 80. Ἰὴ ἰὴ] Compara cum his verſibus Virgilii verſus Aen. IV. 200. ſqq. MSS. Ambr. πολύλλιςε. MS. Voſſ. & Ed. Ald. πολύλιτε.

Vſ. 82. ἀγινεῦσι] Poëtice pro ἄγουσι, ἄγω, ἀγνῶ, ἀγινῶ per pleonasmum literae ι. Aratus:

περὶ δ' ὀυρανὸς αὐτὸν ἀγινεῖ.

VULCAN.

Ibid. Ποικίλ' ἀγινεῦσι] Saepe hoc verbo utitur Aratus, ut vſ. 38. & alibi. Maxime huc pertinet vſ. III. Καὶ βίον ὄυπω νῆες ἀπόπροθεν ἠγίνεσκον, *afferebant*, *ferebant*. Pro *fert*, ſcil. conſecrandi cauſſa, eſt etiam in Paulli Silentiarii epigrammate, quod ad vſ. 33. protulimus. Eſt autem vox Ionica, qua & Herodotus utitur, & ἐξαγινέειν pro ἐξάγειν, item ἀπαγινέειν, ut III, 89. in quo libro & ἀγινέειν ſaepe occurrit in loco de tributis a Dario impoſitis. Ποικίλ' admonet Spanhemius, non ad ὧραι, ſed ἄνθεα referri debere. Nempe, ut opinor, ne αι eliſum videatur, quod non offendere debere, nec inſolitum eſſe ante diximus ad vſ. 47. Τόσσα ἄνθεα ποικίλα durum eſt. Sed Horae optime ποικίλαι dicuntur. Ἄνθεα autem intellige *ſerta florea* e loco Virgilii.

Vſ. 83. κρόκον ἡδύν] Moſchus: ξανθοῖο κρόκου θυόεσσαν ἐθείρην. VULCAN.

Ibid. Χείματι δὲ κρόκον] qui ſcilicet ἐν κρύει θάλλει, ut ἐτυμολογίζει Schol. A. FABRI.

Ibid. ἀέναον πῦρ] ſemper fluens ignis, quod de aquis proprie dicitur. Hinc Ariſtophanes ait, ἀέναοι νεφέλαι. Ariſtoteles in libro de vita & morte, fluere ait ignem ſicut aquam: τὸ δὲ πῦρ ἀεὶ διατελεῖ γινόμενον, καὶ ῥέον, ὥσπερ ποταμός. ROBORT. MSS. Ambr. & Voſſ. ἀένναον.

Vſ. 84. περιβόσκεται ἄνθρακα] Voluit per hoc ſignificare nunquam contegi, neque ideo extingui ignem. ac re vera phyſice locutus eſt; nam paulatim ignem abſumit cinis. Vide Ariſtotel. in libro περὶ γήρως, θανάτου, καὶ ζωῆς. ROBORT.

Vſ. 85. ζωςῆρες Ἐνυοῦς] Recte Scholiaſtes interpretatur περιφραςικῶς ſignificare τοὺς πολεμικούς. τὸ γὰρ ἐνδῦναι τὰ ὅπλα, ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ ζώσασθαι. ut teſta-

Ἀνέρες ὠρχήσαντο μετὰ ξανθῇσι Λιβύσσης,
Τέθμιαι εὖτέ σφιν Καρνειάδες ἤλυθον ὧραι.
Οἱ δ' οὔπω πηγῆς Κυρῆς ἐδύναντο πελάσσαι
Δωριέες, πυκινὴν δὲ νάπαις Ἄζιλιν ἔναιον.
Τοὺς μὲν ἄναξ ἴδεν αὐτὸς, ἑῇ δ' ἐπεδείξατο νύμφῃ,
Στὰς ἐπὶ Μυρτούσσης κερατώδεος· ἧχι λέοντα
Ὑψηῒς κατέπεφνε, βοῶν σίνιν Εὐρυπύλοιο.
Οὐ κείνου χορὸν εἶδε θεώτερον ἄλλον Ἀπόλλων,
Οὐδὲ πόλει τόσ' ἔνειμεν ὀφέλσιμα, τόσσα Κυρήνῃ,
Μνωό-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

86 Ὠρχήσαντο μετὰ ξανθῇσι] Ὡς ἐπιτελούντων ἐν τῇ Λιβύῃ ἑορτὴν Καρνείῳ Ἀπόλλωνι.

87 Τέθμιαι] Νόμιμοι, ὡρισμέναι.

88 Κυρῆς] Κρήνη ἐν Κυρήνῃ. Δωριέας δὲ, τοὺς Ἡρακλείδας λέγει, τοὺς ἀπὸ Σπάρτης μετοικήσαντας εἰς Θήραν, καὶ ἀπὸ Θήρας εἰς Κυρήνην.

89 Ἄζιλιν] Ὄρος καὶ ποταμὸς Λιβύης.

90 Τοὺς μὲν ἄναξ] Ἤγουν ὁ Ἀπόλλων.

91 Στὰς ἐπὶ Μυρτούσσης κερατώδεος] Μύρτουσσα, ὄρος Λιβύης. Κερατώδεος δὲ, τοῦ κέρατα ἐχούσης, ἤτοι ἀκρωρείας. Φαίνεται δὲ ἡ Κυρήνη φονεύσασα ἐν τῇ Λιβύῃ λέοντά τινα, βλάπτοντα τὰς βοῦς τοῦ Εὐρυπύλου. ἦν δὲ αὕτη κυνηγέτις, θυγάτηρ Ὑψέως.

92 Ὑψηῒς] Ἡ Κυρήνη.

testatur Pausanias in Boeoticis. VULCAN.

Vs. 87. Τέθμιαι] νόμιμοι, ὡρισμέναι. Schol. Hesych. Τέθμια, νόμιμα. A. FABRI.

Vs. 88. Κυρνῆς] Fontem intelligit Cyrnen. Alii scribunt Κυρῆς, & rectius fortasse. Erat Cyre fons in iis locis, ubi aedificata postea fuit Cyrene. Steph. Κυρήνη πόλις Λιβύης ἀπὸ τῆς Κυρήνης τοῦ Ὑψέως ἢ Κυρῆς πηγῆς ἐγχωρίας. ROBORT.

Ibid. Κυρνῆς] al. Κυρῆς. Ἄζιριν. al. Ἄζιλιν. utroque enim modo apud Stephanum legitur. VULCAN.

Ibid. Κυρινῆς] Meminit hujus fontis Stephanus, meminit & Pindarus, sed omisit nomen: locus est Od. 4. Pyth. aitque Apollini sacrum:

Ἐστ' Ἀπόλλωνός τε κράνα συμποσίας ἔφιπαν. A. FABRI.

Ibid. Κυρνῆς] Doctus Holstenius in castigationibus in Stephanum p. 180. monet omnino retinendum esse Κυρῆς, non vero cum Frischlino legendum Κυρινῆς contracte pro Κυρήνης, tum propter Scholiasten, tum propter Stephanum, quibus fons iste Κυρῆ dicitur. TH. GRAEV.

Ibid. Κυρῆς] MS. Voss. & Edd. Ald. Vascos. Benenat. Κυρνῆς, quod contracte pro Κυρήνης esse putabat Frischlinus. Sed manus docta in exemplo Vascos. quo utor, deleverat. Κυρῆς edidit Frobenius. Eustathium corruptum in voce Κυρῆς correxit ante Hol-

Viri ſaltarent cum flavis Libyſſis,
Solennia cum primum ipſis Carnei ſacri tempora veniſſent.
At nondum ad fontem Cyres poterant accedere
Dorienſes, ſed frequentem nemoribus Azilin habitabant.
Hos autem rex ibi vidit, ſuaeque oſtendit ſponſae,
Stans ſuper Myrtuſa acuta, ubi leonem
Hypſaeis occidit, perniciem boum Eurypyli.
Non illo chorum vidit Deo digniorem alium Apollo,
Neque alii urbi tot conceſſit bona, quot Cyrenis,
Me-

Holſtenium Leopardus Emend. III. 11.

Vſ. 89. Ἄζιλιν] Fluvius & mons Libyae. Herodotus legit *Aziris* per ρ. Sed vide Ortel. in voce *Azylis* & *Aziris*. A. FABRI.

Ibid. Ἄζιλιν] MS. Voſſ. πυκινὸν —— Ἄζυλιν. Ἄζιριν edidit Vulcanius: de qua varietate ſatis dictum a Viris doctis ad hunc locum. Add. Bouhier Recherch. & Diſſert. ſur Herodote p. 137. ubi locum Herodoti ex hoc loco bene corrigit.

Vſ. 90. αὐτὸς] Cel. Hemſterhuſius vult legi αὐτόσ', *ibi*, quod veriſſimum puto. Nam αὐτὸς plane friget.

Vſ. 91. Μυρτούσης] Mons qui Stephano dicitur Μυρτοῦσσα, in Libya, ſed ſcribendum per ſimplex σ. Schol. Apollonii promontorium facit in Libya Cyrenaica. A. FABRI.

Ibid. ἧχι] MS. Voſſ. ἧ ῥα.

Vſ. 92. βοῶν σίνιν Εὐρυπύλειο] Citatur ab enarratoribus Pindari & Apollonii hic locus. Apte autem σίνιν interpretabimur *vaſtatorem*, ſicut legimus apud Naſonem, Metamor. 9.

Arcadiae vaſtator aper. STEPHAN.

Ibid. Βοῶν σίνιν] Σίνις fuit latro quidam, qui & πιτυοκάμπτης cognomento dictus fuit, quod viatores a ſe devictos ad pinus in terram a ſe flexas alligaret & diſtraheret, ipſarum arborum verticibus ſurſum redeuntibus. de quo videndus Euripides in Hippolyto & Pauſanias in Corinthiacis & Apollodorus lib. III. Hunc Theſeus occidit, ut refert Plutarchus in ejus vita. Meminit ejus Ovidius Metam. VII.

Occidit ille Sinis, magnis male viribus uſus,
Qui poterat curvare trabes, & agebat ab alto
Ad terram late ſparſuras corpora pinus.

Ab hoc Sinide quilibet noxius & damna alicui inferens, appellative Σίνις poſtea nuncupatus. Sic apud Ariſtot. Rhetor. III. Sciron inſignis latro, dicitur Σίνις ἀνὴρ, *vir noxius*. MEURS.

Ibid. Εὐρυπύλειο] Erat hic Neptuni filius, Cyrenes Rex. adeundus Pind. Od. 4. Pyth. & ad eam Schol. A. FABRI.

Vſ. 93. χορὸν θεώτερον] *Deo digniorem, ſpectabiliorem.* De templo ſimiliter dixit H. in Dian. vſ. 249. & imitator Dionyſ. Perieg. vſ. 257.

Vſ. 94. ὀφέλσιμα] vox Aeolica. occurrit etiam apud Orpheum & Oppianum. MEURS.

Ibid. τόσσα Κυρήνῃ] Nihil neceſſe eſt τόσσα hoc poſteriore loco mutare in ὅσσα, quum itidem verſu 81. ſit τόσσα pro ὅσσα, quamvis & ibi non minus verſus admitteret ὅσσα quam τόσσα. STEPHAN.

Ibid. τόσσα Κυρήνῃ] id eſt, ὅσα. Pind. Od. 4. Nem. v. 8.

Οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τόσον
Γε μαλθακὰ τεύχει
Γυῖα, τόσσον εὐλογία
Φόρμιγγι συνάορος.

qui locus eo magis eſt obſervandus, quod bis τόσον uſurparit, ſed diverſo ſenſu; nam poſtremum τόσσον eſt pro ὅσον. A. FABRI.

Ibid.

Μνωόμενος προτέρης ἁρπακτύος. οὐδὲ μὲν αὐτοὶ
Βαττιάδαι Φοίβοιο πλέον θεὸν ἄλλον ἔτισαν.
Ἰὴ ἰὴ παιῆον ἀκούομεν· οὕνεκα τοῦτο
Δελφός τοι πρώτιστον ἐφύμνιον εὕρετο λαὸς,
Ἦμος ἑκηβολίην χρυσέων ἐπεδείκνυσο τόξων.
Πυθώ τοι κατιόντι συνήντετο δαιμόνιος θὴρ,
Αἰνὸς ὄφις. τὸν μὲν σὺ κατήναρες, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
Βάλλων ὠκὺν ὀϊστόν· ἐπηΰτησε δὲ λαὸς,
Ἰὴ ἰὴ παιῆον, ἵει βέλος· εὐθύ σε μήτηρ
Γείνατ' ἀοσσητῆρα. τὸ δ' ἐξέτι κεῖθεν ἀείδῃ.
Ὁ Φθόνος Ἀπόλλωνος ἐπ' οὔατα λάθριος εἶπεν,
Οὐκ ἄγαμαι τὸν ἀοιδὸν, ὃς οὐδ', ὅσα πόντος, ἀείδει.
Τὸν Φθόνον ὡπόλλων ποδί τ' ἤλασεν, ὧδέ τ' ἔειπεν·
Ἀσσυρίου ποταμοῖο μέγας ῥόος, ἀλλὰ τὰ πολλὰ
Λύματα γῆς καὶ πολλὸν ἐφ' ὕδατι συρφετὸν ἕλκει.
Δηοῖ δ' οὐκ ἀπὸ παντὸς ὕδωρ φορέουσι Μέλισσαι,

Ἀλλ'

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

95 Ἁρπακτύος] Τῇ Κυρήνῃ κυνηγετούσῃ ἐν ὄρει Θεσσαλίας τῷ Πηλίῳ συνεκαθεύδησεν Ἀπόλλων, ἐξ ἧς τίκτεται ὁ Ἀρισταῖος.

106 Οὐκ ἄγαμαι τὸν ἀοιδὸν, ὃς] Ἐγκαλεῖ διὰ τούτων τοὺς σκώπτοντας αὐτὸν μὴ δύνασθαι ποιῆσαι μέγα ποίημα, ὅθεν ἠναγκάσθη ποιῆσαι τὴν Ἑκάλην.

108 Ἀσσυρίου ποταμοῖο μέγας] Τὸν τῶν Περσῶν λέγει, τὸν καλούμενον Εὐφράτην.

Ibid. τόσ' ὀφέλσιμα, τόσσα] Loca, quae Meurſius innuit, v. Obſ. Miſc. IV. p. 202. Τόσσα bis eſt, ut bis ἴσον, Theocr. Id. IV. 39. Noſter bis τόσσα H. in Del. vſ. 39. 40. Pro ἔνειμεν MS. Voſſ. ἔδειμεν.

Vſ. 98. ἐφύμνιον] Credo eſſe propric Gallice *la repriſe*. A. Fabri.

Ibid. Δελφὸς — λαὸς] Similiter alibi Callimachus dixerat Δελφὸς ἱερόεργος, auctore Etymol. MS. inedito. Locus in fragmentis exhibebitur. Pro πρώτιστον Voſſ. πρῶτον.

Vſ. 100. δαιμόνιος θὴρ] Legendus Homeri Hymnus in Apollinem. A. Fabri.

Vſ. 103. εὐθύ σε μήτηρ] εὐθὺ eadem ratione qua vulgo τῷ αὐτίκα utuntur Graeci, id eſt, *ſtatim*. A. Fabri.

Ibid. εὐθύ σε μήτηρ] Simulac natus eſſes, auxiliator fuiſti. H. in Dian. vſ. 23. γεινομένην τὸ πρῶτον. Sed εὐθὺ de loco, non tempore dici ſtatuunt Grammatici. Itaque Cl. Abreſchius Dilucid. Thucyd. p. 798. ſuſpicabatur, Callimachum ſcripſiſſe, εὐθύς ὁ μήτηρ: quod probari non poteſt. Verba haec ſunt populi Delphici, appellantis Apollinem. Itaque σε neceſſarium eſt. Εὐθὺ autem pro *ſtatim* dici, veteres Grammatici docent. Heſychius: Εὐθὺ —— —— παραχρῆμα. Grammaticus MS. Εὐθὺ, ἀντὶ τοῦ εὐθέως. MS. Voſſ. εὐθὺ δὲ μ.

Vſ. 104. Γείνατ' ἀοσσητῆρα] Hoc eſt, βοηθοῦντα αὐτομάτως ἄνευ ὄσσης καὶ κλη-

Memor veteris raptus: neque ipſi
Battiadae Phoebo plus Deum alium colunt.
Io, Io Paean, audimus: quod iſtam
Delphicus tibi primum acclamationem invenit populus,
Cum jaculandi peritiam aureo arcu oſtendiſſes.
Pythonem enim deſcendenti tibi occurrit immanis beſtia,
Saevus ſerpens. Hunc tu quidem occidiſti, alia ſuper alia
Veloci miſſa ſagitta: populus autem acclamavit,
Io, Io Paean, mitte ſagittam: jam te mater
Peperit auxiliatorem. Atque hoc ex illo inde tempore caneris.
Invidia Apollini in aurem clam dixit,
Non laudo poëtam, qui non ponto paria canit.
Apollo, invidia pede repulſa, ſic dixit:
Aſſyrii fluminis magnus eſt fluxus: ſed multas
Sordes terrae, & multum cum aqua limum trahit.
Cereri autem non e quovis flumine aquam ferunt Meliſſae,
Sed

κληδόνος, quique ut Horatius loquitur, *non vocatus audit.* VULCAN.

Ibid. ἀοσσητῆρα] qui adeſt non vocatus. Horat.

Vocatus & non vocatus audit.

ὄσσα enim *vox* eſt. A. FABRI.

Ibid. τὸ ἐξέτι κεῖθεν ἀείδῃ] MS. Voſſ. & Editiones ante Frobenium ἀείδει. quod etiam ſenſum commodum habet, ut referatur ad populum Delphicum; & expreſſum eſt in vetere verſione, quae lectioni ἀείδει accommodata, & tamen in editione Graevii ſervata eſt, cum ibi ſit ἀείδῃ, *caneris.*

Vſ. 105. Ὁ φθόνος] De hoc toto loco v. Salvagnium ad Ibin p. 12. ſqq.

Ibid. ἐπ' οὔατα] Daweſius V. C. in Miſcell. p. 106. corrigit ἐς οὔατα, idque exemplis illuſtrat. Verum puto. εἰς οὖς & πρὸς οὖς illuſtrat etiam Cl. Valken. ad Schol. Eurip. Phoen. p. 714.

Vſ. 106. ὅσα πόντος ἀείδει] Ponto nempe comparabat Apollonius Rhodius poëma, quale volebat credi ſuum, quod ſcripſerat Argonauticon. Alludens ſimul ad nomen Ponti Euxini, quod velut operis argumentum conſtituit. Sic quoque *pelagus malorum* legas apud Manilium lib. 5.

Et quod erat regnum, pelagus fuit
una malorum.

ISAAC. VOSSIUS ad Catull. p. 342.

Vſ. 106. οὐδ' ὅσα πόντος ἀείδει] Pro οὐδ' ſemper exiſtimavi legendum eſſe οὐχ: idem vidi placere Cl. Daweſio. Nam οὐδ' nec conjungi poteſt cum ὅσα, quippe longe aliud ſignificaret, quam quod huic loco conveniret, nec cum ἀείδει. In verbis ὅσα πόντος argutantur fere interpretes. Eſt formula inſignem copiam exprimens, v. Scaliger. ad Catullum p. 112. redoletque Hebraiſmum, de quo v. Stanlej. ad Aeſchyl. Prom. vſ. 745.

Vſ. 109. Λύματα] Edd. Ald. Vaſcoſ. λύμματα. Rittershuſius adſcripſerat λύματα.

Vſ. 110. φορέουσι Μέλισσαι] Notum eſt

Ἀλλ' ἥτις καθαρή τε καὶ ἀχράαντος ἀνέρπει
Πίδακος ἐξ ἱερῆς ὀλίγη λιβὰς, ἄκρον ἄωτον.
Χαῖρε ἄναξ. ὁ δὲ Μῶμος, ἵν' ὁ Φθόνος, ἔνθα νέοιτο.

est non fuisse olim in quibusdam sacris cujuslibet aquae usum promiscuum: ita Romani Cybelen Almone lavabant, non Tiberi; nec igne quolibet ad sacra utebantur, sed rite accenso: Phaedrus alicubi. Sed antequam hinc abeam, dabo tibi locum Scholiastae Theocriti, quem Pater restituit, Idyll. xv. 94. Cum explicat cur Μελιτώδης dicatur Persephone, addit ἢ διὰ τὸ τὰς ἑταίρας αὐτῆς καὶ Δήμητρος Μελίσσας λέγεσθαι. pro ἑταίρας lege ἱερείας. Porphyrius de Nympharum antro: Τὰς Δήμητρος ἱερείας, ὡς τᾶς χθονίας θεᾶς μύστιδας, Μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν. A. Fabri.

Ibid. φορέουσι Μέλισσαι] Origo nominis a Melissa, filia Melissei, Cretensium regis, ut refert ex Didymo Lactantius lib. I. cap. xxii. Ab ea ratione apud Latinos quoque veteres vas vinarium Bonae deae, quae cum Cerere plane eadem, sacris inferri solitum, *mellarium* appellabatur. de quo est apud Macrob. Saturnal. lib. I. cap. xii. Meurs. Vide & ejus Eleusinia cap. 16. Th. Graev.

Ibid. Δηοῖ] Edd. vett. δοιῇ, quod bene correctum ab Aurato in Δηοῖ primum recepit Benenatus.

Vs. 112. ἄκρον ἄωτον] Theocritus in Hyla: Θεῖος ἄωτος Ἡρώων. Pindarus I. ode. ἀγλαΐζεται δὲ καὶ ἐν μουσικᾶς ἀώτῳ Robort.



ΕΙΣ

Sed qui purus & nulla forde inquinatus erumpit
Sacro fonte liquidus latex, fummus flos, hunc libant.
Salve rex. Momus autem in malam rem abeat.

Ibid. ἄκρον ἄωτον] Manifefte imitatus eft Homerum Il. I. 657. λίνοιο λεπτὸν ἄωτον. Loca Pindari habet Spanhemius ad h. l. Simile illud Aefchyli Prom. vf. 38. ἄνθος πυρὸς, ubi v. Stanlejus. Theocritus Id. XIII. 27. θεῖον ἄωτον ἡρώων, de Argonautis. Add. Cl. Abrefch. Dilucid. Thucyd. p. 489.

Vf. 113. ὁ δὲ Μῶμος, ἵν' ὁ φθόρος, ἔνθα νέοιτο] Hoc eft, εἰς κόρακας. neque enim φθόνος, pro φθόρος, nifi infulfe admodum legi poteft. VULCAN.

Ibid. ὁ δὲ Μῶμος, ἵν' ὁ φθόρος, ἔνθα νέοιτο] Robortellum ait Sigonius in animadverfionibus in eum reperiffe in alio fcribi φθόνος, cum tamen melior fententia eliciatur ex voce φθόρος quam φθόνος: precatur enim poëta, ut Momus ibi habitet ubi Mors, i. e. *ut intereat Momus*. quo nihil melius. at ille huic Momo amicus ei cavet, & reponit pro morte invidiam, quo fenfu nihil frigidius poteft effe. TH. GRAEV.

Ibid. ἵν' ὁ φθόρος] Editiones veteres φθόνος (e Flor. tamen nihil diverfum a Graeviana notatum video) quod jam Joachimus Camerarius correxerat φθόρος in margine ed. Ald. De formula ipfa v. Bergler. ad Alciphr. p. 57.



ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΡΤΕΜΙΝ ΥΜΝΟΣ.

Ἄρτεμιν (οὐ γὰρ ἐλαφρὸν ἀειδόντεσσι λαθέσθαι)
Ὑμνέομεν, τῇ τόξα λαγωβολίαι τε μέλονται,
Καὶ χορὸς ἀμφιλαφὴς, καὶ ἐν οὔρεσιν ἑψιάασθαι.
Ἀρχόμεν' ὡς ὅτε πατρὸς ἐφεζομένη γονάτεσσι
Παῖς ἔτι κουρίζουσα, τάδε προσέειπε γονῆα,
Δός μοι παρθενίην αἰώνιον, ἄππα, φυλάσσειν,

Καὶ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

1 ΑΡΤΕΜΙΝ οὐ γὰρ ἐλαφρὸν ἀειδόντεσσι] Τὸ ἑξῆς, Ἄρτεμιν ὑμνοῦμεν, ἀρχόμενοι.

3 Ἑψιάασθαι] Διατρίβειν, παίζειν.

4 Ἐφεζομένη γονάτεσσιν] Ὅμηρος· Οὐδέ τι μιν παῖδες ποτὶ γούνασι παππάζουσιν.

Vſ. 1. ΕΛΑΦΡΟΝ] Latini contrario ſenſu utuntur τῷ *gravis:* alias ἐλαφρὸς facilis eſt, ut apud Theocrit.

> Οὕτω Τυνδαρίδαις πολεμίζεμεν οὐκ ἐν ἐλαφρῷ.

A. FABRI.

Vſ. 2. τῇ τόξα λαγωβολίαι τε μέλονται] Per λαγωβολίην & ἐλαφηβολίην, qua voce alias utitur, quamlibet ferarum venationem κατ' ἐξοχὴν intelligi cenſuerim, ut infra verſ. 217. per κυνηλασίην, quod ſcilicet venatio canum miniſterio peragatur. VULCAN.

Ibid. τῇ τόξα λαγωβολίαι τε μέλονται] Miror λαγωβολίαν verti *retia*, cum ſit proprie venatio leporum, & ut recte notat Vulcanius, quarumlibet ferarum venatio. TH. GRAEV. v. Schol. Theocrit. IV. 9. & Spanhem.

Vſ. 3. Καὶ χορὸς ἀμφιλαφὴς] Significatur, meo quidem judicio, non chorea in longum ſpatium extenſa, ſed κύκλιος, quae fit conſertis in orbem manibus. quae interpretatio & voci ἀμφιλαφὴς, & phraſi Callimachi eſt convenientior, ita enim hymno in Delum verſ. 300. ait,

> Ἀστερίη θυόεσσα, σὲ μὲν περί τ' ἀμφί τε νῆσοι
> Κύκλον ἐποιήσαντο, καὶ ὡς χορὸν ἀμφεβάλοντο.

& verſ. 312.

> Πότνια σὸν περὶ βωμὸν ἐγειρομένου κιθαρισμοῦ
> Κύκλιον ὠρχήσαντο.

Porro ἀμφιλαφὲς cum ſignificet τὸ πανταχόθεν πλῆρες (qua etiam ſignificatione uſus eſt Callimachus hym. in Apoll. vſ. 42.

> Τέχνῃ δ' ἀμφιλαφὴς οὔτις τόσον ὅσσον Ἀπόλλων)

quid magis πανταχόθεν πλῆρες dici poteſt, quam τὸ κυκλικόν; VULC.

Ibid. Καὶ χορὸς ἀμφιλαφὴς] Interpres vertit *tripudium multiplex*, minus recte. Eſt quidem ἀμφιλαφὴς

copio-



G Hoet del. I. v. Vianen fec.



HYMNUS IN DIANAM.

Dianam (grave enim canentibus oblivisci)
Canimus, cui arcus venationesque cordi,
Et chorus magnus, & in montibus ludi.
Incipientes inde, ut in patris sedens genubus,
Puella adhuc parvula, sic allocuta est patrem:
Da mihi virginitatem, Pater, aeternam servare,
Et

copiosus, amplus, abundans, multiplex: sed proprie significat, *qui utrimque prebendi potest.* Hoc loco eleganter valde & apposite χορὸς dicitur *ἀμφιλαφὴς, tripudium, quod prebensis ac consertis utrinque manibus instituitur.* TH. GRAEV.

Ibid. χορὸς ἀμφιλαφὴς] Verti *magnus.* Nam quem hic ἀμφιλαφῆ vocat, vs. 242. εὐρὺν appellat. Cetera argutiae sunt. Verum vidit Stephanus.

Ibid. καὶ ἐν οὔρεσιν ἑψιάασθαι] Ut hic Scholiastes ἑψιάασθαι exponit διατρίβειν, non solum παίζειν, sic etiam Apollonii Enarrator ἑψιόωντο (in hoc loco, qui est pag. 130. meae editionis,

ἀμφ' ἀστραγάλοισι δὲ τώ γε
Χρυσείοις, ἅτε κοῦροι ὁμήθεες, ἑψιόωντο)

exponit quidem ἔπαιζον, sed a Philone ait exponi ὡμίλουν. Magis tamen admitti posse videtur illa significatio τοῦ διατρίβειν, in isto Callimachi loco, quam haec τοῦ ὁμιλεῖν, in illo. At in principio hujus versus χορὸς ἀμφιλαφὴς vocantur, ut opinor, choreae latae & spatiosae. id est, quae se in longum spatium extendunt. STEPHAN.

Ibid. καὶ ἐν οὔρεσιν ἑψιάασθαι] C. Sigonius in animadv. in annotat. Robortelli ait, eum praeferre ὑψιάασθαι, quod sic in codice invenerit, uti & edidit Aldus. Sed dicit, antiquam lectionem multo meliorem esse, cum Callimachus de Diana loquatur, cui curae est χορὸς ἀμφιλαφὴς, καὶ ἐν οὔρεσιν ἑψιάασθαι i. e. *junctarum inter se manuum chorus, & ludere in montibus.* est enim ἑψιάασθαι, ludere: est in ρ Odyss. in extrema fere,

Οὗτοι δ' ἠὲ θύρῃσι καθήμενοι ἑψιάασθων. TH. GRAEV.

Ibid. ἑψιάασθαι] ὑψιάασθαι est antiqua lectio, & primum edita e MSto. Sed verum verbum esse ἑψιάασθαι, & consensus ceterorum scriptorum & aliorum librorum abunde docet. Et sic etiam Aldus habet in Cer. vs. 39. De verbo hoc & cognatis adi interpretes Hesychii, & Cl. Ruhnkenium in Ep. Crit. II. p. 63. 64.

Vs. 4. Ἀρχόμεν'] MS. Voss. plene ἀρχόμενοι, item editiones veteres omnes. De elisione diphthongorum v. Barnes. ad Hom. Il. H. 30. ubi hunc locum non neglexit. add. ad H. in Apoll. 47.

Vs. 5. Παῖς ἔτι κουρίζουσα] Videtur κουρίζουσα dici *puerili more loquens,* vel *puerilia loquens & agens.* at in hymno Jovis κουρίζοντος est *vagientis.* Pro hoc barbari dicunt βαοβάζειν. STEPHAN.

Ibid. κουρίζουσα] Verti *parvula.* Nam hoc proprie est, idque huic loco convenit. Est deinde parvulorum more faciens, ludendo, vagiendo, ut H. in Jov. 54. interpretes dixere. Sed ea sunt ab hoc loco aliena, ut facile patet e particula ἔτι.

Vs 6. Δός μοι παρθενίην αἰώνιον, ἄππα, φυλάσσειν] Versum hunc Naso ita interpretatus est,

Καὶ πολυωνυμίην· ἵνα μή μοι Φοῖβος ἐρίζῃ.
Δὸς δ' ἰοὺς καὶ τόξα. ἔα πάτερ. οὔ σε φαρέτρην,
Οὐδ' αἰτέω μέγα τόξον· ἐμοὶ Κύκλωπες ὀϊστοὺς
Αὐτίκα τεχνήσονται, ἐμοὶ δ' εὐκαμπὲς ἄεμμα·
Ἀλλὰ φαεσφορίην τε, καὶ ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα
Ζών-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

8 Ἔα πάτερ] Τὸ Ἔα δασυνόμενον καὶ ὀξυνόμενον τὰ ἴδια ἢ τὰ ἀγαθὰ δηλοῖ. ψιλούμενον δὲ καὶ παροξυνόμενον, τὸ συγχώρει, καὶ δίδου. καὶ τὸ ὑπάρχον δὲ, Εἴ ποτε κοῦρος ἔα.

10 Ἄεμμα] Ἡ νευρά.

11 Ἀλλὰ φαεσφορίην τε] Ἢ ὅτι λαμπαδοῦχος· ἡ αὐτὴ γὰρ τῇ Ἑκάτῃ· ἢ ὅτι τοὺς μαινομένους προάγει εἰς φῶς.

Da mihi perpetua, genitor chariſſime, (*dixit*)
Virginitate frui,

ſed Daphnen hoc a patre petentem inducens: & addentem,

dedit hoc pater ante Dianae.

STEPHAN.

Vſ. 6. ἄππα] Ita pronuntiant pueri, ubi primum os ſolvere incipiunt. Varie autem apud veteres; nam modo *appa*, modo *aba*, *abba*, *apphus*, quae paſſim occurrunt. A. FABRI.

Ibid. ἄππα & *papa* eadem ſunt vocabula, quibus ὑποκοριστικῶς, blande pueri ſuos parentes vocant: uti Diana hic Jovem appellat ἄππα. Hinc παππάζειν apud Homer. Iliad. ε. eſt patrem aliquem vocare.

Οὐδέ τι μιν παῖδες ποτὶ γούνασι παππάζουσιν.

h. e. *neque ipſum filii ad genua patrem appellant.*

Pappare dixit Perſius ſat. 3.

Et ſimilis Regum pueris pappare minutum.
Poſcis. TH. GRAEV.

Ibid. ἄππα] MS. Ambr. 2. ἄτ7α, Voſſ. & edit. Ald. ἄττα Non abſurde. Nam non modo eſt in appellando ſeniore propter ſenectutem, Hom. Il. I. 603. infr. Epigr. I. 3. ſed etiam reverentiam patris, ut apud eundem Homerum Od. II. 31. ubi ſenex ſubulcus Telemachum vocat, φίλον τέκος, hic illum alloquitur ἄττα, omninoque videntur idem eſſe ἄππα, ἄττα, τέττα, quae etiam eodem modo interpretantur Grammatici veteres, Heſychius, Etymol. M. Itaque libri ſunt audiendi. Ego, quia libri plures ſtant pro ἄππα, hoc ſecutus ſum. Barneſius ad Homerum Odyſſ. Π. 31. τὸ ἄττα repudiat, in eoque uſurpando erraſſe Callimachum putat, niſi forte vera lectio ſit ἄππα. Non viderit oportet aliam, praeter Aldinam, editionem. Eſt autem haec lectio, quam & Stephanus e MSto laudat.

Vſ. 7. Καὶ πολυωνυμίην] In meo Theſauro Graecae linguae admonui, ſcribi ab Heſychio, πολυώνυμον eſſe Apollinis epithetum. Quod ſi ita ſit, petet Diana ut ipſa quoque πολυωνύμου cognomine honoretur. Sed accipiendo ſimplicius, ſibi multa nomina dari poſtulabit, ſicut & Phoebus habet multa. Sic autem & alii nonnulli ex diis multa nomina habuerunt. ut Bacchum multis appellari videmus a Naſone, Metamorph lib. 4. circa principium, atque his addi,

Et quae praeterea per Grajas plurima gentes
Nomina, Liber, habes.

Sed quum nomina talia ab iis rebus quibus praeſtabant, imponerentur, petendo nomina ipſae etiam res peti videri poſſunt. Alecto autem a Marone *nomina mille habere*, ſicut *mille nocendi artes*, dicitur. STEPHAN.

Ibid. πολυωνυμίην] Adumbratum ex Ho-

Et nomina multa, ne mihi se praeferat Phoebus.
Da etiam sagittas & arcum: sine Pater. Non te pharetram,
Aut magnum posco arcum: mihi Cyclopes sagittas
Statim elaborabunt, mihi etiam flexilem arcum:
Sed ut faces geram, & ad genua usque tunica

Suc-

Homero Hymn. in Apollinem,

ἐπεὶ πολυώνυμός ἐστι.

Aristophanes autem huc alludens, ubi de variis Mercurii appellationibus aut cognomentis,

Ὠ᾽γαθὸν ἐς ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν.
Οὗτος γὰρ ἐξεύρηκεν αὐτῷ βίοτιον.

Catullus autem Hymno in Dianam huc respexit, cum dixit,

Sis quocumque tibi placet
Sancta nomine.

A. Fabri.

Ibid. Καὶ πολυωνυμίην] Haec est illa πολυλογία quam reprehendit in precibus gentilium Christus Matth. VI. 7. Nam in primis illam affectabant gentiles, non Graeci tantum, sed & Orientales populi. Hinc & hymnos ad verum deum solis nominibus divinitati competentibus refertos fuisse in Arabicis canticis, ubi centum amplius nomina ita congerantur, sic ut nihil singulis praeter invocandi vocula interponatur, notavit Seldenus de diis Syris: ubi vide plura de hac πολυωνυμία, ex qua quoque orta est deorum multitudo, ut ibidem pulchre docet vir doctissimus, sui seculi lumen. Th. Graev. Per πολυλογίαν Matth. VI. 7. intelligi πολυωνυμίαν, non credo, nec contextus patitur. Nec placent ea, quae super hac πολυωνυμία philosophatur Cudworthus in Syst. Intell. T. I. p. 569. sqq.

Ibid. ἵνα μή μοι Φοῖβος ἐρίζῃ] int. πολυωνυμίην. Sic Theocr. IV. 8. φαντί νιν Ἡρακλῆϊ βίην καὶ κάρτος ἐρίσδεν.

Vs. 10. ἐμοὶ δ᾽ εὐκαμπὲς ἄεμμα] Mirum est scholiastem vel ab epitheto εὐκαμπὲς non esse admonitum significationis nominis ἄεμμα, sed ut supra, hic quoque exposuisse νευρὰν: quum exponere deberet τόξον. Stephan.

Ibid. εὐκαμπὲς ἄεμμα] Ita supra ἄεμμα τὸ Λύκτιον. utroque loco Scholiastes interpretatur, ἄεμμα, τὴν νευράν. Neque vero cogitandum est eum ignorasse ἄεμμα significare τόξον: sed auctoritate aliqua fultum, νευρὰν pro arcu sumsisse. Certe Hesychius (cujus lexicon pro thesauro linguae Graecae duco) Νευρὰν, τῦ τεταμένυ νεύρυ καὶ τῦ τόξυ explicat. Ex Homero etiam, ejusque interprete Eustathio satis constat, νευρὰν aliud esse quam νεῦρον. Ajo itaque, cum Scholiastes ἄεμμα interpretatur τὴν νευρὰν, per νευρὰν intelligere arcum simul & nervum tensum. Vulcan.

Ibid. εὐκαμπὲς ἄεμμα] Scholiastes vertit νευρὰν & miror cur hic tantopere perturbetur Vulcanius. ἄεμμα enim non significat *arcum* prima notione, sed a parte totum. est enim proprie nervus arcus; sitque ab ἅμμα, *funis*, *vinculum*, unde addito ε, fit ἄεμμα, mutaturque spiritus, cujus utriusque exemplum est in ἥλιος, a quo nascitur ἀέλιος, vel ἠέλιος. A. Fabri.

Vs. 11. φαεσφορίην] Diana φωσφόρος invehitur biga, quam duae cervae trahunt. Vide Antiquitates Brassicani, vel, ut vocatur Gallice, de *Du Choul.* A. Fabri.

Ibid. καὶ ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα Ζώννυσθαι λεγνωτὸν] Proprius venantium habitus, ut apud Virg.

Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes.

Porro hunc Callimachi versum eleganter imitatur, & versus aliquot Virgilii exprimit, Epigramma Graecum in Dianam Anthol. V. 60.

Φαρέτρην
Ἰοδόκον κατέχουσα κατωμαδὸν, ἣν δ᾽ ἐπὶ γόνυ
Παρθένιον λεγνωτὸν ἀναζωσθεῖσα χιτῶνα,
Καὶ τριχὸς ἀκρήδεμνον ἀνεμίην πλόκον αὔραις.

Quod vero Callimachus dicit ζώννυσθαι χιτῶνα λεγνωτὸν, Apollonius lib. 4. Argon.

Ζώννυσθαι λεγνωτὸν, ἵν' ἄγρια θηρία καίνω.
Δὸς δέ μοι ἑξήκοντα χορήτιδας Ὠκεανίνας,
Πάσας εἰνέτεας, πάσας ἔτι παῖδας ἀμίτρους.
Δὸς δέ μοι ἀμφιπόλους Ἀμνισίδας εἴκοσι νύμφας,
Αἵ τέ μοι ἐνδρομίδας τε, καὶ ὁππότε μηκέτι λύγκας
Μήτ' ἐλάφους βάλλοιμι, θοοὺς κύνας εὖ κομέοιεν.
Δὸς δέ μοι οὔρεα πάντα. πόλιν δέ μοι ἥντινα νεῖμον,
Ἥν-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

12 Λεγνωτὸν] Τὸ ἔχον ὤαν· τουτέστι τὸ ἀπλάγιον τοῦ ἱματίου. Λέγναι γὰρ, αἱ ὧαι, τὰ λώματα, οἱ κροσσοί. ἅπερ Ὅμηρος θυσάνους καλεῖ· Τῆς ἑκατὸν θύσανοι παγχρύσεοι.

14 Ἀμίτρους] Ἀζώστους, μὴ διαπαρθενευομένας· μίτρας γὰρ ἐζώννυντο, ἃς ἔλυον ὅταν ἔμελλον διαπαρθενεύεσθαι. Ἢ ὅτι οἱ ἄγαμοι γυμνοὶ ἐβάδιζον.

15 Ἀμνισίδας] Ἀμνισὸς, ποταμὸς Κρήτης· ἀφ' οὗ Κρητικάς.

16 Ἐνδρομίδας] Τὰ ὑποδήματα. τὸ δὲ ἑξῆς, αἵτε μοι, ὁπότε δὴ μὴ λύγκας, ἐνδρομίδας τε καὶ θοοὺς κύνας εὖ κομέοιεν.

Παρθενικαὶ δίχα κόλπον ἐπ' ἰσχύας εἰλίξασαι.

Aeschylus συλλαβὰς πέπλων vocat. VULCAN.

Vſ. 12. λεγνωτὸν] Puto eſſe floſculos pellis, cum lana vel cum pilis, quos ad oram veſtis aſſuebant, eodem fere modo quo & hodie fieri videmus, ex eo quod vulgo vocamus *Hermines*. A. FABRI.

Ibid. λεγνωτὸν] Multa de hoc verbo Spanhemius, qui adeundus. Verti *tunicam virgatam*, nec a vero me puto aberraſſe. Heſych. Λεγνάδεις, ποικίλας. Λεγνῶται, ποικίλαι.

Vſ. 13. χορήτιδας] Legitur & Hymno εἰς Δῆλον vſ. 306.

Αἱ δὲ ποδὶ πλήσσουσι χορήτιδες ἀσφαλὲς οὖδας.

Reſpexit autem choros Dianae, quod non obmiſit Virgilius:

aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros.

Itaque explico, *ſaltationis ſocias*. A. FABRI.

Vſ. 14. εἰνέτεας] Sic MSS. & edd. omnes, quod interpretantur *novennes*. Ceterum nemo interpretum verbum ipſum attigit aut illuſtravit. Cel. Ruhnkenius Ep. Crit. II. p. 23. ingenioſiſſime corrigit οἰετέας, i. e. ἥλικας, *aequales*, quem vide. Vulgatum defenditur primum ex ipſo Callimacho, non modo vſ. 43. ubi totus hic verſus repetitur; ſed etiam vſ. 179. ubi ſunt boves εἰναετιζόμεναι, quod ab eodem fonte ducitur. Deinde ex Homero H. in Mercur. 242. ſi ſanus eſt locus, qui habet εἰνέτεον χέλυν, *recentem lyram*. Unde πάσας εἰνετέας, ut Auratus ſcribi volebat, vel εἰνέτεας commode vertes, *omnes juvenculas*. Anthol. III. 12. p. 339. κούρη αἰμύλος, εἰναέτις, *lepida novennis puella*. Nempe iſta aetate ſunt lepidiſſimae puellulae. Nec impedierit, quod ſequitur, πάσας ἔτι παῖδας ἀμίτρους, quo juventus ſatis exprimitur. Nam tales exergaſiae vel ſynonymiae frequentes apud poëtas. Moſchus adeo II. 29. ἥλικας, οἰετέας, quae ſunt plane ſynonyma.

Ibid. ἀμίτρους] De zonis πάντα περὶ πάντων Spanhemius. Addendi tamen Barth.

Succingar virgata, ferasque perimam.
Da mihi porro sexaginta Oceaninas, quae mecum choros agant,
Omnes juvenculas, omnes adhuc puellas impuberes:
Da etiam ministras, viginti nymphas Amnisidas,
Quae mihi venatica calceamenta, &, cum lyncas
Cervosque venari desiero, veloces canes recte curent.
Da mihi denique montes omnes: urbem autem unam attribue,

Quam-

Barth. Adv. IV. 9. & Potter. Archaeol. IV. 11. qui docent, zonas illas propterea usurpatas non modo a virginibus adultis; sed etiam maritatis, ut tutae essent a vi libidinosorum: a qua cum nihil timendum esset impuberibus, nec zonis opus fuit.

Vs. 15. *Ἀμνισίδας*] *Ἀμνισὸς, ποταμὸς Κρήτης*, Schol. At Stephanus Byzantius, *Ἀμνισὸς, πόλις Κρήτης. αἱ τοῦ νύμφαι, Ἀμνισιάδες, καὶ Ἀμνισίδες.* Sed quid *αἱ τοῦ*; certe quivis videt locum corruptum esse, & legendum, *ποταμὸς Κρήτης. αἱ τοῦ νύμφαι*, supple *ποταμοῦ*. A. FABRI. Recte Th. Pinedo hunc Stephani locum emendavit, *πόλις καὶ ποταμὸς Κρήτης*. TH. GRAEV.

Vs. 16. *ἐνδρομίδας*] *ὑποδήματα*, non simpliciter, sed venatoria, utpote *εἰς τὸν δρόμον ἐπιτήδεια*, & ut Pollux venatoria *ὑποδήματα* describit, *κοῖλα εἰς μέσην κνήμην ἀνήκοντα, δεσμῷ ἀκριβεῖ περιεσταλμένα.* Virgilius *cothurnos* vocat:

Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram,
Purpureoque alte suras vincire cothurno. VULCAN.

Ibid. *Αἵ τέ μοι ἐνδρομίδας*] Recte quidem Anna. Sed locus quoque Scholiastae est corruptus. Quid enim *ἀφ' οὗ Κρητικάς*; nimirum excidit *νύμφας Ἀμνισίδας λέγουσι*, quod & Holstenius vidit ad Stephanum. De hoc amne multa eleganter notavit Meursius in Creta lib. 1. cap. 6. Male Latina versio *vestes villosas* exposuit *ἐνδρομίδας*. Sunt enim *ἐνδρομίδες* proprie calceamenta cursorum, teste Polluce lib. 3. Sed & proprie dicebantur calcei Dianae, ut testatur idem Pollux lib. 6. TH. GRAEV.

Ibid. *ἐνδρομίδας*] MSS. Reg. & Voss. *ἐνδρομάδας*.

Vs. 17. *θοοὺς κύνας*] MS. Voss. *θοάς*, quod non adeo spernendum, cum Graeci femininum genus libenter usurpent in canibus, ut poëtae Latini. Sed Callimachus *ὁμοιοτέλευτα* fugisse potest. Ed. Aldi *βάλοιμι*, vitiose.

Vs. 18. *οὔρεα πάντα*] Horat.

Montium custos, nemorumque virgo.

& Catull.

Montium domina ut fores
Silvarumque virentium. A. FABRI.

Ibid. *πόλιν δέ μοι ἥντινα νεῖμον, Ἥντινα λῇς*] Quum diu miratus essem hunc usum nominis *ἥντινα* pro *τινὰ*, & ita miratus, ut ne scholiastae quidem assentiri possem, ita usum esse Callimachum credenti, tandem conjectura mihi assequutus videor lectionem quam germanam esse puto, & de qua neminem mihi refragaturum arbitror: quum & aptissimum huic loco sensum habeat, & minima in ea immutatio fiat. Lego enim, *πόλιν δὲ μίην τινὰ νεῖμον*. Ad hanc autem emendationem deduxerunt me vestigia (ut ita dicam) illius qua *οὐ ῥέα* pro *οὔρεα* repositum fuisse antea dixi: quanvis aliquid sit inter hanc & illam depravationem discriminis. Caeterum argumento esse potest hic ita depravatus locus, valde inveterata quibusdam in libris esse menda: quum ipsum etiam scholiastem in suis exemplaribus istud habuisse videamus. Quod tamen minus miror, quam illi non suboluisse. Caeterum, si nostra lectio retinenda esset, minus durum illum vocis *ἥντινα* usum redderet interrogatio cum ellipsi verbi, hoc mo-

do,

Ἥντινα λῇς· σπαρνὸν γὰρ, ὅτ' Ἄρτεμις ἄστυ κάτεισιν.
Οὔρεσιν οἰκήσω· πόλεσιν δ' ἐπιμίξομαι ἀνδρῶν
Μοῦνον ὅτ' ὀξείῃσιν ὑπ' ὠδίνεσσι γυναῖκες
Τειρόμεναι καλέουσι βοηθόον· ᾗσί με μοῖραι·
Γεινομένην τοπρῶτον ἐπεκλήρωσαν ἀρήγειν·
Ὅττι με καὶ τίκτουσα καὶ οὐκ ἤλγησε φέρουσα
Μήτηρ, ἀλλ' ἀμογητὶ φίλων ἀπεθήκατο κόλπων.
Ὣς ἡ παῖς εἰποῦσα, γενειάδος ἤθελε πατρὸς
Ἅψασθαι, πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας,

Μέ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

19 Ἥντινα νεῖμον] Περιττὸν τὸ ἥν.

Λῇς] Ἀντὶ τοῦ θέλεις, κατ' ἀποβολὴν τῆς θε συλλαβῆς. κέχρηται πολλαχοῦ τῇ λέξει καὶ ὁ Θεόκριτος· Λῇς ποτὶ τᾶν νυμφᾶν, λῇς, αἰπόλε, τῇδε καθίξας.

Σπαρνὸν] Σπάνιον.

21 Μοῦνον ὅτ' ὀξείαισιν ὑπ' ὠδίνεσσι γυναῖκες] Ἡ αὐτὴ γάρ ἐστι τῇ Εἰληθυίᾳ.

do, *πόλιν δέ μοι ἥντινα; νεῖμον ἥντινα λῇς.* STEPHAN.

Ibid. *πόλιν δέ μοι ἥντινα νεῖμον Ἥντινα λῇς*] H. Steph. legit, *πόλιν δὲ μίνν τινὰ νεῖμον.* Ego veterem lectionem retinere malo, quae me nihilo magis, quam veterem Scholiastem offendit. VULCAN.

Ibid. *ἥντινα νεῖμον*] *Περιττὸν τὸ ἣν*: hic autem bis *ἥντινα* posuit, licet diverso sensu, ut supra vs. 94. Hymn. II. *τόσον* usurpavit:

Οὐδὲ πόλει τόσ' ἔνειμεν ὀφέλσιμα τόσσα Κυρήνῃ.

Theocrit. autem Idyll. IV.

Ὅσσον αἶγες ἐμὶν φίλαι, ὅσσον ἀπέσβας.

id est, *quantum capellae mibi carae, tantum cara nobis interiisti.* Nescio cur hac lectione offendatur Henricus Stephanus, qui velit legi *μίνν τινὰ νεῖμον.* A. FABRI.

Ibid. *πόλιν δέ μοι ἥντινα νεῖμον*] Sic libri omnes, idemque agnoscunt Scholia. Stephanus autem corrigebat *μίνν τινὰ*, quod tamen mihi frigere videtur, etsi ei favere videtur, quoad *τὸ μίνν*, versus 33. Nihil prodest vulgatae, quod Spanhemius ait, *ἥντινα* dici pro *ἥν*. Non *τινὰ* redundat, sed *ἥν*. Vulcanius & Anna Fabri negant, se eo verbo offendi: ceterum nullum exemplum hujus formae adferunt. Aliquoties sic dixit Anton. Liber. Metam. c. 5. 8. 41. v. Munckerus ad c. 5. p. 40. In hoc malim acquiescere, quam sequi conjecturam Cl. Abreschii Diluc. Thucyd. p. 319. corrigentis *ἥν τινα*, & structuram hanc facientis: *νεῖμον δέ μοι πόλιν ἥντιναοῦν, ἥν τινά μοι θέλεις νέμειν πόλιν.*

Vs. 19. *λῇς*] Dorica vox: monet Anacreon Od. 10.

Ὁ δ' εἶπε Δωριάζων,
Λάβ' αὐτὸν ὁπόσου λῇς.

Passim Theocrit. Sic & Aristophanes, cum Doras, Boeotos, aut Megarenses inducit. A. FABRI.

Ibid. *σπαρνὸν γὰρ*] Verbum Aeschylo usurpatum Agam. 565. Ceterum hunc & sequentes versus ob oculos habuisse videtur Aratus de Astraea vs. 118. sq.

Vs. 20. *Οὔρεσιν*] *Οὔρεσιν οἰκήσω* durius

Quamcunque. Raro enim in urbem veniet Diana.
In montibus habitabo: Urbes autem accedam
Tum modo, cum mulieres, acutis partus doloribus
Vexatae, auxiliatricem vocent, quibus me Parcae,
Ut primum nata ſum, deſtinarunt opem ferre:
Quod me pariens ferensque (utero) non doluit,
Mater, ſed ſine labore depoſuit gremio.
His dictis, puella conata eſt barbam patris
Contingere, crebroque fruſtra manus tetendit,
Do-

rius eſt, etſi ellipſin τῆς ἐν non ignoro. An ſcripſit, Οὔρεσ' ἐνοικήσω? Mox πόλεσιν MS. Voſſ. & edit. Ald. quod verum eſt. Edd. Vaſcoſ. Froben. πόλεσι, neſcio an e libris. Nam & ipſum ferri poſſet, quod τὸ σι eſt in caeſura.

Vſ. 21. ὀξείῃσιν] Sic MS. Ambr. 2. & Voſſ. Succinunt Vat. qui habet ὀξείεσσιν, & Ambr. 1. qui habet ὀξείεσιν, quod factum ex ὀξείῃσιν. Nam hae litterae permutantur, ut ἄεμμα, ἄημμα in ed. Ald. & alia. Itaque quia hoc eſt Ionicum magis, praetuli vulgatae ὀξείαισιν.

Vſ. 22. καλέουσι βοηθόον] Repono καλέσουσι. STEPHAN.

Ibid. Τειρόμεναι καλέουσι] Malo retinere καλέουσι, quam reponere καλέσουσι, ut H. Steph. Nam per καλέουσι ſignificat, ſe jam tum, imo vero ab ipſo ortu, ut ſtatim ſubjungit, eo munere fungi. VULCAN.

Ibid. καλέουσι] Non eſt, opinor, quod καλέσουσι reponas; nam & καλέουσι futurum eſt, pro καλέσουσι. A. FABRI.

Vſ. 23. Γεινομένην τὸ πρῶτον] Formula ducta ex Homero. v. c. Il. Z. 345. Ἤματι τῷ, ὅτε με πρῶτον τέκε μήτηρ. cf. vſ. 489. &c. Theocritus plane ut noſter Idyll. XVII. 75. ὁ δ' ἔξοχος, ὅν κε φιλάσει Γεινόμενον τὰ πρῶτα, *ſimul ac natus eſt.*

Vſ. 24. Ὅττι με καὶ τίκτουσα] Heroinae enim ſine dolore pariunt, ut intelligitur ex Amphitryone Plauti, & ex ortu Bacchi. Idem Barbari Aſiatici ſibi licere in Mahomete ſuo volunt. A. FABRI.

Vſ. 25. φίλων] φίλος ſumitur apud Graecos pro *ſuus*, *meus*, *tuus*. A. FABRI.

Ibid. ἀπεθήκατο κόλπων] Omnes ſcripti mei habent γυίων, quod non auſim repudiare: nec ullo modo eſſe poteſt ab ingenio librariorum. Sed, qui id non concoxere, ex H. in Jovem vſ. 15 ſubſtituerunt κόλπων. Γυῖα quin de naturalibus dici poſſint, nemo dubitet, ut ἄρθρα in notiſſima illa lege, ἄρθρα ἐν ἄρθροις, de coitu: quae etiam ſic dixit Herodotus, ἄρθρα τῆς ἵππου, III. 37. de genitalibus equae.

Vſ. 26. γενειάδος ἤθελε πατρὸς] Hoc eſt, ejus tangere mentum, ſupplicans ſcilicet, ut Thetis apud Homerum Iliad. α. vſ. 500.

Καὶ λάβε γούνων
Σκαιῇ, δεξιτερῇ δ' ἄρ' ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα,
Λισσομένη προσέειπε Δία Κρονίωνα ἄνακτα.

Et apprehendit genua ſiniſtra: dextra vero ſubtus mentum quum attigiſſet, ſupplicans allocuta eſt Jovem Saturnium regem. Tactum autem ejus fugiebat Jupiter, quia nolebat virginitatem petenti annuere facile. TH. GRAEV. Mira ratio.

Vſ. 27. πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας] Si πολιὰς legatur, erit pro λευκάς. Hymno autem in Cererem legitur πολιαῖς ἐπὶ χεῖρας ἔβαλλε, non πολιάς. Sed & pro ἐτανύσσατο invenitur ſcriptum ἀπινεύσατο, quod admitti poſſe non videtur. STEPHAN.

Ibid. πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας] Alii legunt πολιάς, quod *canas* ſignificat, & interpretantur *albas*. quam lectionem ego nullo modo probaverim, ſed potius πολλὰς acceperim

Μέχρις ἵνα ψαύσειε. πατὴρ δ' ἐπένευσε γελάσσας·
Φῆ δὲ καταρρέζων, Ὅτε μοι τοιαῦτα θέαιναι
Τίκτοιεν, τυτθόν κεν ἐγὼ ζηλήμονος Ἥρης
Χωομένης ἀλέγοιμι. Φέρευ τέκος, ὅσσ' ἐθελημὸς
Αἰτίζεις, καὶ δ' ἄλλα πατὴρ ἔτι μείζονα δώσει.
Τρὶς δέκα τοι πτολίεθρα καὶ οὐχ ἕνα πύργον ὀπάσσω.
Τρὶς δέκα τοι πτολίεθρα, τὰ μὴ θεὸν ἄλλον ἀέξειν
Εἴσεται,

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

28 Μέχρις] Περιττόν ἐστι.
30 Τυτθόν κεν] Ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ τυτθόν.

rim pro πολλάκις. ut Latine, *Multus in hoc sum*: id est, frequens sive frequenter. VULCAN.

Ibid. πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας] MS. Voss. πολλά, quod placeat iis, quibus πολλάς nimis durum videtur: qui dixerint, correctum esse, & τὰς χεῖρας conformatum, quod syllabam hanc brevem putarent inscitia caesurae, cum longa desideraretur. Nam sic Graeci, & Latini poëtae. v. Davis. ad Cic. de Div. I. 20. Sed potest contra videri esse a correctore, qui πολλὰς χεῖρας non concoqueret. Ruhnkenius V. C. Ep. Crit. II. p. 24. malebat ἀπαλάς, quod puellae pulcre convenit. Sed id mihi non convenire videtur sequentibus, μέχρις ἵνα ψαύσειε, quae desiderant praecedentem significationem *frequentis conatus*, quem eleganter exprimit Ovidius Heroid VIII. 93. *Non ego captavi brevibus tua colla lacertis.* qui versus e Callimacho expressus videtur: magis ad verba ille Virgilianus Aen. V. 256. *Longaevi palmas necquicquam ad sidera tendunt Custodes:* de raptu Ganymedis. Πολλὰς χεῖρας pro πολλάκις χεῖρας illustrare tentavit Stanlejus ad Aeschyl. Agam. 732. Cl. Abreschius ad Aristaenet. p. 166. qui tamen non satisfaciunt Cl. Ruhnkenio. Etsi autem Diana proprie non multis manibus captavit barbam Jovis, quod illum maxime movet: tamen & qui *multus venit*, qui πολὺς ἔγκειται &c. unus tantum est. Sic infra vs. 138. ἐν δὲ σὺ πολλή. Est vero simillimum illud Heliodori, quod Abreschius l. c. attulit: ἥπερ με νῦν πολλοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς περισκοπεῖ. Si quid tentandum esset, suspicarer, πολλὴ δὲ μ. ἐ. χ. Sed vulgatum recte se habere puto. Pro ἐτανύσσατο Stephanus in codice aliquo reperit ἀπενεύσατο. quod est nihili.

Vs. 28. Μέχρις ἵνα ψαύσειε] Abundare ait Scholiastes vocem μέχρις: qui tamen pleonasmus valde durus: fortassis autem novus etiam esset. STEPHAN.

Ibid. Μέχρις ἵνα] Παρέλκον est τὸ μέχρις, ut vult Scholiastes. Sed hic fallitur; nam μέχρις ἵνα est μέχρις ἄν, adverbium *usque eo dum*, vel *usque cum*. ἵνα enim est πολυσημαντικόν. A. FABRI.

Ibid. Μέχρις ἵνα ψαύσειε] Μέχρις ἵνα offendit primum Scholiasten, qui τὸ μέχρις abundare dicit: (inepte, ut bene notat Anna Fabri, male tamen & ipsa explicans, ut dictum pro ἄν) post Valkenarium, litterarum Graecarum exquisita scientia illustrem, qui pro μέχρις volebat rescribi λέχρις ex Apollon. Rhodio I. 1235. ut didici ex Cl. Abreschii Addend. ad Lect. Aristaen. p. 134. Sed μέχρις abesse nullo modo potest per ea, quae ad vs. praecedentem dixi. Ipse Cl. Abreschius explicatione vult difficultati occurrere in Lect. Aristaen. p. 166. veluti dictum esset pro μέχρις ἐπινεύσειεν sc. pater, ἵνα ψαύσειεν. Sed hoc

Donec tandem attingeret. Pater autem annuit ridens,
Eamque permulcens dixit: Si mihi tales Deae omnes
Pariant, parvi utique zelotypae Junonis
Iram aestimem. Habeto, filia, quaecunque ipsa
Petiisti: sed & alia insuper majora dabit pater.
Triginta tibi urbes, non unam turrim, dabo:
Triginta tibi urbes, quae non numen aliud colere
Insti-

hoc quoque valde durum, nec ἐπινεύειν cum ἵνα commode struitur. Quid opus argutiis? Μέχρις ἵνα ψαύσειεν est pro μέχρις ἐς τὸ ψαύειν, vel ὅτε ψαύσειε, *usque dum contingeret.* Nam ἵνα temporis & loci esse, ut *ubi*, nemo dubitet. Similiter dicitur μέσφ' ὅτε apud Q. Calabrum p. 104.

Vs. 29. καταῤῥέζων] Καταῤῥέζειν Homerus saepe contraxit καῤῥέζειν, unde exit nostrum verbum *caresser*, quamvis alii aliunde deducunt. A. FABRI.

Ibid. ὅτε] MSS. Ambr. & Voss. ὅτι. Sic & edd. Ald. Vascos. Sed non fert optativus.

Vs. 30. τυτθόν κεν ἐγὼ &c.] Recte Scholiastes exponit τυτθὸν, pro οὐδὲ τυτθόν. qua significatione etiam βαιὸν apud Sophoclem accipitur, Ajac. Flagell. τί βαιὸν οὕτως ἐντρέπῃ τῆς συμμάχου; βαιὸν, hoc est, οὐδ' ὅλως. Sic Latine dicimus, *parum laboro*, pro *nihil.* VULCAN.

Vs. 31. τέκος——ἐθελημὸς] Ἐθελημὸς, si est ἡ ἐθελημὸς, refertur ad θυγάτηρ, quod verbum latet in τέκος per synesin, satis a doctis viris dudum illustratam: sin in genere masculino modo ἐθελημὸς dicitur, referendum hoc est ad ea exempla, (quae congessit Clark. ad Hom. Il. E. 778.) in quibus masculinum etiam de feminis dicitur, ubi non est respectus ad sexum.

Vs. 33. Τρὶς δέκα] Vide Interpretem, & ride; nam vertit *tredecim*, cum *triginta* debuerit. A. FABRI.

Ibid. Τρὶς δέκα τοι πτολίεθρα] Nulla urbs fuit *Tauri*, sed *Tauri* fuerunt populi, a quibus Taurica Chersonesus dicta, qui Dianae mactabant hospites. de qua trita sunt omnia. TH. GRAEV. Haec notula pertinet ad Frischlinum, qui in urbibus Dianae sacris commemorat *Tauros* in Scythia.

Ibid. Τρὶς δέκα] Bene Anna ridet Latinum interpretem, qui *tredecim* dederat. Mirificus autem hic est Spanhemius, qui eam interpretationem etiam defendit, velut τρὶς δέκα ita dicatur ut δώδεκα, quod plane diversum est. Τρὶς δέκα est ut δὶς δέκα, non ut δώδεκα, nec dici potest τρὶς καὶ δέκα, ut ille vult, sed τρεῖς καὶ δέκα. Haec non posuissemus: sunt enim prope puerilia: sed si hic falli vir tantus potuit, alii monendi erant, ne ejus auctoritate deciperentur. Saepe ἀκρίβεια grammatica desideratur in istis helluonibus veterum librorum, qui omnia legisse, & omnia undique collegisse volunt.

Ibid. πύργον ὀπίσσω] Πύργον aut *arcem* intelligas, ἀκρόπολιν, in qua maxime solebant coli tutelares Dii, ut Trojae, Athenis, Romae, v. Schol. ad Hom. Il. Δ. 508. aut *urbem*, de qua & alii dixere. Sic capio Apollon. Rhod. IV. 518. nec quicquam impedit. Sic dixit Lycophron vs. 1255. Sic *Stratonis turris* de Samaria in Palaestina. Utrumlibet placeat, urbis notio occurrerit, nec ullo modo opus erit cum Spanhemio sic interpretari: *& praeterea haud unam turrim.* Respondent enim verbis Dianae petentis unam urbem. Ὀπίσσω poëtarum more dicitur, qui ea dicunt dari, quae tutelae alicujus permittuntur. Sic Apollon. Rhod. IV. 653. ubi v. Schol.

Vs. 34. μὴ θεὸν ἄλλον ἀέξειν Εἴσεται] Verti *adorabunt.* tametsi ejus significationis neminem auctorem habeam. quo factum, ut deinceps ἀέξειν, pro ἔχειν accipi cogitarim. Nam & Hesychius

Εἴσεται, ἀλλὰ μούνην σε, καὶ Ἀρτέμιδος καλέεσθαι·
Πολλὰς δὲ ξυνῇ πτόλιας διαμετρήσασθαι
Μεσσόγεως, νήσους τε· καὶ ἐν πάσῃσιν ἔσονται
Ἀρτέμιδος βωμοί τε καὶ ἄλσεα. καὶ μὲν ἀγυιαῖς
Ἔσσῃ καὶ λιμένεσσιν ἐπίσκοπος. Ὣς ὁ μὲν εἰπὼν
Μῦθον ἐπεκρήηνε καρήατι. Βαῖνε δὲ κούρη
Λευκὸν ἔπι, Κρηταῖον ὄρος, κεκομημένον ὕλῃ.

Ἔνθεν

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

35 Καὶ Ἀρτέμιδος καλέεσθαι] Ἀπὸ κοινοῦ τὸ εἴσεται.

36 Διαμετρήσασθαι] Ἀπὸ κοινοῦ τὸ, ὀπάσω σοι μὲν τὰς λ. κοινῇ δέ σοι καὶ τῷ Ἀπόλλωνι πολλάς.

40 Ἐπεκρήηνε καρήατι] Ὅμηρος· ὅ, τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.

41 Λευκὸν ἐπὶ Κρηταῖον] Ὄρος Κρήτης. ἑνικῶς οὗτος εἴρηκε. Λευκὰ δὲ ὄρη λέγονται πληθυντικῶς.

chius interpretatur ἀέξων, αὔξων ἢ ἔχων. Etymologic. quoque futurum facit ab ἔχω, ἕξω & ἀέξω. quod tamen ςοχαςικῶς, non καταφατικῶς dictum volo. VULCAN.

Ibid. ἀέξειν] Ita Homer. ὀφέλλωσίν τέ ἑ τιμῇ. Iliad. α. Ibidem Schol. σημαίνει τὸ αὐξάνω. Ita & Latini,

& honoribus augent.

Theocrit. Πάντεσσι καλοῖς ἀτιτάλλει Ἄδωνιν.

nam ἀτιτάλλω eſt αὐξάνω.

Plautus in Mercatore,

aliquid cedo,
Qui hanc vicini noſtri aram augeam.

Debet eodem referri τὸ *mactare*, id eſt *magis auctare*; ut, *mactare Deos extis*, &, *mactare aliquem infortunio*, & ſexcenta alia apud meliores Scriptores. Hinc patet quam male Vulcanius, qui ἀέξειν pro ἔχειν accipi cogitat. *Adolere* etiam eſt *augere*. Virgil.

Verbenaſque adole pingues

Ad quem locum Servius notat eſſe εὐφημισμὸν, & *adolere nihil aliud eſſe quam augere*. A. FABRI.

Vſ. 35. καὶ Ἀρτέμιδος καλέεσθαι] Mutata eſt forma orationis, quum praecedat activum verbum ἀέξειν, quod cum eodem verbo εἴσεται jungitur: nec poſſit ulla iniri ratio qua Ἀρτέμιδος καλέεσθαι accipiamus pro *invocare Dianam*. Ideo ſicut μούνην junxit cum ἀέξειν, ita μούνης ſubaudiendum puto cum Ἀρτέμιδος καλέεσθαι: & intelligendum, *quae non patientur ſe vocari urbes alius cujuſquam quam Dianae*. STEPHAN.

Ibid. καὶ Ἀρτέμιδος καλέεσθαι] Recte monet Scholiaſtes referendum hoc eſſe ad εἴσεται: ita ut hae XXX. urbes hoc de ſe praedicare poſſint, Dianae ſumus in fide. quod ipſum elogium Henrico Stephano, & veteres interpretes, & qui hodie ſcripta ſua ei commendant, tribuere poſſunt: Henrici ſumus in fide. quippe qui nullam de eis bene merendi atque adeo honori ipſorum conſulendi, ut ejus verbis utar, occaſionem praetermittit. Perge porro, Henrice, tibi eſſe ſimilis, & fortiter ςεφανίζειν. Neque enim defuturum tibi putes aliquem, qui & privato, & publico, imo & veterum interpretum nomine tibi gratias agat, & fidem candoremque tuum, ac religioſam diligentiam poſteris notam faciat, & tibi tuiſque ſcriptis mutuam operam, atque ἀμοιβαίαν χάριν praeſtet: ἕρπει γὰρ παραλλὰξ ταῦτα, ut Sophoclis verbis utar. VULCAN.

Ibid. Πολλὰς δὲ &c.] Haec cohae-

rent

Inſtituent, niſi te unam, Dianaeque urbes volent vocari.
Multas vero etiam communiter urbes aedificandas tibi
Mediterraneas, inſulasque dabo: in quibus omnibus
Dianae arae ſint ac luci. Praeterea viarum
Eris portuumque inſpectrix. Sic ille quidem dixit,
Dictaque rata fecit capitis nutu. Vadebat poſt puella
Ad Leucum, Cretae montem, ſilvis comantem:
Inde

rent cum praecedentibus: quippe etiam infinitivus *διαμετρήσασθαι* a verbo *ὀπάσσω* pendet. Itaque colon poſt *καλέεσθαι* exprimi juſſi. De verbo *διαμετρήσασθαι* v. ad H. in Apoll. 55. Poſt id male interpungitur vulgo. MSS. Ambr. *μεσογέως*.

Vſ. 36. *διαμετρήσασθαι*] In Scholiaſtae expoſitione cui praefixum eſt hoc verbum, pro *ὀπάσω σοι μετὰ τὰς λ.* repono *ὀπάσω σοὶ μὲν τὰς λ.* STEPHAN.

Ibid. *διαμετρήσασθαι*] *Dimetiendas.* h. e. quae tibi ſtatuentur, condentur, id eſt, dedicabuntur. Nam qui urbem condit, illius dimetitur ſpatium. Deo autem aut Deae urbem dimetiri ſeu condere, eſt Deo aut deae dedicare & conſecrare, ut in ejus ſit tutela. TH. GRAEV.

Vſ. 37. *εἰν ἀπάσῃσιν*] V. Cl. Matthaeus Sladus legit *ἐν πάσῃσι*, ut alius Anonymus, qui nonnullas emendationes adſcripſerat margini Pariſienſis editionis, quae apud Vaſcoſanum prodiit anno 1549. Nam prima in *πάσαις* producitur. TH. GRAEV.

Ibid. *εἰν ἀπάσῃσι*] MSS. Vat. Ambr. Reg. Voſſ. ed. Ald. *ἐν*, quod in ed. Vaſcoſ. correctum, non e codice, ut opinor, in *εἰν*, ut verſus conſtaret. Quanto melius erat, *α* delere ex *ἀπάσῃσι*, quod viris doctis rectiſſime placet, cum ſyllaba *πα* ſemper longa ſit, nuſpiam corripiatur. In proximo verſu pro *βωμοὶ* MSS. Ambr. *κώμοι*, frequenti in MSS. permutatione litterarum *β* & *κ*. v. H. in Del. 12.

Vſ. 38. *καὶ μὲν ἀγυιαῖς*] Hinc dicebatur Diana Trivia, quod praeeſſet viis & coleretur in triviis. Graecis etiam *τριοδῖτις*. Varr. lib. VI. de L. L. *Ab eo Trivia, quod in trivio ponitur fere in oppidis Graecis.* TH. GRAEV.

Vſ. 39. *καὶ λιμένεσσιν ἐπίσκοπος*] Nota, portus in Dianae tutela: ſic vſ. 184. hujus hymni, *τίς δὲ λιμήν*; & vſ. 188. *λιμένες γε μὲν Εὐρίποιο.* vix alibi reperies. A. FABRI.

Vſ. 40. *Μῦθον ἐπεκρήηνε καρήατι*] Sic apud Homerum, quod capite annuit Jupiter *τετελεσμένον ἐςί.* A. FABRI. MS. Voſſ. *ἐπίκρηηνε*.

Vſ. 41. *Λευκὸν ἐπὶ Κρηταῖον ὄρος*] Verti, *Cretenſem in lucum.* aut ſi mavis *Leucum*, ut vult Scholiaſtes. VULCAN.

Ibid. *Λευκὸν*] Forſan nomen montis. A. FABRI.

Ibid. *Λευκὸν ἐπὶ Κρηταῖον ὄρος* &c.] Utique mons erat in parte occidentali inſulae Cretae, & habebat longitudinem ſtadiorum trecentorum: ac crepidinem quaſi quandam, mari objectam, ſtatuebat, in anguſtum deſinentem. *Albus* dictus, quia ſumma ejus juga ſemper nivibus alberent, ut teſtis eſt Theophraſtus lib. IV. hiſt. Plant. cap. I. *ἐν Κρήτῃ γοῦν φασιν ἐν τοῖς Ἰδαίοις ὄρεσι, καὶ ἐν τοῖς Λευκοῖς καλουμένοις, ἐπὶ τῶν ἄκρων ὅπερ οὐδέποτε λείπει χιὼν, κυπάριττον εἶναι.* *Itaque in Creta ajunt, in Idaeis montibus, atque Albis appellatis, in culminibus, ubi nix nunquam deficit, cupreſſum eſſe.* Vide plura de his montibus apud Meurſ. in Creta. Imitatus eſt hunc locum Catullus:

Comata ſilva nam Cytherio in jugo
Loquente ſaepe ſibilum edidit coma.

TH. GRAEV.

Ibid. *ὄρος κεκομημένον ὕλῃ*] Sylvoſum, & ut Ovidius ait, *Opertum arboribus.* VULC.

Ibid.

Ἔνθεν ἐπ' Ὠκεανόν· πολέας δ' ἐπελέξατο νύμφας,
Πάσας εἰνέτεας, πάσας ἔτι παῖδας ἀμίτρους.
Χαῖρε δὲ Καίρατος ποταμὸς μέγα, χαῖρε δὲ Τηθύς,
Οὕνεκα θυγατέρας Λητωΐδι πέμπεν ἀμορβούς.
Αὖθι δὲ Κύκλωπας μετεκίαθε· τοὺς μὲν ἔτετμε
Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ (Λιπάρη νέον, ἀλλὰ τότ' ἔσκεν
Οὔνομά οἱ Μελιγουνίς) ἐπ' ἄκμοσιν Ἡφαίστοιο
Ἑσταότας περὶ μύδρον. ἐπείγετο γὰρ μέγα ἔργον·
Ἱππείην τετύκοντο Ποσειδάωνι ποτίστρην.
Αἱ νύμφαι δ' ἔδδεισαν, ὅπως ἴδον αἰνὰ πέλωρα,

Πρηό-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

44 Χαῖρε δὲ Καίρατος] Ποταμὸς Κρήτης, καὶ πόλις ἡ Καίρατος, οὕτω λεγομένη.

45 Ἀμορβοὺς] Ἀκολούθους· παρὰ τὸ ἅμα πορεύεσθαι.

46 Τοὺς μὲν ἔτετμε] Τὸ ἑξῆς, τοὺς μὲν ἔτετμεν ἐπ' ἄκμοσιν Ἡφαίστοιο. νῆσος δέ ἐστιν ἡ Λιπάρα Σικελίας, ἔνθα ἦν τὰ χαλκεῖα Ἡφαίστου. ἔστι δὲ μία τῶν Αἰολίδων. λέγεται δὲ, ὅτι σίδηρα διάφορα θέντες ἐν αὐτῇ ναῦται, ἕωθεν εὑρήκασιν αὐτὰ ἐκ τῆς ἀναδόσεως τοῦ πυρὸς πεπανθέντα. καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη ἡ νῆσος Λιπάρα, διὰ τὸ αὐτὰ διάφορα ὄντα, ἓν γένεσθαι.

49 Μύδρον] Σίδηρον πεπυρακτωμένον, παρὰ τὸ μύδεσθαι καὶ διαῤῥεῖν.

Ibid. κεκομημένον ὕλῃ] Hinc Latini nemoribus comam fecere:

aut nemorum coma
Quaecumque aut gelido prominet Algido,
Nigris aut Erymanthi
Sylvis. — Horat. A. FABRI.

Vſ. 44. Τηθύς] Cave *Tethyn* & *Thetin* confundas; illa enim Oceani uxor, haec Nerei filia, Pelei uxor, non Neptuni. Hunc errorem erravit ſummus vir Salmaſius ad Plautum in Trinummo Act. 4. Scen. 1. vſ. 1.

Salſipotenti & multipotenti Jovis fratri & Nerei Neptuni
Laetus, lubens laudes ago.

ubi legendum putat, *Nereine Neptuni*, & addit, *Nereine Neptuni uxor, quae vocatur Thetis Poëtae:* & ibi fallitur. nam, ut jam dixi, Thetis Neptuni uxor non fuit, ſed Oceani conjux Tethys; Thetis vero Pelei uxor. Hunc autem verſum Plauti ego ſic explico: *Laetus lubens laudes ago ſalſipotenti & multipotenti fratri Jovis & Nerei* (in Dativo) *Neptuni*, ſubaudi filio, ut dicitur, Alexander Philippi. At inquies, Nereus Ponti, non Neptuni filius eſt. perinde eſt; nam Pontus & Neptunus confunduntur. A. FABRI

Vſ. 45. ἀμορβοὺς] Suidas: Ἀμορβός, ὁ ἅμα τινὶ ὁρμῶν. ἀμορμὸς, καὶ ἀμορβός. nam Graece facile μ in β mutatur, ut ἐπιστομεῖν, ἐπιστοβεῖν, & ſexcenta alia. A. FABRI.

Vſ. 47. Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ] Officinae Vulcani pulcherrimam deſcriptionem vide apud Virgilium lib. 8. Aeneid. & apud Homerum Ἰλιάδ. σ. qui

Inde ad Oceanum, multasque ſibi legit nymphas,
Omnes novennes, omnes adhuc impuberes puellas.
Valde autem gaudebat Caeratus amnis, gaudebatque Tethys,
Cum filias Latoniae mitteret comites.
Mox ad Cyclopas perrexit: quos illa quidem reperit
In Lipara inſula (Liparae novum eſt nomen, ſed tunc erat
Ei nomen Meligunidi) ad incudem Vulcani,
Stantes circa ferrum candens. Properabatur enim ipſis grave opus:
Equis Neptuni fabricabantur aquarium.
Nymphae autem pertimuerunt, cum viderent horrenda monſtra,

Fugis

qui eam in caelo conſtituit. VULC.

Ibid. *Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ, Λιπάρη νέον*] Hunc verſum primus e MS. reſtituit Guliel. Canterus, cum in vulgaribus editionibus antea legeretur: *Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ νέον*, &c. TH. GRAEV. Immo Edd. Ald. Froben. Benen. integrum verſum habent. In una ed. Vaſcoſ. alterum *Λιπάρη* operarum errore omiſſum eſt.

Ibid. *ἐπ' ἄκμοσιν Ἡφαίστοιο*] Corrige Scholiaſtem: ubi legitur *ὑπ' ἄκμοσιν*, lege *ἐπ'*, error eſt Typographi. A. FABRI.

Vſ. 49. *Ἑσταότας περὶ μύδρον*] Maſſam ferri candentis, unde *μυδροκτύπος χαλκεύς*. Virg. lib. 4. Georg.

Ac veluti lentis Cyclopes fulmina maſſis
Cum properant.

quod explicat illud Callimachi; *ἐπείγοντες μέγα ἔργον*. Anaxagoras, auctore Diogene Laërtio, impietatis inſimulatus eſt, quod ſolem dixerit *μύδρον διάπυρον*. Lycophron hanc appellationem etiam auro tribuit:

Αὖθις τὸν ἀντίποινον ἐκχέας ἴσον
Πακτώλιον σταθμοῖσι τηλαυγῆ μύδρον.

quos verſus ita reddidit V. C. Joſeph. Scaliger:

Et rurſus aequipendium redhoſtiens
Rodi micantis in ſtatera auraria.

Familiarius, meus ille utinam non olim Guilielmus Canterus,

Rurſumque pro redemtione aequilibrem
Pactoliam effundens claram laminam. VULCAN.

Ibid. *Ἑσταότας περὶ μύδρον*] *Μύδρος*, interprete Heſychio, eſt *σίδηρος πεπυρωμένος*. Deducit Scholiaſtes Aeſchyli *παρὰ τὸ μὴ, καὶ τὸ ὕδωρ*, uti Nobiliſſimus Stanlejus ad illum Tragicum annotavit. TH. GRAEV.

Ibid. Senſus totius apertus eſt. Sed incommodior eſt ſtructura orationis ex eo, quod poſt *reperit ſtantes circa maſſam ferri* ſequitur abrupte *equeſtre fabricabantur aquarium*. Igitur valde arridet Hemſterhuſii, Viri Cel. ſententia, ſic locum conſtituentis:

—— *Μελιγουνίς. ἐπ' ἄκμοσιν Ἡφαίστοιο*
Ἑσταότες περὶ μύδρον (ἐπείγετο γὰρ μέγα ἔργον)
Ἱππείην τετύχοντο &c.

Interpunctio plane talis exhibetur ab Aldo. Forte & a Callimacho eſt *ἐπ' ἄκμοσι δ' Ἡφαίστοιο*. Ita melius cohaeret oratio.

Vſ. 50. *ποτίστρην*] Infra verſ. 167. *ὑποληνίδας* vocat *ποτίστρας* in quibus adaquabant cervae Dianae. VULC.

Vſ. 51. *ὅπως ἴδον*] Quemadmodum Latini, *ut* pro *poſtquam*; *ut vidi*, *ut perii*. Graeci, *ὡς ἴδον*, *ὡς ἐμάνην*. ſic *ὅπως* dicitur pro *ὡς*. A. FABRI.

Ibid.

Πρηόσιν Ὀσσείοισιν ἐοικότα. πᾶσι δ' ὑπ' ὀφρὺν
Φάεα μουνόγληνα σάκει ἴσα τετραβοείῳ,
Δεινὸν ὑπογλαύσσοντα. καὶ ὁππότε δοῦπον ἄκουσαν
Ἄκμονος ἠχήσαντος, ἐπὶ μέγα πουλύ τ' ἄημα
Φυσάων, αὐτῶν τε βαρὺν στόνον. Αὖε γὰρ Αἴτνη,
Αὖε δὲ Τρινακρίη, Σικανῶν ἕδος, αὖε δὲ γείτων
Ἰτα-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

52 Πρηόσιν Ὀσσείῃσιν] Ὄσσα, ὄρος Μακεδονίας.
53 Φάεα μουνόγληνα] Καὶ Ἡσίοδος· Κυκλοτερὴς δ' ὀφθαλμὸς ἔεις.
54 Ὑπογλαύσσοντα] Ὑπολάμποντα· ὅθεν καὶ γλαῦκος.
56 Αὐτῶν τε βαρὺν στόνον] Ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἔδεισαν.
Αἴτνη] Ὄρος Σικελίας.

Ibid. ὅπως ἴδον] Eſt forma Homero paſſim uſurpata; ut Il. M. 208. Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν. ad cujus verſiculi ſententiam Callimachius formatus eſt.

Ibid. αἰνὰ πέλωρα Πρηόσιν Ὀσσείοισιν ἐοικότα] Periphraſis hyperbolica Cyclopum. Vulc.

Vſ. 52. Πρηόσιν] Scriptura πρηόσιν etiam ſubinde apud Nicandrum occurrit. MSS. Voſſ. Ambr. 2. habent Ὀσσείῃσιν, & uterque cum ed. Flor. Ald. ἐοικότας, quod ferri poſſet, ſi metrum pateretur.

Vſ. 53. Φάεα μουνόγληνα] Φάεα oculi, eadem ratione qua *lumina* Latinis. ita infra, ἶσον φαέεσσι φιλῆσαι. γλήνη vero pupillam oculi ſignificat. Vulcan.

Vſ. 53. Φάεα —— τετραβοείῳ] Faber putabat, hinc ſumtum verſum Virgilii Aen. III. 638. *Argolici clypei aut Phoebeae lampadis inſtar.* τετραβοείῳ, *quatuor intexto tauris*, ut Virgilius loquitur Aen. X. 784. i. e. quadruplici corio bubulo. De ſtructura clypeorum bene egere Heinſ. ad Valer. Fl. VII. 464. Drakenb. ad Sil. V. 318. inpr. Vir doctus in Obſ. Miſc. Vol. I. p. 32.

Vſ. 54. ὑπογλαύσσοντα] Ὑπολάμποντα, Scholiaſtes. bene: legitur apud Heſychium, Γλαύσσει, λάμπει, φαίνει. A. Fabri.

Ibid. Δεινὸν ὑπογλαύσσοντα] Locum Apollonii (apud Spanhemium) jam laudarat Caſaubon. Lect. Theocr. c. XXII. p. 281. non praeterito Callimachio. Arnaldus autem Anim. p. 65. corrigit ὑπογλαύσσοντο, quod mihi valde arridet propter τὸ πᾶσι. Sed tamen & vulgatum ſtare poteſt, intellecto, ὅπως ἴδον. ſed ſublata parentheſeos nota, quae eſt in vulgatis. Μουνόγληνος dixit etiam Antipater Anthol. IV. 24. 14.

Vſ. 55. ἐπεὶ μέγα πουλύ τ' ἄημα] ἐπεὶ omnes libri. Sed ita evidens eſt, id eſſe alienum, & vitioſum, ut non dubitaverim recipere correctionem H. Stephani, Bentlejique, aliis quoque probatam, & reponere ἐπὶ μέγα, quod eſt adverbium, vel adverbialiter ponitur, auctore Suida in Ἐπὶ μέγα, pro μεγάλως: ut ἐπὶ σμικρόν τι, *paullum*, ap. Herodot. IV. 129. extr. Apud Joſephum, ut hoc obiter addam, A. J. XVII. 6. 1. pariter occurrit ἐπὶ μέγα: at ibid. 10. 7. & 12. 2. in vulgg. eſt ἐπὶ μεγάλα. ſed ibi MS. Vat. habet ἐπὶ μέγα, & ſic e MSS. in recentiſſima ed. repoſitum eſt. Pariter ita additur ea praepoſitio, producta ultima e caeſura, in δηρόν. Hom. Il. I. 415. ἐπὶ δηρὸν δέ μοι ἔσσεται αἰών. Nulla autem hic parentheſis eſt, aut eſſe poteſt, ut ἐπεὶ ullo modo ſtare poſſit. Nam Nymphae dicuntur territae eſſe *primum viſu*, vſ. 51. 52. *deinde auditu*, vſ. 54. καὶ ὁππότε δοῦπον ἄκουσαν, audiſſe autem ſo-

num

Jugis Ossae similia: omnibus enim sub fronte
Oculus unus, clypeo par quadruplici,
Horrendum micans: & cum strepitum audirent
Incudis sonantis, vastumque spiritum
Follium, ipsorumque (Cyclopum) gravem gemitum. Resonabat enim Aetna,
Itemque resonabat Trinacria, Sicanorum sedes: resonabat etiam vicina

Ita-

num incudis, flatum follium, ipsorum Cyclopum gemitum. Haec tria qualem strepitum ediderint, ab effectu describitur vs. 56. cf. vs. 62. Jam si sumamus, ἐπεὶ esse verum, intelligenda esset parenthesis, qualis ante est, qua ratio praecedentis membri redderetur. Enimvero quomodo haec cohaerent: Territae sunt, cum audirent fragorem incudis, nam (ἐπεὶ) valde magnus flatus follium erat &c. In tanta evidentia non dubitavi hanc correctionem in textum recipere. Αὐτῶν, ut dixi, referendum ad Cyclopas, nec ullo modo cum Tan. Fabro tentandum ἀκμῶν. Non perspiciebat nexum orationis vir ille doctissimus. Nondum hic est sermo de terrae motu, qui existit malleorum ictibus. Pro ἄημα MS. Voss. ἄκμαζε.

Vs. 56. αὐτῶν τε βαρὺν στόνον] Repetendum esse verbum ἔδδεισαν ait scholiastes. Qua in re fallitur, quum hos accusativos ἄημα & στόνον cum adjectivis quae illis sunt adjuncta, referri eodem necesse sit quo & accusativum δοῦπον: nimirum ad verbum ἄκουσαν. Ita enim procedit haec oratio: αἱ νύμφαι ἔδδεισαν ὅπως ἴδον πέλωρα αἰνά, καὶ ὁππότε ἄκουσαν δοῦπον καὶ ἐπεὶ ἄκουσαν στόνον. Caeterum scio jungi etiam φυσάων cum αὐτῶν: sed multo rectius (meo quidem judicio) sicut ἄημα follibus, ita στόνον ipsis Cyclopibus, non follibus eorum, tribuemus. STEPHAN.

Ibid. αὐτῶν τε βαρὺν στόνον] Primus hunc locum tentavit, & restituit Pater meus; legit enim ἀκμῶν τε βαρὺν στόνον. & re vera quo referas τὸ γὰρ quod addit Callimach.

—— αὖε γὰρ Αἴτνη,
Αὖε δὲ Τρινακρίη, Σικανῶν ἕδος, αὖε δὲ γείτων
Ἰταλίη, μεγάλην δὲ βοὴν ἐπὶ Κύρνος ἀΰτει.

nisi sit ratio τῶν ἀκμῶν. Et inquies: Pater tuus etiam Aetnam εἰς ἄκμας ἀναγράφεται. nonne etiam id Veteres fecere? Aeschylus in Prometh. desmot. pag. 27. Edit. Steph.

Καὶ νῦν ἀχρεῖον καὶ παράορον δέμας
Κεῖται στενωποῦ πλησίον θαλασσίου
Ἰπνούμενος ῥίζαισιν Αἰτναίαις, &c.

Idem & Lucianus in Dialogo Doridis & Galateae: Pindarus autem in Pyth. Od. 1. vs. 43. ait, *flammam e monte in mare proximum deferri*,

—— ἀλλ' ἐν ὄρφναισι πέτρας
φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖαν
φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.

A. FABRI.

Ibid. Nolim a librorum omnium lectione recedere, nec cum Stephano sonos tribuere gigantibus, cum sic vocet sonitum, quem edunt folles & incudes, uti apparet ex imitatione Virgilii in Aetnae descriptione:

Antra Aetnaea sonant, validique incudibus ignes
Auditi referunt gemitum.

TH. GRAEV.

Ibid. αὖε γὰρ Αἴτνη] Elegans ἀναδίπλωσις & onomatopoeia in verbo αὖε. Virgilius aliis atque al is verbis in Aetnae strepitu explicando usus est:

Antra Aetnaea sonant, validique incudibus ignes
Auditi referunt gemitum, striduntque cavernis
Stricturae chalybum, & fornacibus ignis anhelat. VULCAN.

Ibid. αὖε γὰρ] Haec referenda sunt ad sequentia hoc sensu: cum Cyclopes cuderent ferrum, Aetna cum tota Sicilia concutiebatur. Itaque non maxima distinctio esse debet post αὐ-

 τῃ,

Ἰταλίη, μεγάλην δὲ βοὴν ἐπὶ Κυρνὸς ἀΰτει,
Εὖθ' οἵ γε ῥαιστῆρας ἀειράμενοι ὑπὲρ ὤμων,
Ἢ χαλκὸν ζείοντα καμινόθεν, ἠὲ σίδηρον,
Ἀμβολαδὶς τετύποντες, ἐπὶ μέγα μοχθήσειαν.
Τῷ σφέας οὐκ ἐτάλασσαν ἀκηδέες Ὠκεανῖναι
Οὔτ' ἄντην ἰδέειν, οὔτε κτύπον οὔασι δέχθαι.

Οὐ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

58 Κύρνος] Νῆσος ἀντικρὺ τῆς Σικελίας ἡ Κύρνος ἐστί.

59 Εὖθ' οἵ γε ῥαιστῆρας] Τὸ ἑξῆς, ἐπεὶ μέγα πολύ τ' ἄημα, εὖθ' οἵ γε ῥαιστῆρας. λέγει δὲ τὰς σφύρας, ῥαιστῆρας, παρὰ τὸ ῥαίειν καὶ φθείρειν τὰ ὑποπίπτοντα.

61 Ἀμβολαδὶς] Ἐκ διαδοχῆς.

62 Ἀκηδέες] Ἄφοβοι.

τει, sed comma tantum. Pro Τρινακρίη MSS. Ambr. Τριναχίη, item ed. Froben. in qua videtur esse vitium operarum.

Vs. 58. ἐπὶ Κύρνος ἀΰτει] Junge ἐπὶ cum ἀΰτει. huic στόνῳ ἀκτῶν assonabat, respondebat, quod in oppositis littoribus fit. Schol. Κύρνος νῆσος ἀντικρὺ τῆς Σικελίας: melius aliquanto dixisset, ἀντικρὺ τῆς Ἰταλίας. est enim Corsica, praesertim in hac descriptione. A. Fabri. MS. Voss. Κέρνος.

Vs. 59. Εὖθ' οἵγε ῥαιστῆρας ἀειρ.] Ait scholiastes hunc esse ordinem, ἐπεὶ μέγα πολύ τ' ἄημα, εὖθ' οἵγε ῥαιστῆρας, &c. quum non ab illo loco aliquantum remoto pendeant haec verba, sed tantum a praecedente versu: ita ut post ἀΰτει ponenda sit duntaxat hypostigme. Stephan.

Ibid. Εὖθ' οἵγε &c.] MSS. Ambr. οἵγ' ἐρραιστῆρας. Post edd. Ald. Vascos. ζείοντα καμεινόθεν. Denique nulla parenthesis in ἐπεὶ μέγα μοχθήσειαν, notatur e libris vett. nec esse potest. Nullum enim esset verbum, quo participia ἀειράμενοι & τετύποντες fulcirentur. Itaque & hic scripsi ἐπὶ μέγα, Stanleji ἐπ' ἄμμιγα valde probat vir quidam eruditissimus. Ἄμμιγα, quo verbo saepissime in remediorum formulis utitur Nicander, nihil aliud est nisi *miscendo*, ut ἀναμίγδην, idemque est ἐπ' ἄμμιγα, ut ἐπὶ δηρὸν nihil aliud quam δηρὸν, non autem *in numerum*. Non dubito tamen, quin in hac sententia esse possit ἐπ' ἄμμιγα: sed id nihil aliud hic esse potest quam *alternis*. Enimvero id jam exprimit ἀμβολαδὶς, si quidem id est, ut Scholiastes interpretatur, ἐκ διαδοχῆς: qua ratione existeret frigidissima tautologia. Atque ita cepit ἀμβολαδὶς Floridus Sabinus, qui hunc versum expressit: *Perque vicem connixi id pulsavere Cyclopes:* cui nihil de correctione ἐπ' ἄμμιγα suboluit. Sed fatendum est, nulla idonea auctoritate doceri posse, ἀμβολαδὶς esse *alternis*, videturque potius esse *summa vi, elatis alte brachiis.* Nam ἀμβολάδην etiam apud Herodotum est καθ' ὑπερβολὴν IV. 182. ut recte interpretatur Suidas: & ἀμβολὴ est *terra alte egesta, agger*, ap. Xenoph. Exp. Cyr. V. p. 362. itemque ἀμβολὰς in Cyrop. VII. p. 523.

Vs. 61. ἐπεὶ μέγα μοχθήσειαν] Orationis cursum impedit particula ἐπεὶ, & tantum negotii exhibet ut quidam cum τετύποντες subaudiant ἦσαν, & post μοχθήσειαν suspensam sententiam relinquant, atque ad alia non satis legitima auxilia confugiant: ego vero malim, ut impedimentum tollatur, atque adeo locus ex difficili facilis reddatur, scribere ἐπὶ μέγα: quod dicatur eodem modo quo ἐπὶ μακρὸν, vel ἐπὶ μακράν, & ἐπὶ πολύ. ut ἐπὶ μέγα μοχθήσειαν, idem valeat

quod

Italia, magnumque ſonum reddebat Corſica,
Cum illi, malleis ſuper humeros elatis,
Aut aes candens e camino, aut ferrum,
Summa vi tundentes, ſtrenue laborarent.
Propterea ipſos non ſuſtinebant ſine timore Oceaninae
Aut contra intueri, aut ſtrepitum auribus haurire.

Nec

quod *μεγάλως μοχθήσειαν*: Neque vero timendum fuerit ne non ſtet verſus, ſcribendo *ἐπὶ μέγα μοχθήσειαν*: quum hic poëta, ſicut alii (Homeri ipſius exemplo) ſequente litera *μ*, ſyllabam producat quam alioqui corriperet: ut in iſto verſu, qui eſt 150. hujus hymni, videre eſt,

Ταῦρον ὅτ' ἐκ δίφροιο μάλα μέγαν, ἢ ὅτε χλούνην.

Sic autem in praecedentibus, producitur poſterior ſyllaba praepoſitionis *ἐνὶ* ante λ, verſu 4.

Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ. Λιπάρη νέον, ἀλλὰ τότ' ἔσκεν.

quum tamen ad vitandam illam licentiam (ſi vocari debet licentia) potuiſſet dicere *ἐν*. Sed ipſum etiam Homerum paulo ante oſtendi ſcripſiſſe, *Τληπόλεμος δ' ἐπεὶ οὖν τράφ' ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ*: ubi poſterior ejusdem praepoſitionis ſyllaba ob ſequentem literam *μ* producitur. quum poſſet, ſcribendo *τράφη* & *ἐν*, hanc producendae iſtius ſyllabae neceſſitatem vitare, hoc modo, *Τληπόλεμος δ' ἐπεὶ οὖν τράφη ἐν μεγάρῳ εὐπήκτῳ*. Caeterum quum elegantiſſima ſit tota haec Cyclopum opus in officina ſua facientium deſcriptio, ſed quaedam in ea negotium nonnullis (ut dixi) exhibeant, nunc, poſtquam omnia impedimenta removiſſe mihi videor, ad ejus interpretationem veniam: *Diana ad Cyclopes quum veniſſet, eos invenit in Lipara inſula (Lipara recens dicta, quum ei tum temporis nomen eſſet Meligunis) apud incudes Vulcani, circumſtantes candentem ferri maſſam. Properabatur enim magnum opus, quum Neptuno aquatorium equinum fabricarentur. Sed nymphae expaveſcere coeperunt ſimulatque aſpexerunt horrenda illa monſtra (nam juga Oſſae montis magnitudine aequabant, & omnibus ſub ſupercilio erant oculi unicam pupillam habentes, aequales clypeo ex quatuor tergoribus boum confecto, colore caeſio non ſine quodam horrore micantes) atque ubi ſtrepitum incudis reſonantis, ubi etiam magnum multumque flatum follium, nec non ipſorum [Cyclopum] gravem gemitum audiverunt. Reſonabat enim Aetna, reſonabat Trinacria, Sicanorum ſedes: reſonabat & vicina Italia, nec non Cyrnus magnum clamorem edebat, quum illi ſublatis ſuper humeros malleis, aut aes aut ferrum candens e camino [extractum] alternis tundentes, ingentem laborem exhaurirent. Quare non ſine pavore potuerunt eos intueri Oceaninae, nec ſtrepitum auribus percipere.* Nemo, ut opinor, qui hanc meam interpretationem conſideraverit, orationis iſtius membra cohaerere ita debere negabit: ideoque nec meam illam emendationem (ut opinor) repudiabit: donec alia quaepiam lectio proferatur, qua nihilo magis quam iſta, orationis curſus (ut ita dicam) impediatur. STEPHAN.

Ibid. *ἐπεὶ μέγα μοχθήσειαν*] Nobiliſſimus Stanlejus in Prom. Vinctum Aeſchyli mavult legi *ἐπ' ἄμμιγα μοχθήσειαν*. quod Virgilius *in numerum*, hoc eſt, quod idem Callimachus *αἰράων ἔργα* vocat apud Etymologum, in voce *αἶρα*,

—— λάθρη δὲ παρ' Ἡφαίστοιο καμίνοις
Στρέφον αἰράων ἔργα διδασκόμενοι.

ubi *αἶραν σφαῖραν* interpretatur Etymologus, & ita quidem Suidas; ſed utrobique legendum *σφυρὰ*, quod & aliis innotuit. quae ſequuntur apud Etymologum demonſtrant: *τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ῥαιστὴρ λέγεται.* Heſych. *Αἶρα, σφυρὰ, ἀξίνη.* TH. GRAEV.

Vſ. 62. *Τῷ σφέας οὐκ ἐτόλμασσαν*] Male vertunt: *Ilic ipſos non potuerunt*. *τῷ* hic eſt *διότι*, ut ſaepius apud Homerum. TH. GRAEV.

Vſ. 63. *Οὔτ' ἄντην ἰδέειν*] Sic *ἀντιβλέπειν* apud Julian. in Caeſarib. Οὐδέ-

 με.

Οὐ νέμεσις· κείνους δὲ καὶ αἳ μάλα μηκέτι τυτθαὶ
Οὐδέποτ' ἀφρικτὶ μακάρων ὁρόωσι θύγατρες.
Ἀλλ' ὅτε κουράων τις ἀπειθέα μητέρι τεύχοι,
Μήτηρ μὲν Κύκλωπας ἑῇ ἐπὶ παιδὶ καλιστρεῖ,
Ἄργην, ἢ Στερόπην· ὁ δὲ δώματος ἐκ μυχάτοιο
Ἔρχεται Ἑρμείης, σποδιῇ κεχρημένος αἰθῇ.

Αὐ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

69 Αἰθῇ] Τῇ κεκαυμένῃ, τῇ μελαίνῃ.

να γὰρ τῶν οἱ ἀπαντώντων ἀντιβλέπειν ἠξίου, i. e. *noluit, ut aliquis eorum, qui ci obviam veniebant, adversis oculis eum intueri posset.* & epist. 41. ᾧ καὶ ὀφθέντι μόνον ἀντιβλέπειν δυσχερές. h. e. *quem vel adspicientem respicere difficile est.* Apollon. Argonaut. lib. 2. vs. 683.

— οὐδέ τις ἔτλη
Ἄντιον αὐγάσασθαι ἐς ὄμματα καλὰ θεοῖο.

h. e. *nec erat qui auderet contra obtueri honestam Dei faciem.* Hesiod.

οὐδέ τις αὐτὸν
Ἔτλη ἐς ἄντα ἰδὼν σχεδὸν ἐλθεῖν.

Neque quisquam ipsum sustinet ex adverso aspiciens prope ire. uti annotavit vir Illustris Spanhemius ad Juliani Caesares. Th. Graev.

Vs 64. Οὐ νέμεσις·] *Nec mirum est.* Formula Homerica Il. Γ. 156. ubi v. Schol. & Barnes. Illustrat eam & summus Hemsterhusius ad Lucian. dial. mort. 18.

Vs. 66. τεύχοι] Siquis τεύχει malit scribere, illi assentiar. quanquam adverbium hoc infra vers. 150. cum optativo jungitur, praecedente indicativo ut hic sequente. Stephan. MS. Voss. τεύχει.

Vs. 67. Κύκλωπας] Innuit Callimachus Deorum coelestium puellas, ubi patri vel matri molestae sunt, solere deterreri ciendo Cyclopas a quibus vorentur; & quia Cyclopibus in coelo sedes non est, venit Mercurius ex quodam recessu, qui facie fuligine illita illis terriculamentum objicit. At vero homines *Manducum* habebant quo infantes terrerent, & *lupum*, ut notat Donatus in illud Terentii, *lupus in fabula:* ejusmodi terriculamenta Graeci μορμολύκεια vocabant; quae vox a lupi mentione originem traxit, & a voce μορμώ: quoties enim opprimere vagitum clamoremve puerorum vellent, dicere solebant μορμὼ aut λύκος. cujus posterioris exemplum est apud Aesopum alicubi: prioris vero apud Theocrit. Idyll. 15. vs. 40. cum enim mulier spectatum Adonidis festum iret, & nollet secum puerum portare, ait:

Οὐκ ἀξῶ τὸ τέκνον. μορμὼ, δάκνει ἵππος.

hodie autem Lupum retinuimus; pro μορμὼ vero vetulas solemus advocare. A. Fabri.

Ibid. καλιστρεῖ] Κάλω, καλέω, καλιστέω, καλιστρέω. A. Fabri.

Vs. 69. Ἔρχεται Ἑρμείης] D. Heinsius corrigebat ἐρκείης, ad Hesych. in Ἐρκεῖαι. Sed illud vocabulum est nihili & corruptum, ut praeclare vidit summus Albertus. Ingeniosius & melius est quod Cl. Ruhnkenio placet Ep. Crit. II. p. 25. ἐρξείης, *castigator.* Sed nec hoc probare possum. Mater vocat terrendae filiae caussa Argen aut Steropen, Cyclopas: sicuti Romanae feminae Hannibalem. At illi venire non possunt. Itaque eorum loco venit alius gerens speciem Cyclopis Vulcanii. Unde patet, non nomen adpellativum, sed proprium desiderari ejus, qui ea specie venit terrendi caussa & coërcendi. Eam personam autem quis sustineat nisi minister ille Deorum Mercurius. Ruhnkenium movet hoc, quod ita in caelum res transferatur, quod fieri non possit. Nam in caelo nullas esse Deas, quae puellas habeant, nullas esse Deorum cae-

le-

Nec mirum: illos enim etiam non admodum adhuc parvae
Nunquam ſine horrore aſpiciunt Deorum filiae.
Sed cum puellarum aliqua matri non paret,
Mater quidem Cyclopas adverſus filiam advocat,
Argen aut Steropen. Tum ex interiori domo
Venit Mercurius, fuligine oblitus atra,

Sta-

leſtium: qui etſi multos liberos habuerint, tamen omnes fuiſſe e mortalibus genitas, quae in terris degerent. Itaque heroum filios intelligi. Haec rectiſſime dicuntur. Sed bene Spanhemius monuit, non caeleſtem illum Mercurium intelligi, miniſtrum caeleſtium Deorum, verum alium, terreſtrem, cujus eſt diſerta mentio apud Servium ad Virg. Aen. IV. 577. Huic igitur quare hoc munus apud heroinas tribui non poſſit, non video.

Ibid. *σποδιῇ κεχρημένος αἰθῇ*] Non dubito quin reponendum ſit *κεχρισμένος*, ſicut antea in mea editione poëtarum heroicorum admonui. STEPHAN.

Ibid. *σποδιῇ κεχρημένος αἰθῇ*] Non male legatur *κεχρισμένος*. VULCAN.

Ibid. *κεχρημένος*] Credo ex *χράω* effictum *χραίνω*, & ex primigenio illo natum hoc noſtrum *κεχρημένος*; fortaſſe etiam ex *κεχραμμένος*, Ionicum formavit *κεχρημμένος*, a quo, rejecto *τῷ μ*, *κεχρημένος*. Stephanus vult legi *κεχρισμένος*. A. FABRI.

Ibid. *κεχρημένος*] Legendum cenſeo *κεχριμένος* pro *κεχρισμένος*. ut *χρίμα* pro *χρίσμα* infra: alioquin plane nove locutus eſt. Sic apud Heſiodum *κεκονιμένος* pro *κεκονισμένος*. Hoc & viro docto in mentem venit, qui ad editionem Vaſcoſani ſic legendum cenſuerat. TH. GRAEV.

Ibid. *σποδιῇ κεχρημένος αἰθῇ*] Varie ſollicitatur ab hominibus eruditis. Equidem nihil exiſtimo tentandum: quod ut manifeſtum fiat, ſpectari debet uſus in verbo *χρῆσθαι* multiplex, & ad diverſas ſignificandi ſpecies eleganter inflexus; ſic tamen, ut mutua cunctarum cognatio ſatis adpareat. Dicitur aliquis *χρῆσθαι* iis rebus facultatibusve ſeu propriis atque inſitis, ſive externis, quas habet, adquirit, uſurpat; in quibus tractandis efficiendisque verſatur; quae denique ei accidunt & eveniunt quacumque ratione. Obvia ſunt *χρῆσθαι φύσει ἀγαθῇ, λαμπρᾷ, φαύλῃ, ἐκλύτῳ*, nec, quae ejusmodi ſunt longe plura, exemplis indigent. *Δυσκαθέκτῳ ὁρμῇ, μᾶλλον δὲ λύσσῃ χρώμενοι* falſus Phalaris habet Ep. 77. Hyperides *δεισιδαιμονῆσαι ἐποίησε τοὺς δικαστὰς τὴν ζάκορον Ἀφροδίτης ἐλέῳ χρησαμένους μὴ ἀποκτεῖναι*, *religionem judicibus injecit, abſterruitque, ne Phrynem miſericordia moti capitis damnarent*, apud Athenaeum XIII. p. 590. E. *δύο ἀθληταὶ ἰσοῤῥόπῳ κεχρημένοι ἀλκῇ*, *bini athletae aequali inter ſe corporum robore contendentes*: Phil. J. p. 882. B. & *μειράκια ἡλικίᾳ εὐελίσθῳ χρώμενα* E. *βοῇ τε καὶ οἰμωγῇ ἐχρέωντο ἀπλέτῳ* Herodot. VIII, 99. Ariſtotele teſte Phocaeenſes, qui longe lateque mercaturam exercebant, *ἐμπορίᾳ χρώμενοι ἔκτισαν Μασσαλίαν* apud Athen. XIII. p. 576. A. parique modo XV. p. 675. F. & p. 672. B. Tyrrheni *λῃστρικῷ βίῳ χρώμενοι*. Sic *βίῳ χρῆσθαι* ſimpliciter *vitam degere*: *τέλει τοῦ βίου χρήσασθαι*, *vitam finire*, Epiphan. Panar. p. 620. C. Aliter & ſcite Diog. L. X, 138. *colophonem*, inquit, *operi noſtro imponamus adjectis Epicuri κυρίαις δόξαις, τέλει χρησάμενοι τῇ τῆς εὐδαιμονίας ἀρχῇ, qui finis principium felicitatis continet & fundamentum.* Adſinia jungamus ex Parmeniſco apud Schol. Eurip. ad Med. vſ. 273. *δυσὶ μόνοις αὐτὴν κεχρῆσθαι τέκνοις*, *binos habuiſſe Medeam ſolos liberos*: ex Phinte apud Stob. p. 444, 22. *μὴ χρέεσθαι ὀργιασμοῖς καὶ ματρωισμοῖς*, *orgiis non intereſſe nec Magnae matris ſacra domi ſuae celebrare*: ex Philone J. *νυκτὶ καὶ σκότῳ κεχρῆ-*

Αὐτίκα τὴν κούρην μορμύσσεται. ἡ δὲ τεκούσης
Δύσ᾽ ἔσω κόλπους, θεμένη ἐπὶ φάεσι χεῖρας.
Κοῦρα, σὺ δὲ προτέρω περ, ἔτι τριέτηρος ἐοῦσα,
Εὖτ᾽ ἔμολεν Λητώ σε μετ᾽ ἀγκαλίδεσσι φέρουσα,
Ἡφαίστου καλέοντος, ὅπως ὀπτήρια δοίη,
Βρόντεώ σε στιβαροῖσιν ἐφεσσαμένου γονάτεσσι,
Στήθεος ἐκ μεγάλου λασίης ἐδράξαο χαίτης,

Ὤλο-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

70 Μορμύσσεται] Ἐκφοβεῖ.
74 Ὀπτήρια δοίη] Τὰ ὑπὲρ τοῦ ἰδεῖν δῶρα.

κεχρῆσθαι βαθεῖ, *nocti profundisque tenebris esse immersum* p. 270. D. Imo dicimur illis etiam χρῆσθαι, quae nobis invitis & praeter optatum calamitose contingunt: unde illud satis frequens, ξυμφορᾷ χρῆσθαι· Hippocr. περὶ Ἄρθρ. p. 820. B. Artemid. Oneir. V. c. 84. Philostr. V. A. T. VI. c. 5. τῇ ἑαυτοῦ ἀτυχίᾳ] κέχρηται Antiph. p. 326, 28. confer p. 127, 35. p. 128, 44. Proximis versibus eam loquendi formam repetere non dubitavit Eurip. Iphig. in A. vs. 88. Ἥμεσθ᾽ ἀπλοίᾳ χρώμενοι κατ᾽ Αὐλίδα· Κάλχας δ᾽ ὁ μάντις ἀπορίᾳ κεχρημένῳ (sic enim omnino legendum videtur, non κεχρημένος· mihi Agamemnoni anxio & consilii inopi) Ἀνεῖλεν —— Diagoras πλέων ναυαγίῳ ἐχρήσατο Athen. XIII. p. 611. B. Phintonem, teste Leonida Anth. III, 22. Ep. 32. —— πολὺ κῦμα Ὤλεσεν Ἀρκτούρου λαίλαπι χρησάμενον. Porro ad res insuper inanimas adcommodatur, non illas solum, quae metonymice homines adsignificant; velut, Ἄραδος τοσαύτῃ εὐανδρίᾳ κέχρηται apud Strab. XVI. p. 1003. C. Φθίνει δόμος ἀστύτοισι δεσποτᾶν κεχρημένος Τύχαις -- Xenarch. in Athen. II. p. 63. F. οἷα φυτὸν ἀγεώργητον ἀφαυαίνεσθαι, καὶ στερόμενον ἀγονίᾳ χρῆσθαι Philo J. de Prof. p. 468. C. ἐρίῳ ναῦς χρησαμένη πνεύματι, Pausan. p. 647, 36. quomodo de Paride Herodot. II. 117. εὐαέϊ πνεύματι χρησάμενος καὶ θαλάσσῃ λείῃ· sed ad alias itidem, quae sensu carent: cujusmodi est illud Herodoti IV, 50. ὕεται γὰρ ἡ γῆ ... πάμπαν ὀλίγῳ· νιφετῷ δὲ πάντα χρᾶται· sive τῇ γῇ adjunxeris, sive τῷ πάντα. Congruunt in Hesych. Πηγίδα, τὴν οὐ πολλῷ ὕδατι κεχρημένην γῆν· in Cleomede Κυκλ. Θεωρ. II. p. 88. τῆς γῆς σφαιρικῷ τῷ σχήματι κεχρημένης· in Phil. J. p. 26. C. πελάγων τροπὰς ἐξαναχωρούντων, ἢ παλιρροίαις χρωμένων. Epidamnus Δίστομος dicta, ἐπεὶ ἀμφιστόμοις λιμέσιν ἐκέχρητο· Hesych. Cinnamomum Mosylum optimi generis ὄζοις συνεχέσι κεχρημένον descripsit Dioscor. I, 13. Quapropter quod apud Athen. VII. p. 319. C. legitur, τῶν δὲ γραμμοποικίλων πλαγίαις τε ταῖς ῥάβδοις κεχρημένων ἰχθύων, quum mutatum irent docti Viri in κεχρωσμένων, jure Casaubonus intercessit, & scriptorum librorum auctoritatem secutus est. Sed metuo, ne fastidio sit exemplorum copia: eo tamen, ni fallor, valebunt, ut, quae singula videri poterant minus perito corrupta, nunc mutuis auxiliis integritatem suam tueantur. His certe consideratis nemo facile subscribet conjecturae quantumvis ingeniosissimae summi Viri κεχαρημένος in Callim. Epigr. XXXIII. reponentis: nec quisquam hoc in loco verbum exquisite positum movere conabitur. In Hesychio pro Ἐγκεχρημένοι, σποδιὰς ἔχοντες. libenter patior revocari Ἐγκεχειμένοι. HEMSTERH.

Ibid. σποδιῇ κεχρημένος αἰθῇ] Primo hic

Statim, puellamque territat: at illa parentis
Subit ſinum, oppoſita oculis manu.
Tu autem, puella, longe maturius, cum adhuc trima
eſſes,
Ubi venit (eo) Latona, te ulnis ferens,
Vocatu Vulcani, ut dona primi aſpectus daret,
Brontesque te in validis collocaſſet genubus,
Lato e pectore hirſutos prendens pilos
Evel-

hic verſus cum ſequente cohaeret, ut videatur eſſe debere ἐλθὼν —— μοςμύσσεται: & in edd. Aldi & Vaſcoſ. tantum eſt colon poſt αἰθῆ (quod ibi vitioſe eſt αἴθη.) Itaque ſuſpicor, excidiſſe τε poſt σποδιῆ. Ἔρχεται Ἑρμείης σποδιῇ τε κεχρημένος, *venit Mercurius, atraque fuligine tinctus, terret adſpectu puellam.* Deinde pro κεχρημένος docti viri legi volunt κεχριμένος, pro κεχριςμένος, ut H. in L. P. χρῖμα pro χρίσμα. Qui putant κεχρημένος poſſe eſſe Ionicum pro κεχραμμένος a χραίνω, non vident, α in hac forma verborum & in hoc tempore non mutari ab Ionibus in η. In ed. Ald. eſt κεχρεμένος. Hoc poteſt eſſe vitioſe pro κεχρημένος, cum paſſim ibi & in MSS. ſit ε pro η. Sed poteſt etiam eſſe pro κεχρειμένος, idque pro κεχριμένος, ut alibi in his eſt confuſio in eadem editione, ut paullo ante καμεινόθεν pro καμινόθεν. Caeterum pariter κεχρημένος pro *ſordidatus* occurrit in epigr. Callim. XXXIII. 3. Στίβῃ καὶ νιφετῷ κεχρημένος, *plenus, ſordidatus.* in eoque nil mutandum. Eſt enim ductum ex Herodoto IV. 50. νιφετῷ δὲ πάντα χρᾶται. Nam in epigrammate quidem κεχριμένος locum non habet. Quod autem Arnaldus putat, χρῆσθαι eſſe etiam *ungi* apud Athenaeum, quem locum habet Spanhemius, in eo parum vidit. Nam χρῆσθαι ἐλαίῳ generalius eſt, & de quocumque uſu olei dicitur. Nec in loco Athenaei eſt *ungi oleo*, ſed uti oleo vero, non, ut Venus, unguento; quo modo Gregor. Naz. Orat. II. in Julian. p. 97. dixit: ἀντ' ἐσόπτρε χρησαμένη τῷ ὕδατι, ubi χρῆσθαι ὕδατι non eſt inſpicere aquam, ſed uti aqua ad contuendum os ſuum.

Vſ. 70. μοςμύσσεται] ἐμβριμᾶται. quod & μορμολύττεσθαι, & μορμολύξασθαι dicitur. Fictitia vox terriculamento ſignificando accommodata. Unde & larvae quibus Tragoedi uti ſolent μορμολύκεια dicuntur, voce Ariſtophani uſitata. quo nomine & Lamiam appellatam & τὰ φοβερὰ, auctor eſt Suidas. Sed & μόρμονας, πλάνητας δαίμονας interpretatur Heſychius. VULCAN.

Ibid. ἡ δὲ τεκέσης] Eſt elegans imitatio loci Homerici Il. Z. 467. ut etiam vidit Ruhnkenius l. c. qui & ſimilia loca attulit.

Vſ. 74. ὄπως ὀπτήρια δοίη] Pretium ſive praemium quod datur ſpectandi cauſa ὀπτήριον dicitur. Dicuntur & ὀπτήρια, τὰ ἐν τοῖς ἀνακαλυπτηρίοις διδόμενα δῶρα τῇ νύμφῃ. Sunt vero Ἀνακαλυπτήρια, quando ſponſa primum educitur, tertio videlicet die. VULCAN.

Ibid. ὅπως ὀπτήρια δοίη] Sic apud Nonnum Dionyſiac. lib. V. vſ. 147.

> Ἡφαίςε σοφὸν ἔργον, ὅπερ κάμε Κυπρογενείῃ,
> Τοξευτῆρος ἔρωτος ὅπως ὀπτήριον εἴη.

h. e.

> *Vulcani ingenioſum artificium quod fecerat Veneri,*
> *Sagittarii amoris ut ſpectaculorum munus eſſet.* TH. GRAEV.

Ibid. ὀπτήρια] Ad locum Aeſchyli in Eumenid. a Spanhemio allatum vid. Stanleium.

Vſ. 75. Βρόντεω σε] Concinnius mihi videtur τε vel potius δέ.

 Vſ. 77.

Ὤλοψας δὲ βίηφι· τὸ δ' ἄτριχον εἰσέτι καὶ νῦν
Μεσσάτιον στέρνοιο μένει μέρος, ὡς ὅτε κόρσῃ
Φωτὸς ἐνιδρυνθεῖσα κόμην ἐπενείματ' ἀλώπηξ.
Τῷ μάλα θαρσαλέη σφε τάδε προσελέξαο τῆμος·
Κύκλωπες, ἦ μοί τι Κυδώνιον, εἰ δ' ἄγε, τόξον,
Ἠδ' ἰοὺς, κοίλην τε κατακληῖδα βελέμνων
Τεύξατε. καὶ γὰρ ἐγὼ Λητωϊὰς, ὥσπερ Ἀπόλλων.
Αἰ δέ κ' ἐγὼ τόξοις μονιὸν δάκος ἤ τι πέλωρον

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ. Θη-

77 Ὤλοψας] Ἀπέτιλας, ἐλέπισας.

79 Κόμην ἐπενείματ' ἀλώπηξ] Πάθος περὶ τὴν κεφαλὴν γινόμενον· ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ ζώου. τὸ γὰρ ζῶον τοῦτο λέγεται ὅτι ἔνθα ἂν οὐρήσῃ, ἄγονος ὁ τόπος τῷ ἔτει ἐκείνῳ γίγνεται.

81 Κυδώνιον] Ἔθνος Κρήτης. ἀφ' οὗ Κρητικόν.

82 Κατακληῖδα] Τὴν φαρέτραν.

84 Μόνιον δάκος] Κατὰ μόνας νεμόμενον.

Vſ. 77. Ὤλοψας δὲ βίηφι] ὀλοπτεῖν, vel ut alii ὀλυφεῖν, idem eſt quod τίλλειν, vellere. VULCAN. A. FABRI.

Ibid. Ὤλοψας] MS. Voſſ. ἔλοψας. Orion Thebanus MS. περὶ ἐτυμολογιῶν· Ὀλοφυρόμενος κυρίως τὸ μετὰ τιλμοῦ τῶν τρίχων κλαίειν. Καλλίμαχός φησι· ὠλόψατο χαίτας, ἀντὶ τοῦ ἔτιλλεν. quae verba mihi excerpſit Cel. Ruhnkenius. Grammaticus eruditus memoriter laudavit verba Callimachi, ut facile intelligitur, volens indicare ὀλοφύρεσθαι eſſe aut ab ὀλόπτω, aut a verbo ejusdem ſignificationis & originis: niſi Antipatrum potius voluit nominare, cujus eſt hoc ἐὰν ὠλόψατο χαίταν in Epigr. in Ptolemaeum Anthol. III. 7. p. 317. ex emendatione certiſſima R. Bentleji ap. Kuſterum ad Suidam in Δάψατο. Ceterum eſt haud dubie melior Orionis ratio, ut hoc obiter addam, quam Etymologi, qui eodem modo interpretatur verbum, ſed putat, eſſe ἀπὸ τοῦ ὅλως φέρειν ἑαυτὸν, errans etiam in eo, quod ὀλοφώϊα putat eſſe παρὰ τὸ τοὺς φῶτας ὀλλύειν, cum ſit potius ab ὀλόφειν, quod idem eſt cum ὀλόπτειν, convellere, convellendo perdere.

Ibid. τὸ δ' ἄτριχον εἰσέτι καὶ νῦν] Obſervent hanc Cyclopum picturam, quibus pictura curae eſt & antiquitas. A. FABRI.

Vſ. 78. ὡς ὅτε κόρσην] Anonymus ad Vaſcoſan. legendum cenſet, ὡς ὅτε κόρσῃ. non male. TH. GRAEV. Quod, quia accuſativus cum verbis ex praepoſitione ἐν ſtare non poteſt, textui inferre non dubitavi.

Vſ. 79. ἐνιδρυνθεῖσα] MS. Ambr. ἐνιδρυθεῖσα. Mox vſ. 80. MS. Voſſ. edd. Flor. Ald. ceteraeque veteres προσελέξατο, quod jam vir doctus in marg. Vaſc. correxit, & in libro Ger. correctum fuiſſe monet margo Aldinae.

Vſ. 80. σφε τάδε προσελέξατο] σφε pro σφέας, hoc eſt, αὐτοὺς προσελέξατο: Pater meus legebat προσελέξαο; infra enim vſ. 86. dicit ἔννεπες, ὡπλίσσαο, & ἐζεύξαο vſ. 110. A. FABRI. Omnino legendum προσελέξαο, quod & vir doctus ad Vaſcoſani editionem obſervavit. TH. GRAEV. Similiter vſ. 87. MSS. Ambr. habent ἵκετο pro ἵκεο.

Ibid. τῆμος] Hanc vocem frigere, facile ſentiat aliquis, ſi attendat. Vir quidam doctus corrigit δαῖμον, eleganti conjectura: praeſertim cum e tertia perſona oratio convertatur in ſecundam.

Vſ. 81. Κύκλωπες, ἦ μοί τι Κυδώνιον] Ne hunc quidem locum ſic a Callimacho ſcriptum eſſe, facile mihi quisquam perſuaſerit: ſed viciſſim aliis

for-

Evellisti vi. Itaque etiam nunc depile
Medium pectus manet: veluti cum tempora
Viri insidens comam depavit alopecia.
Itaque valde animosa ipsos sic tunc allocuta es:
Cyclopes, etiam mihi Cydonium, agedum, arcum,
Et sagittas, cavamque sagittarum thecam
Fabricate. Nam & ego Latonia sum, sicut Apollo.
Quod si ego arcu agrestem aprum, aut aliquam grandem Fe-

fortasse conjecturam meam non facile probaverim, ut *νῦν μοί τι*, aut *καὶ μοί τι* legatur. Nec mihi ipsi certe in hac emendatione satisfacio. Apud scholiastem porro ante ἔθνος Κρήτης videtur deesse Κύδωνες, quod legitur infra, vers. 197. STEPHAN.

Ibid. *Κύκλωπες, ἦ μοί τι Κυδώνιον*] Cum laboret versus, non male Anonymus ad Vascosani editionem legendum censet, quod & Stephano in mentem venerat: *Κύκλωπες, καὶ μοί τι Κυδώνιον, εἰ δ' ἄγε, τόξον.* TH. GRAEV.

Ibid. *εἰ δ' ἄγε*] φέρε & ἄγε, ut & apud Latinos quandoque cum pluralivis juncta reperiuntur: apud Homerum & Aristoph. *εἰ δ' ἄγε* est *ἄγε δὴ εἰ*, sub. θέλεις, *age sodes*, hoc est, *si audes*, hoc est, *si vis*. A. FABRI.

Ibid. Κύκλωπες &c.] Non versus gratia, ut Graevius putabat, (nam caesura producit ultimam in Κύκλωπες) sed propter sensum *καὶ* corrigebant viri docti: quod & ipsum sequerer, si codd. faverent. Fortasse tamen alicui τὸ ἢ pro *καὶ* ex ἠδὲ vel ἠμὲν dictum videatur ex H. in Lav. P. 122. *Μάντιν--ἀοίδιμον ἐσσομένοισιν, Ἦ μέγα τῶν ἄλλων δή τι περισσότερον.* ubi vix aliter, quam copulative accipere licet. Sed ibi est inter duo membra, quod hic secus est. MS. Ambr. 1. habet ἢ ἤ, alter ἢ εἰ, Voss. εἴη. Unde colligitur variatum esse in libris inter ἢ & εἰ, & Callimachum forte scripsisse: *εἰ μοί τι Κυδώνιον, εἰ δ' ἄγε*, repetito eleganter, ut opinor, τῷ εἰ. *Εἰ δ' ἄγε* de pluribus dici, bene monet Clark. ad Hom. Il. Z. 375. sed argutatur in ellipsi. Pro *Κυδώνιον* MS. Voss. *κ' ἐδώνιον.*

Vs. 84. *Αἰ δέ κ'*] Non dubitem scribendum esse *εἰ*. Multi hoc initio versus apud Homerum, nisi malis vel ἂν aut ἐὰν monosyllabice pronunciatum. Etsi enim *αἰ* pro *εἰ* occurrit ap. Homerum & alios, tamen id fit tantum in formulis optandi, & cum γὰρ vel θε, *αἴθε* vel *αἰγὰρ* pro εἴθε vel εἰγάρ. Vid. Suid. in Αἰγάρ. Sed simpliciter *αἰ* pro *εἰ* conditionaliter dici, nondum reperi.

Ibid. *μόνιον δάκος*] Hesychius *μόνιον*, *ὗν ἄγριον* interpretatur, *τὸν μὴ τοῖς ἄλλοις συναγελαζόμενον.* VULCAN.

Ibid. *μόνιον δάκος*] Μόνιος, *singularis*, id est, aper. Aelian. histor. an. lib. 7. cap. 47. Καλοῦνται δὲ καὶ τῶν ὑῶν *μόνιοί τινες.* *Suum etiam nonnulli singulares vocantur.* & lib. 15. cap. 3. de thynnis Bubonicis: *καὶ οἱ μὲν αὐτῶν κατὰ τοὺς σῦς εἰσι μόνιοι.* *Eorum nonnulli suum instar singulares* (sive *solitarii*) *sunt.* Suidas: Μόνιος, ἄγριος ὗς μεμονωμένος. *Singularis, sus ferus solitarius.* Vide plura apud magnum Bochartum de animalibus S. Scripturae. TH. GRAEV.

Ibid. *μονιὸν δάκος*] Δάκος bene interpretantur h. l. *aprum* ex Hesychio in Μονιὸς, quia fera apta cibo intelligenda, etsi *μονιὸς* etiam de aliis feris dici potest. Etymol. M. de ursa interpretatur. Sed de utroque verbo copiose egit Spanhemius. *Μονιοὶ τῶν λύκων* sunt apud Lucian. Epist. Saturn. §. 34. Adde Salmas. ad Solin. p. 664. E. & Viros doctos ad Thomam Magistrum in Χοῖρος. Δάκος est etiam apud Eurip. Troad. 284. ubi Barnesius de *viperis* proprie dici ait, de quibus & Nicander dixit Ther. 157. & alibi. Sed potius morsu nocentes bestias proprie significat, & hinc ad alias transfertur. v. Cl. Ruhnkenium Ep. Crit. II. p. 17. Quod Ps. LXXX. 13. Spanhemius negat *μονιὸν* de apro capi

 posse,

Θηείον ἀγρεύσω, τόδε κεν Κύκλωπες ἔδοιεν.
Ἔννεπες· οἱ δ' ἐτέλεσσαν. ἄφαρ δ' ὡπλίσσαο δαῖμον·
Αἶψα δ' ἐπὶ σκύλακας πάλιν ἤιες· ἵκεο δ' αὖλιν
Ἀρκαδικὴν ἔπι Πανός. ὁ δὲ κρέα λυγκὸς ἔταμνε
Μαιναλίης, ἵνα οἱ τοκάδες κύνες εἶδαρ ἔδοιεν.
Τὶν δ', ὁ γενειήτης δύο μὲν κύνας ἥμισυ πηγοὺς,
Τρεῖς δὲ παρουατίους, ἕνα δ' αἰόλον. οἵ ρα λέοντας
Αὐ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

88 Ὁ δὲ κρέα λυγκὸς] Εἶδος θηρίου, οὗ τὸ οὖρον πήγνυται· ὃ καλοῦσι λυγκούριον.

89 Μαιναλίης] Μαίναλον, ὄρος Ἀρκαδίας.

90 Πηγοὺς] Λευκούς. καὶ Ὅμηρος, πηγεσιμάλλῳ.

posse, quia praecedat ὗς ἐκ δρυμοῦ, non cogitavit Psalmorum rationem, in quibus saepe idem bis diversis verbis dicitur: satis est praedicata esse diversa. Infra vs. 150. Χλούνην κάπρον vocat. In nostro edd. omnes exhibent μόνιος, sed in omnibus aliis libri habent μουνὸς, idque secutus sum.

Vs. 85. τὸ δέ κεν Κύκλωπες] τόδε κεν pro τοῦτο ἂν, aut τοῦτο δὴ. Sic Anonymus ad Vascosanam. non male. Th. Graev. Immo τόδε est lectio Aldinae, operarum vitio mutata in ed. Vascos. Unde restituimus.

Vs. 86. ὡπλίσσαο δαῖμον] Verti, *instructa es*. Nam ὁπλίζεσθαι significat ἑτοιμάζεσθαι καὶ παρασκευάζεσθαι. Vulcan.

Vs. 87. Αὖλιν] Αὖλις idem est quod αὔλιον. Utraque voce de Panis *stabulo* vel *antro* utitur auctor noster in hoc hymno, ut hic & vs. 93.

Εἶλεν ἔτι ζώοντας ἐπ' αὔλιον.

h. e. *rapiebant adhuc vivos in stabulum.* Homero dicitur αὐλὴ. Iliad. 5.

Αὐτὰρ ὁ ἐμμεμαὼς βαθέης ἐξάλλεται αὐλῆς.

h. e. *At ille leo alacer alto exilit ovili.* & Iliad. K.

Ὡς δὲ κύνες περὶ μῆλα δυσωρήσωνται ἐν αὐλῇ.

h. e. *Ac veluti canes circum oves aegre custodiunt in stabulo.* Hodie & olim haec vox quoque designat regiam seu domum principis: cujus appellationis rationem reddit Athenaeus lib. 5. nempe vel quod ante hujusmodi domus sunt loca illa subdialia, quae αὐλαὶ proprie dicebantur: vel quod satellites in regiis aulis soleant παραυλίζεσθαι, h. e. *excubare*. Th. Graev.

Vs. 89. εἶδαρ ἔδοιεν] Fortasse legendum sit ἕλοιεν. Homer. δόρπον ἑλέσθαι. A. Fabri. Frustra: deberet enim esse medium ἕλοιντο.

Vs. 90. κύνας ἥμισυ πηγοὺς] Nam qui toto corpore albi sunt, aut nigri, non commendantur; quod videlicet neque aestum Solis neque nivale frigus ferre possint. Oppianus:

Χροιαὶ δ' ἀργενναί τε κακαὶ μάλα, κυάνεαί τε·
Οὔτε γὰρ ἠελίοιο φέρειν μένος ὠκὰ δύνανται,
Οὔτε νιφοβλήτοιο μένος πολυχειμέρου ὥρης.

Praecipue vero commendat canes qui tritici colorem prae se ferunt, qui ab eo σιτόχροοι, & alibi μελίχροοι vocantur:

Ἢ ὁπόσοι Δήμητρι πανείκελον εἶδος ἔχουσι
Σιτόχροοι· μάλα γάρ τε θοοὶ κρατεροί τε πέλονται. Vulcan.

Ibid. πηγοὺς] Πηγὸς dicitur *bene compactus*. Eustathius dicit etiam pro *nigro* usurpari. Hesychius pro *nigro* & pro

Feram cepero, eam utique Cyclopes comedent.
Dixiſti. Illi autem fecerunt, ſtatimque armata es Dea.
Continuo vero ad catulos parandos perrexiſti: veniſtique ad antrum
Arcadicum Panis. Is forte carnes lyncis ſecabat
Maenaliae, ut foetis canibus eſcam daret.
Tum tibi barbatus ille canes, duos quidem ſeminigros,
Tres autem pendulis auribus, unumque diverſicolorem; qui vel leones

Ipſos

pro *albo.* Sic apud Lycophr. *πλόκαμος πηγὸς* eſt *λευκὴ, πολιά.* Callimachus hic *ἥμισυ πηγὺς* vocat *canes ſemialbos, ſeminigros.* Th. Graev.

Vſ. 91. *Τρεῖς δὲ παρουατίους*] Verti *auripetas:* quod petant aures ferarum. tametſi & *auritos*, ſive propendulis auribus praeditos vertere liceat. Vulcan.

Ibid. *Παρουατίους*] *qui maculis albis praeter aures, παρ' οὔατα, aſperſi ſunt:* male Vulcanius, qui vertit *auripetas.* A. Fabri.

Ibid. *ἕνα δ' αἰόλον*] *maculoſum.* Gratius de Venat.

Et pictam macula vertrabam delige falſa. Vulcan.

Ibid. *οἵ ῥα λέοντας Αὐτοὺς αὖ ἐρύοντες*] Verti:

Correptum cervice ſupinum in tecta referre.

Αὖ ἐρύειν enim non video quo pacto ſignificantius explicari poſſit, quam *reſupinare*, ſive *ἀνατρέπειν*, ut apud Homerum *Ιλιαδ. α.*

Αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα, καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν.

ubi Franciſcus Portus Cretenſis vertit, *Cervicem retroegerunt;* ſatis praeter mentem Euſtathii. quem, quantum ex ejus verſione quamplurimis in locis colligo, non legit. Euſtathius enim, ut proprietatem verbi *αὖ ἐρύειν* explicaret, primum ſibi declarandum putavit morem Graecanicum, videlicet, *εἰ μὲν τοῖς ἄνω θεοῖς ἔθυον, ἀνακλᾷν τὸν τοῦ ἱερείου τράχηλον, ὥστε ἀτορᾷν ὡς οὐρανόν.* hoc eſt, Si ſuperis ſacrificabant, invertere victimae cervicem ſolere, ita ut caelum reſpiciat: ut contra ſi heroibus aut mortuis ſacrificarent, pronas victimas mactabant. Hunc invertendi victimas morem optime interpretatur Sophocles Ajace Flagellifero inquiens, *καὶ τοὺς μὲν ηὐχένιζε, τοὺς δ' ἄνω τρέπων ἔσφαξε, κἀῤῥάχιζε.* ubi Scholiaſtes vetus, *ἔσφαξε κἀῤῥάχιζε. ὅπερ*, inquit, *Ὅμηρος αὐερύειν φησί.* Sed rectius, meo quidem judicio, ita dixiſſet, *ἄνω τρέπων ἔσφαξε: ὅπερ Ὅμηρος αὐερύειν φησίν.* ut ſit idem *ἄνω τρέπειν*, quod *αὐερύειν.* ut Euſtathius Sophoclem interpretatur. Ex quo liquido conſtat *αὖ* in illo Homeri loco non ſignificare *retro.* neque ſemper ſignificare iterationem, ut H. Steph. hym. in Jovem ver. 30. ad vocem *ἀντανύσασα* annotavit: ſed potius *ἀνατροπὴν*, hoc eſt, inverſionem vel reſupinationem. Ita enim etiam Heſychius interpretatur *τὰς ἀνακλάσεις, ἐπιστροφάς.* & Scholiaſtes Pindari Olymp. *Εἰδ. ιγ'.*

ὅταν εὐρυσθενεῖ καρταίποδ' αὐερύῃ γεαόχῳ.

interpretatur *αὐερύῃ, ἤγουν ἀνατρέπῃ, ἀντὶ τοῦ σφάζῃ, θύῃ.* Neque alia ſignificatione uſurpat etiam Oppianus *Κυνηγ. δ.*

Τὸν μὲν καλλείπων, τὸν δ' αἰρόμενος χθονὸς αἶψα
Αὖ ἐρύῃ.

Commode ubique verti poſſe dixerim *αὖ ἐρύω reſupino.* quo verbo eleganter uſus eſt Ceſennius Getulius, citante Servio,

Sicca Lycaonius reſupinat ploſtra Bootes.

tametſi apud Theocritum *Εἰδ. κε.* ubi ait

Τὸ

Αὐτοὺς αὖ ἐρύοντες, ὅτε δράξαιντο δεράων,
Εἷλκον ἔπι ζώοντας ἐπ' αὔλιον· ἑπτὰ δ' ἔδωκε
Θάσσονας αὐράων κυνοσουρίδας, αἵ ῥα διῶξαι
Ὤκισται νεβροὺς τε καὶ οὐ μύοντα λαγωὸν,
Καὶ κοίτην ἐλάφοιο, καὶ ὕστριχος ἔνθα καλιαὶ
Σημῆναι, καὶ ζορκὸς ἐπ' ἴχνιον ἡγήσασθαι.
Ἔνθεν ἀπερχομένη (μετὰ καὶ κύνες ἐσσεύοντο)
Εὗρες ἐπὶ προμολῇς ὄρεος τοῦ Παῤῥασίοιο
Σκαιρούσας ἐλάφους, μέγα τι χρέος, αἱ μὲν ἐπ' ὄχθῃς
Αἰὲν ἐβουκολέοντο μελαμψηφίδος Ἀναύρου,
Μάσσονες ἢ ταῦροι· κεράων δ' ἀπελάμπετο χρυσός.
Ἐξα-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

94 Κυνοσουρίδας] Τὰς ὑπὸ κυνῶν καὶ ἀλωπέκων τικτομένας κύνας. ἢ τὰς Λακωνικάς. Κυνοσουρὶς γὰρ, τόπος Λακωνικῆς.

95 Καὶ οὐ μύοντα λαγωὸν] Ὁ γὰρ λαγωὸς καὶ ἐν τῷ κοιμᾶσθαι οὐ μύει.

96 Καὶ ὕστριχος] Ὕστριξ, θηρίον τι ταχύτατον.

99 Προμολῇς] Ταῖς διεξόδοις τοῦ Παῤῥασίου, ὄρους Ἀρκαδίας.

101 Ἀναύρου] Ποταμὸς Θεσσαλίας ὁ Ἄναυρος.

102 Κεράων δ' ἀπελάμπετο χρυσός] Σημείωσαι ὅτι τὰς θηλείας ἐλάφους, κερατοφόρους εἶπε.

Τὸ τρίτον αὖ μέλλεσκεν, ἀσάμενον ἐν φρέσιν αἰνῶς
Αὐερύειν.

Malim *adducere nervum*, vertere, quam *tendere arcum*, ut est in editione H. Stephan. in cujus praeclaro Thesauro plura fortasse verbi αὐερύειν, significata exemplaque, qui volet, reperiet. Hoc tantum addam, & conjunctim καθ' ὑφὲν dici αὐερύειν, & disjunctim duabus dictionibus αὖ ἐρύειν. utroque enim modo apud varios auctores usurpatum invenio. Porro si liberet Βεκανίζειν, sive potius Βεκοσελπνίζειν, dicerem, αὐερύειν commune aliquid habere cum eo quod Flandrica nostra lingua dicimus *averechts*. VULCAN.

Ibid. *οἵ ῥα λέοντας Αὐτοὺς αὖ ἐρύοντες*] Gratius de Venatione, varia genera canum recenset, inter quos maxime commendat Hagnon;

Ergo semper eris dum carmina, dumque manebunt
Sylvarum dotes, atque arma Dianea terris.
Hic & semiferam Thoum de sanguine prolem
Finxit. non alio major sua (immo, *sub*) *pectore virtus,*
Seu norit voces, seu nudi ad pignora Martis.
Thoes commissos (*clarissima fama*) *Leones*
Et subiere astu, & parvis domuere lacertis.
Nam genus exiguum, & pudeat quam informe fateri.

VULCAN.

Hagnon non fuit canis nomen, sed viri, patris Tiphyos, qui canem eximium habuit, cuius nomen fuit *Metagon*. Praeterea scribendum erat *Hagnonem*, non *Hagnon*, apud Vulcanium. TH. GRAEV.

V. 92. δεράων] MS. Voss. δοράων. Sed δεράων verum est, etiam propter τὸ αὖ ἐρύειν. Mox MSS. Ambr. Voss. & edd,

Ipſos reſupinarent, ubi apprehenderint cervices,
Traherentque vivos in ſtabula: ſeptem inſuper dedit
Velociores ventis Cynoſuridas, ad perſequendum
Celerrimas hinnulos, & non conniventem leporem,
Et ad cubile cervi, hyſtricisque nidos
Indicandos, ducendumque in veſtigia damae.
Inde digreſſa (una autem canes ibant)
Reperiſti ad radices montis Parrhaſii
Laſcivientes cervas, praeclarum negotium, quae in ripa
Semper ſcrupoſi paſcebantur Anauri,
Majores tauris, cornibus auro fulgentibus.

Statim-

edd. vett. εἶλον, quod recte mutatum eſt in εἷλκον a Stephano.

Vſ. 94. κυνοσουρίδας] *Laconicas.* Schol. quod probat Heſychius. Ex Hygino vero, & Germanico Arati Interpr. colliges, κυνοσουρίδας εἶναι Κρητικάς. Eos Scriptores adi. Eſt & apud Strabonem *Cynouria.* A. FABRI.

Ibid. κυνοσουρὶς erat genus canum Laconicorum, qui ex vulpe & cane Laconico erant nati. Triplex enim genus canum habuiſſe conſtat Lacedaemonios, unum, & quidem omnium praeſtantiſſimum, quod ex Laconico & Laconica cane natum erat, alterum quod ex Laconica & Moloſſo, tertium quod ex Laconico & vulpe, quod, licet hic praedicetur a Callimacho, omnium erat viliſſimum. dicebatur autem ἀλωπεκὶς & κυνοσουρίς, de quo multa Meurſius in Miſcell. Lacon. lib. III. c. I. TH. GRAEV.

Ibid. Θάσσονας] θάκυς, θακίων. θάσσων: ſic infra μάσσονες a μακρός. A. FABRI.

Vſ. 95. οὐ μύοντα λαγωὸν] Verti, *indocilem nictus*, inconniventem, quem aliter ἀσκαρδάμυκτον Graeci vocant. Nicander δερκευνῆ. Patentibus enim genis dormit lepus, ut Plin. teſtatur. VULCAN.

Vſ. 96. ὕστριχος] Θηρίον τι ταχύτατον, Schol. Miror illum neſciſſe dici ἀκανθόχοιρον: Schol. autem Ariſtophanis ad εἰρήνην, ἔστι δὲ, inquit, καὶ ὕστριχς (ita enim etiam dicitur) θηρίον τρίχας ἔχον ἰὸς, ἃς ἐν τῷ διώκεσθαι ἐξακοντίζει κατὰ τῶν διωκόντων: qui locus integer apud Suidam legitur, qui addit dici & ἀκανθόχοιρον: dicimus vulgo *Porceſpic.* A. FABRI.

Vſ. 98. ἀπερχομένη] Gloſſa interlinearis Cod. Reg. περὶ τῇ Ἀρτέμιδι. Legit igitur ejus auctor, ἀπερχομένη.

Ibid. μετὰ καὶ κύνες ἑσσεύοντο] Haec ſunt in parentheſi dicta. Sed τὸ καὶ non ſatis commodum eſt, pro eoque videtur ſcribendum δέ. Sic ſemper in hac forma Homerus. Il. Δ. 274. Τὼ δὲ κορυσσέσθην· ἅμα δὲ νέφος εἵπετο ἀνδρῶν. ubi male Barneſius malebat δή. Il. Z. 296. Βῆ δ' ἰέναι. πολλοὶ δέ μετεσσεύοντο γεραιαί. ad quem locum plane expreſſus eſt noſter. Et ſic ſaepe ille. Pariter Apoll. Rhod. v. c. III. 915. Ἦγε δ' ἐκ πεδίου, μετὰ δέ σφισιν εἵπετο Μόψος. Καὶ & δὲ iis compendiis ſcribuntur in minuta ſcriptura, ut facile permutentur.

Vſ. 99. ἐπὶ προμολῆς] MS. Voſſ. προβολῆς, item ed. Ald. quod in ed. Vaſcoſ. mutatum eſt in προμολῆς. Recte. Earum litterarum permutatio frequens eſt in libris.

Vſ. 100. Σκαιρούσας ἐλάφους] De genere verbi trita hodie omnia. v. Swart. Anal. I. 2. Drakenb. ad Sil. III. 39. Elegans eſt μέγα τι χρέος· forte ductum e Xenophonte Cyrop. I. p. 38. (ed. Hutch.) ἔλαφον, καλόν τι χρῆμα καὶ μέγα. de formula ipſa v. Cel. Valkenar. ad Eurip. Phoeniſſ. p. 71. & quos ibi laudat.

Vſ. 102. κεράων δ' ἀπελάμπετο χρυσός

Ἐξαπίνης δ' ἔταφές τε καὶ ὃν ποτὶ θυμὸν ἔειπες,
Τοῦτό κεν Ἀρτέμιδος πρωτάγειον ἄξιον εἴη.
Πέντ' ἔσαν αἱ πᾶσαι· πίσυρας δ' ἕλες ὦκα θέουσα,
Νόσφι κυνοδρομίης, ἵνα τοι θοὸν ἅρμα φέρωσι.
Τὴν δὲ μίαν, Κελάδοντος ὑπὲρ ποταμοῖο φυγοῦσαν,
Ἥρης ἐννεσίῃσιν, ἀέθλιον Ἡρακλῆϊ
Ὕστατον ὄφρα γένοιτο, πάγος Κερύνειος ἔδεκτο.

Ἄρ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

107 Κελάδοντος] Ποταμὸς Ἀρκαδίας.
109 Κεραύνιος] Λόφος Ἀρκαδίας.

σός] Σημείωσαι, inquit Schol. ὅτι τὰς θηλείας ἐλάφους κερατοφόρους εἶπε, *observa quod cervas cornutas fecerit.* Fortasse dixerit aliquis non esse in Africa cervos, itaque nec cervas: Virgilius tamen contra, lib. I. Aeneid.

treis littore cervos
Prospicit errantes: hos tota armenta sequuntur
A tergo, & longum per valles pascitur agmen.

Itaque ignorasse Callimachum cervas non esse cornutas: fortasse dixit foeminas pro masculis, ut plerumque faciunt Latini in τῷ canes, & infra boves aratorios foeminini generis facit: sed haec nihili sunt; nam revera fecit cornutas: ita inter Herculis certamina erat cerva cornibus aureis insignis, de qua mox Callimachus. Apollodorus lib. 2. Τρίτον ἆθλον ἐπέταξεν αὐτῷ τὴν κεραστὴν ἔλαφον εἰς Μυκήνας ἔμπνουν ἐνεγκεῖν. ἦν δὲ ἡ ἔλαφος ἐν Οἰνόῃ χρυσόκερως Ἀρτέμιδος ἱερά. Praeterea est apud Pindar. in Olymp. Od. 3. χρυσόκερων ἔλαφον θήλειαν; ad quem locum annotat Scholiastes Graecus id de industria facere Poëtas, adduxitque locum Anacreontis, οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνὸν, ὅστ' ἐν ὕλῃ κεροέσσης ἀπολειφθεὶς ἀπὸ μητρὸς ἐπτοήθη. Vides κερόεσσαν μητέρα. addit Schol. οἱ μέν τοι ποιηταὶ πάντες κέρατα ἐχούσας ποιοῦσι. A. FABRI.

Ibid. κεράων δ' ἀπελάμπετο χρυσός] Aristoteles aliique negant cervas inveniri cornigeras, quibus subscribit Eust. Swartius Analect. lib. I. cap. 2. & magnus Bochartus in Hierozoico lib. 3. c. 17. qui contendunt τὴν ἔλαφον accipi tam de cervo, quam cerva. Neque vero infitiamur τὴν ἔλαφον saepe notare cervum & hic quoque intelligendos esse cervos per ἐλάφους σκαιρούσας. Sed tamen nostrorum quoque temporum experimenta docent cervas inveniri, quamvis rarius, etiam cornutas. Ante non multos annos capta fuit in Cimbrica Chersoneso a Serenissimo ejus principe cerva praegnans magnis cornibus instructa, de qua extat elegia cultissima Viri Clarissimi Georgii Morhofii. TH. GRAEV.

Ibid. κεράων δ' ἀπελάμπετο χρυσός] Ovid. Met. x. 112. de cervo Nympharum in insula Cea: *Cornua fulgebant auro.* quod hinc ductum videri potest: quamquam ibi Nymphae videri possunt inaurasse cornua. Videntur tamen poëtae, qui omnia divina aurea faciunt, etiam hoc tribuisse cervis, qui Diis essent in deliciis.

Vs. 103. Ἐξαπίνης δ' ἔταφές τε] Alia etiam est lectio, ἔπαφες, sed aperte mendosa. Est autem ἔταφες, *admirata es*, vel *obstupefacta es.* unde etiam τάφος pro admiratione, apud poëtas, sed rarum. STEPHAN.

Ibid. Ἐξαπίνης δ' ἔταφες] ἐθαύμασες. Unde & τάφος, ἡ ἔκπληξις. Hom. τάφος δέ μιν εἷλεν ἰδόντα. quod alibi se ipse explicans aliis verbis ait,

θάμβος δ' ἔχεν εἰσορόωντας.

VULCAN.

Ibid. ἔταφες] Edd. Ald. Vascos. Benen. ἔπαφες, male. Sed ἔταφες verti vi-

Statimque vidiſti, tecumque ſic cogitaſti:
Haec prima captura digna utique foret Diana.
Quinque erant omnino. Et quatuor quidem cepiſti curſu,
Sine canum ope, ut celerem tibi currum traherent:
Unam autem, quae trans Celadonta flumen fugerat
Junonis inſtinctu, certamen Herculi
Ultimum ut foret, collis Ceryneus excepit.

Dia-

vidiſti: nam ἐξαπίνης admirandi ſignificationem non ſatis fert. Sic ceperim etiam ταρῶν apud Homerum Il. I. 193. collato Λ. 644. ubi in re ſimili ἰδών. addatur Λ. 776. Ceterum admirationis ſenſus non excluditur, ut Ψ. 101. ταφὼν eſt videns, ſed cum ſenſu ſimili. Etiam θαυμάζειν ipſum ſic eſt apud Hom. Il. N. 11.

Vſ. 105. Πέντ' ἔσαν αἱ πᾶσαι] *Omnino quinque.* Neque enim redundat τὸ πᾶσαι in numeris, ut viſum auctori vitae Homeri p. 298. ed. Gal. & Pſeudo-Didymo ad Homerum, bene monente Clarkio ad Il. H. 161. K. 560. ubi miratur, Dionyſium id dicere potuiſſe. Ego vero hinc, itemque ex aliis judico, Dionyſium libelli auctorem non eſſe. Add. Theocrit. Epigr. X. 1. Pſeudo-Orph. Argonaut. 385. & Barneſ. ad Hom. Il. Σ. 470. Sic & Latini. Gratius Cyneg. vſ. 16. *Acceſſere tuo comites ſub nomine Divae* Centum omnes *nemorum*, centum *de fontibus* omnes *Naides.* ubi v. Burmannum.

Vſ. 107. Κελάδοντος] Meminit Homer. Iliad. η. quos verſus affert Strabo lib. 8. Defertur autem in Alpheum, ut Erymanthus. A. FABRI.

Ibid. Κελάδοντος] Palmerius adſcripſit: κελάδοντος· ut eſſet participium, non nomen proprium. intelligi vult de Alpheo. Sed cum Celadontis fluvii mentio ſit apud veteres, melius eſt, nomen proprium hic intelligi.

Vſ. 108. Ἥρης αἰνεσίῃσιν] Non moveo controverſiam huic ſcripturae, quae codicum fide nititur. Sic etiam ſcribitur apud Apollon. Rhodium III. 29.

τὸν δ' ἂν ἐίσω
Κείνης αἰνεσίῃσιν ἐς Ἑλλάδα κῶας ἀνάξειν.

Hunc puto illius conſiliis pellem relaturum in Graeciam. Veruntamen ſuſpicor utrumque ſcripſiſſe ἐννεσίῃσι, ſicuti non ſolum Heſychius videtur legiſſe, qui interpretatur ἐννεσίῃσι, βουλήσεσιν, ἐννοήσεσιν, *conſiliis*, *prudentia*, ſed & haec vox apud Apollonium lib. I. vſ. 7.

ὅντιν' ἴδοιτο
Δημόθεν οἰοπέδιλον, ὑπ' ἐννεσίῃσι δαμῆναι.

Quem videret publice uno calceo munitum conſilio confici. Quamvis & ibi Florentinus Codex αἰνεσίῃσι. Sed apud Heſiodum, & Homerum legitur conſtanter ἐννεσίῃσι. Hic Iliad. E. vſ. 894.

Τῷ σ' ὀίω κείνης τάδε πάσχειν ἐννεσίῃσιν.

Idcirco te puto illius haec pati conſiliis. Ubi Euſtathius: πάσχειν ἐννεσίῃσιν ἤγουν συμβουλαῖς. αἳ γίνονται, οὐκ ἀπὸ τοῦ ἐνιέπω. ἀλλ' ἢ ἀπὸ τοῦ ἔννοια κατὰ τοὺς παλαιοὺς πρὸς ὁμοιότητά φασι τοῦ πηγόμαλλος πηγεσίμαλλος. Ἢ μᾶλλον ἀπὸ τοῦ ἐνίημι τὸ ἐμβάλλω. κατὰ τὸ ἐν φρεσὶ βάλλεο σῇσιν. ἵνα ἐκ τοῦ ἐνίημι, ἐνεῖναι, ἐνεῖσαι, γίνεται ἐνεσίαι, καὶ διπλασιασμῷ τοῦ ν ἐννεσία, ἡ εἰς νοῦν ἐντεμένη συμβουλή. TH. GRAEV.

Ibid. Ἥρης ἐννεσίῃσιν] Hoc exprimi juſſi pro vulgato αἰνεσίῃσιν, (quod eſt verbum nihili) auctoritate MS. Vat. Ambr. 2. Voſſ. & Scholiaſtae Apollon. Rhod. qui ad I. 995. hos tres verſus Callimachi totos adfert, ſed in iis, Ἥρης ἐννεσίῃσιν. Ἐννεσίῃσιν pariter mutatum in libris quibuſdam in αἰνεσίῃσιν apud Hom. Il. E. 894. ubi vid. Var. Lect. Barneſii. Apud Apollon. Rhod. I. 7. edd. vett. αἰνεσίῃσιν: pro eo Stephanus reſcripſit ἐννεσίῃσιν, neſcio an e MS. Sed ἐννεσίῃσιν exhibent MS. Guelferbytanus, & alter, cujus lectiones ab Eraſmo Schmidio excerptas habeo. Itemque MS. Guelfer-

Ἄρτεμι παρθενίη, Τιτυοκτόνε, χρύσεα μέν τοι
Ἔντεα καὶ ζώνη, χρύσεον δ᾽ ἐζεύξαο δίφρον,
Ἐν δ᾽ ἐβάλευ χρύσεια, θεά, κεμάδεσσι χαλινά.
Ποῦ δέ σε τὸ πρῶτον κερόεις ὄχος ἤρξατ᾽ ἀείρειν;
Αἵμῳ ἔπι Θρηΐκι· τόθεν Βορέαο καταῒξ
Ἔρχετ᾽ ἀχλαίνοισι δυσαέα κρυμὸν ἄγουσα.
Ποῦ δ᾽ ἔταμες πεύκην; ἀπὸ δὲ Φλογὸς ἥψαο ποίης;
Μυσῷ ἐν Οὐλύμπῳ· Φάεος δ᾽ ἐνέηκας ἀϋτμὴν

Ἀσβέ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

110 Τιτυοκτόνε] Τιτυὸς βιασάμενος Λητὼ, ἀνῃρέθη ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος.

114 Αἵμῳ ἔπι] Ὄρος Θράκης. Καταῒξ δὲ, ἡ λεγομένη καταιγίς.

117 Μυσῷ ἐν Οὐλύμπῳ] Ἔστι γὰρ καὶ Μακεδονίας.

serbytanus ἐννεσίῃσιν exhibet constanter aliis locis, III. 29. 817. (ut volebat Cl. Heringa Obs. p. 14.) IV. 646. 1445. quibus omnibus in locis editi habent αἰνεσίῃσιν. Itaque non dubitandum, quin omnia loca, ubi αἰνεσίῃσιν est, sint refingenda in ἐννεσίῃσιν, ut apud eundem Apoll. Rhod. II. 1112. ὑπαινεσίῃσιν in ὑπ᾽ ἐννεσίῃσιν, quod etiam est ibidem 1170. ut placet Heringae l. c. Idem videbatur etiam eruditissimo Piersono Verosim. p. 209. De loco nostro firmat etiam Dionysius Periegeta, qui hoc ipsum hemistichium habet e nostro, ut alia, vs. 141. Ἥρης ἐννεσίῃσιν: itemque alio nomine subjecto Pseudo-Orpheus Argonaut. 105. 261. 295. 693. 1361.

Ibid. ἄεθλιον Ἡρακλῆι] Non ultimum fuisse certamen Herculis, sed tertium Apollodorus lib. 2. in loco paullo ante ab A. Fabri allato tradit. Alii quartum ei locum tribuunt inter athla Herculis. Ultimum sane non fuit. Itaque cum Scholiaste Apollonii legendum ὕστερον. h. e. *postea*, *postero tempore*. Sic sane hunc locum laudat Scholiastes Apollonii, quod & Stephanus notavit. TH. GRAEV.

Vs. 9. Ὕστατον] Ὕστερον etiam placebat Viro docto in margine ed. Vascos. quia tertius vel quartus hic labor Herculis, non ultimus, traditur. Non repugnem: etsi Callimachus potuit auctorem habuisse. Ὕστατον & ὕστερον permutantur in libris. v. ad H. in Delum 112. Male autem edit. Froben. recepit Κεραύνιος.

Ibid. πάγος Κερύνειος ἔδεκτο] Scripturam quae est apud Scholiastem, videlicet Κεραύνιος, habet & Apollonii Enarrator, quum tamen versus stare non videatur ita legendo. Affert autem hic versum hunc Callimachi una cum praecedente, scribens ὕστερον, non ὕστατον. nisi est librarii error: quod potius credo. STEPHAN.

Ibid. Κερύνειος] Non video cur haec lectio improbetur: Cerynea mons est in Arcadia, & Oenoë urbs in Arcadia: & ibi erat ista cerva, ut ex Apollodori loco supra patet. Vides itaque non recipiendam esse lectionem Κάρνειος, quae ad oram codicis Stephani scripta est. A. FABRI.

Ibid. Κερύνειος] Robortellus & Frobenius legunt Κεραύνιος. at Robortellus dicit in alio codice reperiri Κερύνειος. Hanc ob causam virgam censoriam in eum strinxit Sigonius, probans Κερύνειον legendum esse: significat enim montem Arcadiae Κερύνειαν, de quo Pausan. in Achaicis. Unde Servius exponens verba illa Virgilii.

Nec

Diana virgo, interfectrix Tityi, aurea tibi
Arma & zona, aureumque junxisti currum,
Aureos denique hinnulis injecisti frenos.
Ubi vero te primum corniger sustulit currus?
Haemo in Threicio, unde Boreae procella
Venit, non pingui veste munitis grave frigus ferens.
Ubi autem secuisti pinum? Et a qua incendisti flamma?
Mysio in Olympo: ignis autem vaporem immisisti
In-

Nec vero Alcides tantum telluris obivit,
Fixerit aeripedem cervam licet.
exponit, Cefynitim cervam intelligi, ita a loco dictam. Lectionem Κερύνιτιν stabilit quoque Salmasius in exercitationibus Plinianis. Sed & in Apollodori loco, quem Anna laudat pro κεράστην ἔλαφον, cum Palatinus codex habet κερυνῆτιν, non male eruditus Munckerus ad Hyginum emendavit Κερυνῖτιν, quem vid. ad fabul. 30. TH. GRAEV.

Vf. 111. δίφρον] De quadrigis etiam dixit ut h. l. infra vf. 182. Sic & Eurip. Phoeniss. init. currum solis δίφρον appellat. Apud nostrum infra 182. de quadrigis dici, notavit etiam Spanhem. ad Aristoph. l. c. vf. 31. At Scholiastes Aristophanis Nub. vf. 15. sua aetate de bigis dictum tradit.

Vf. 112. θεά] Forsan melius sit scribere θεῇ, ob frequentiam τῶ α, χρύσεια, χαλινά. A. FABRI.

Vf. 113. ἔχος ἤρξαο ἀείρειν] hoc est φέρειν, ut μή μοι οἶνον ἄειρε μελίφρονα. ἀντὶ, φέρε. VULCAN.

Ibid. κεραὸς ὄχος] Verti *corniger*, ut Ovidius Fast. IV. 562. Cereris currum alatis draconibus junctum appellat *aligerum axem*; quo nil similius loco nostro. Sed & alii tales modi loquendi apud veteres obvii. Pindarus Pyth. IV. 34. δίφρος τε νωμάσοισιν ἀελλόποδας. ubi Schol. ἀελλόποδας ἀπὸ τῶν ἑλκόντων τὸν δίφρον εἴρηκεν. Eurip. Phoeniss. 176. λευκὸν ἅρμα, quod bene Scholiastes & Paraphrastes interpretantur de curru albis equis juncto, ut apud Virg. Aen. XII. init. *bigae albae*. Similiterque ibidem 131.

Hippomedon dicitur ἀστερωπὸς, ob stellatum clypeum, quem gestabat, ut rectissime notat Cel. Valkenarius. Etiam Cic. Phil. VIII. 10. simili modo *laureatos lictores* dixit, qui fasces laureatos gestarent, & Livius IX. 40. milites *auratos* & *argentatos*, ob clypeos auro vel argento caelatos. Simile etiam est illud Arati 123. χρύσειοι πατέρες, de iis, qui aureo saeculo vixerant.

Vf. 114. Αἵμῳ ἔπι Θρήϊκι] Media in Θρήϊκι hic producitur, ut saepe alibi. v. loca collecta a Dorvillio Vann. Crit. p. 386. ubi hunc non praetermisit. At contra corripitur H. in Del. vf. 63. De boreae frigoribus ad h. l. addend. Onomacriti H. in Boream vf. 2. βορέαο καταῖξ est etiam in versu incerti poëtae ap. Suidam in Καταῖξ, qui versus, si non est Callimachi, ut videbatur Cl. Ruhnkenio, certe ad imitationem hujus factus est. κρυμὸς δυσαής hinc ductus a Dionys. Perieg. vf. 669. ubi Thraciae frigora bene describuntur. Bene autem noster ἀχλαίνοισι. Nam χλαῖνα est ἀνεμοσκεπής, *munimentum venti*, apud Hom. Il. Π. 224. De χλαῖνα locus classicus apud eundem Il. K. 135.

Ibid. τόθεν] pro ὅθεν. Ibid. καταῖξ ab ἀΐσσω, *turbo. procella*. A FABRI.

Vf. 116. ἀπὸ δὲ φλογὸς ἥψαο ποίης;] Id est, *& de qua flamma illam accendisti?* Atque ut priori illi interrogationi, Πῆ δ' ἔταμες πεύκην; respondent illa, Μυσῷ ἐν Οὐλύμπῳ: sic isti posteriori, ἀπὸ δὲ φλογὸς ἥψαο ποίης; respondent quae sequuntur, φάεος δ' ἐνέηκας ἀϋτμὴν Ἀσβέστου, &c. STEPHAN.

Ibid. ἀπὸ δὲ φλογὸς ἥψαο ποίης; Μυστα-

Ἀσβέστου, τό ῥα πατρὸς ἀποστάζουσι κεραυνοί.
Ποσσάκι δ' ἀργυρέοιο θεὴ πειρήσαο τόξου;
Πρῶτον ἐπὶ πτελέην, τὸ δὲ δεύτερον ἧκας ἐπὶ δρῦν,
Τὸ τρίτον αὖτ' ἐπὶ θῆρα. τὸ τέτρατον οὐκέτ' ἐπὶ δρῦν,
Ἀλλά μιν εἰς ἀδίκων ἔβαλες πόλιν, οἵτε περὶ σφέας
Οἵτε περὶ ξείνους ἀλιτήμονα πολλ' ἐτέλεσκον.
Σχέτλιοι, οἷς τύνη χαλεπὴν ἐμμάξεαι ὀργήν.
Κτήνεά φιν λοιμὸς καταβόσκεται, ἔργα δὲ πάχνη.
Κείρονται δὲ γέροντες ἐφ' υἱάσιν· αἱ δὲ γυναῖκες,

Ἦ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

124 Ἐμμάξεαι] Ἐμβάλης.
125 Κτήνεά φιν] Φιν χωρὶς τοῦ σ, διὰ τὸ μέτρον.

σῷ ἐν Οὐλύμπῳ] Pessime sic interpungitur. Hinc & in versu 115. in interpretatione Latina stulte interposuerunt *secuisti pinum.* Sic distinguendum:

ἀπὸ δὲ φλογὸς ἥψαο ποίης
Μυσῷ ἐν Οὐλύμπῳ;

Male accipitur de φαεσφορίη, cum sit intelligendum de fulmine. φάεος δ' ἐνένκας ἀϋτμὴν est *de coelo tetigisti.* Th. Graev.

Ibid. *ἀπὸ δὲ φλογὸς ἥψαο ποίης*] Male Graevius interpunctionem mutavit, & post Οὐλύμπῳ posuit interrogationis notam. Immo est bina interrogatio in hoc versu, prima de face, altera de igni. *Ubi facem incidisti?* Ei respondit: *in Olympo Mysiae.* Altera: *Ubi incendisti?* Ei respondet: *ab igni Jovis.*

Vs. 118. ἀποστάζουσι] Lucretius de igne:

Quam noster fluat e tedis terrestribus ortus.

alibi autem,

Funditque ardorem longe,

& iterum,

quum Solis lumina cumque
Insertim fundunt radios per opaca domorum. A. Fabri.

Ibid. ἀποστάζουσι κεραυνοί] Paullo durior metaphora, quam vix fert Latinus sermo. Itaque mollivi vertendo *fundunt*, quod est simile. Sed & alia sunt non minus dura de igni apud Graecos, ab aqua pariter ducta. Simile est illud Euripidis Cyclope 297. πυρίστακτος πέτρα.

Vs. 119 πειρήσαο τόξου] πεῖραν ἔλαβες, *explorasti, periculum fecisti tui arcus.* Nam, ut annotavit Eustathius Ἰλιαδ. δ. πειρᾶν ἐνεργητικῶς Ἀττικοὶ ἐπὶ τῆς εἰς γυναῖκα ἐπιχειρήσεως λέγουσιν. τὸ δὲ πειρᾶσθαι παθητικὸν ἀντὶ τοῦ ποιεῖσθαι ἀπόπειραν. Vulcan.

Vs. 120. Πρῶτον ἐπὶ πτελέην] Virg. 2. Georg.

Velocis jaculis certamina ponit in ulmo.

A. Fabri.

Ibid. ἧκας] Intellige e πειρήσαο τόξου, τὸ βέλος, ad quod nomen infra refertur μιν vs. 122.

Vs. 123. πολλ' ἐτέλεσκον] Ambr. 2. Voss. πολλὰ τέλεσκον. Sic etiam ed. Ald.

Vs. 124. ἐμμάξεαι ὀργήν] Elegans verbum, nec admodum frequens, significat cum vi & impetu immittere, injicere, &c. Schol. Cod. Reg. ἐμβάλλεις. Usus est Nicander de phalangio vs. 766. Αὐτὰρ ὁ κέντρῳ αὐχένι —— ἐνεμάξατο φωτός. ubi tamen Gorraeus edidit ἀνεμάξατο. Ibidem

Inexſtincti, quem patris fundunt fulmina.
Quoties porro argentei periculum, Dea, feciſti arcus?
Primum ulmum, deinde quercum petiſti:
Tertio rurſus feram: quarto jam non in quercum,
Sed in improborum urbem ſagittam miſiſti, qui & in ſe
Et in hoſpites multa ſcelerate deſignarunt.
Miſeri, quibus tu gravem impingis iram!
Jumenta ipſis peſtilentia abſumit, & ſegetes grando:
Tondenturque ſenes propter filios: & mulieres,

Aut

dem, verſu quinto poſt, ſimili ſenſu eſt *προσεμάξατο*. Eſt porro hoc verbum apud Oppian. Halieut. II. 502. *κακὴν ἐνεμάξατο κῆρα.* Ibi quidam habent *ἀνεμάξατο*: ſed MSS. Pal. & Sylb. illud: in quibus explicatur *ἐνέβαλε, ἐνέθηκε*: idque verum. Reſtituendum puto hoc verbum Theocrito Idyll. XVII. 36. *Τᾶς μὲν Κύπρον ἔχοισα Διώνας πότνια κώρα Κόλπον ἐς εὐώδη ῥαδινὰς ἐνεμάξατο χεῖρας.* Scholiaſtes videtur habuiſſe *ἀπεμάξατο*, quo verbo utitur. Alibi dixerat *προσμάττεσθαι* Idyll. XII. 32. *Ὅς δέ κε προσμάξῃ γλυκερώτερα χείλεσι χείλη.*

V. 125. *λοιμὸς*] MSS. Ambr. *λιμός.* Bentlejus autem e vett. editt. reſtitui vult *ἐπιβόσκεται*. Sed id primus edidit Gelenius apud Froben. unde, neſcio. Id eſſe hoc ſenſu uſitatius, quam *καταβόσκεσθαι*, facile conceſſerim. Poſt vſ. 127. pro *βληταὶ* MSS. Ambr. *κληταί.*

Ibid. *ἔργα δὲ πάχνη*] Verti *labores.* ut Virg.

> *Sternit agros, ſternit ſata laeta boumque labores.*

Frequenter enim *ἔργα* ſignificant *τὰ κατὰ τὴν γεωργίαν.* forte *ἀπὸ τῆς ἔρας*, quod tellurem ſignificat. Unde & *ἐρίσαι* dictum, *τὸ περὶ ἴσης γῆς φιλονεικῆσαι.* unde etiam *ἔραζε.* i. *ἐπὶ τὴν γῆν*: quam vocem adhuc retinent Hiſpani qui *las Eras* *τὸ λήϊον* appellant, & tempora per Eras ſive meſſes diſtinguere ſolebant. Iſidorus Eram inde dictam vult, quod omnis orbis aes reddere profeſſus ſit Reipublicae. Callimachus infra verſ. 156. voce *ἔργων* hac ipſa ſignificatione utitur:

> *σύες ἔργα, σύες φυτὰ λυμαίνονται.*

Significat alioqui praeter vulgarem ſignificationem *ἔργον*, etiam *τὴν παρασκευὴν πολέμου.* ut in illo,

> *ἔνθα κεν οὐκέτι ἔργον ἀνὴρ ὀνόσαιτο.*

VULCAN.

Vſ. 126. *Κείρονται δὲ γέροντες ἐφ' υἱάσιν*] Non memini me legere *κείρεσθαι* pro interfici, ſeu trucidari, atque adeo ſignificationis hujus exemplum haud extare puto: ideoque nolim ita exponere, *Trucidantur ſenes ſuper filiis*: ſed, *Senes tondent ſe propter filios*, id eſt, *ob luctum de filiis interfectis.* STEPHAN.

Ibid. *Κείρονται δὲ γέροντες ἐφ' υἱάσιν*] Parentes immaturam liberorum ſuorum mortem lugent. Naturae porro convenientius eſt, filios lugere parentum mortem, quam parentes filiorum. De hoc vero lugendi more, tonſa videlicet coma, Sophocles Ajace Flagellif. ubi Teucrum inducit ita Euryſacen Ajacis filium compellantem,

> *ὦ παῖ, πρόσελθε δεῦρο, καὶ σταθεὶς πέλας*
> *ἱκέτης ἔφαψαι πατρὸς, ὅς σ' ἐγείνατο*
> *Θάκει δὲ προστρόπαιος, ἐν χεροῖν ἔχων*
> *κόμας ἐμὰς, καὶ τῆσδε, καὶ σαυτοῦ τρίτου*
> *ἱκτήριον θησαυρόν.* VULCAN.

Ibid. *Κείρονται δὲ γέροντες ἐφ' υἱάσιν*] Hoc ideo dicit Callimachus, quia mos veteribus in funere comam tondere, & mortuo injicere. Hinc illud Ovidii in epiſtol.

Non

Ἦ βληταὶ θνήσκουσι λεχωΐδες, ἠὲ φυγοῦσαι
Τίκτουσιν· τῶν δ' οὐδὲν ἐπὶ σφυρὸν ὀρθὸν ἀνέστη.
Οὓς δέ κεν εὐμειδής τε καὶ ἵλαος αὐγάσσηαι,
Κείνοις εὖ μὲν ἄρουρα φέρει στάχυν, εὖ δὲ γενέθλη
Τετραπόδων, εὖ δ' ὄλβος ἀέξεται, οὐδ' ἐπὶ σῆμα
Ἔρχονται, πλὴν εὖτε πολυχρόνιόν τι φέρωσιν.
Οὐδὲ διχοστασίη τρώει γένος, ἥ τε καὶ εὖ περ
Οἴκους ἐστηῶτας ἐσίνατο. ταὶ δὲ θυωρὸν

Εἰνά-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

127 Βληταὶ] Βεβλημέναι ὑπὸ Ἀρτέμιδος.

133 Τρώει] Τρύχει, φθείρει.

134 Ταὶ δὲ θυωρὸν] Θυωρὸς, ἡ φιλικὴ τράπεζα. κυρίως δὲ, ἡ θεοῖς ἀνατιθεμένη. τὸ δὲ ἑξῆς, περὶ μίαν θυωρὸν τὰ δίφρα τίθενται αἱ εἰνάτερες καὶ αἱ γαλόῳ.

Non mibi te licuit lacrymis perfundere justis.
In tua nec tonsas ferre sepulcra comas.

Apud Statium Thebaid. VI.

At genitor sceptrique decus, cultusque Tonantis
Injicit ipse regis, tergoque & pectore fusam
Caesarem ferro minuit.

MEURS.

Ibid. Κείρονται δὲ γέροντες ἐφ' υἱάσιν] Ridicule Interpres, *trucidantur super filiis*: explica *tondentur*: non modo in Graecia, parentes, filii, cognati, sed etiam amici amicos & sodales hoc funebri officio prosequebantur. Sic Sappho,

Ἃς καὶ ἀποφθιμένας, πᾶσαι νεοθηγέϊ χαλκῷ
Ἄλικες ἱμερτὰν κρατὸς ἔθεντο κόμαν.

Ita & apud Bionem,

ἔρωτες
Κειράμενοι χαίτας ἐπ' Ἀδώνιδι.

Id hodieque fit in Servia, ut meminit Busbequius in Legationibus Turcicis. Neque modo capillos sibi demebant, sed & supercilia. Artemidor. lib. I. cap. 27. Ἔθος γὰρ παλαιὸν ἐπὶ πένθει τὰς ὀφρύας ψιλοῦσθαι. A. FABRI.

Vſ. 128. τῶν δ' οὐδὲν ἐπὶ σφυρὸν ὀρθὸν ἀνέστη] Refero τῶν ad id quod dixit τίκτουσιν: ut ex hoc verbo subaudiamus τικτομένων, vel τέκνων: ut supra in hoc loco, ὅτε μοι τοιαῦτα θέειναι Τίκτειν, ex τίκτειν subaudiendum est τέκνα cum τοιαῦτα. Dicit igitur illas profugas talia parere quae nunquam se in pedes erigant: significans eas foetus edere, qui ad breve tempus sint vitales. STEPH.

Ibid. τῶν δ' οὐδὲν ἐπὶ σφυρὸν ὀρθὸν ἀνέστη] Ὀρθὸν ea significatione accipio, qua Latini rectum pro erecto. Horatius, *Fana deos babuere rectos*. Sententia vero Callimachi haec est, eas edere foetus ὠκυμόρους, aevi brevis, minimeque vitales. VULCAN.

Ibid. ἐπὶ σφυρὸν ὀρθὸν ἀνέστη] Ut Latini *recto talo stare*, Horat. Etsi σφυρὸν *talus* non sit; nam astragalus potius est. Videtur tamen ita sumpsisse Theocrit. cum metaphorice dixit, Οἰκεῦντες Λιβύης ἄκρον σφυρόν. A. FABRI.

Ibid. τῶν δ' οὐδὲν] Referunt vulgo ad λεχωΐδας; sed referendum potius est ad οἷς τύνη. *Omninoque nibil eorum recto stat talo.* Sic capit etiam Arnaldus, usus loco appositissimo Pindari, quem adscripsi, ex Isthm. VII. 18. Δωρίδ' ἀποικίαν, ἡνίκα ὀρθῷ ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ Λακεδαιμονίων, i. e. *bene constituisti, firmam & felicem effecisti.* Nam contra εἰς γόνυ vel ἐπὶ

'στόμα

Aut ictae moriuntur puerperae, aut in fuga
Pariunt: nihilque eorum recto ſtare talo poteſt.
Quos tu cunque autem ridens & placata adſpexeris,
His ager recte effert ſpicam, recte genitura
Quadrupedum, recteque opes augentur; neque ſepulcro
Inferuntur ante, quam longum aevum tulerint.
Neque diſcordia vexat familiam, quae etiam quamvis
Bene conſtitutas domos vaſtare ſolet: ſed menſam
Circa

στόμα πίπτειν dicitur apud Aelian. V. H. III. 17. ubi vid. Perizon. Nec tamen repugnem, ſi quis rationem Stephani magis probet, referentis ad τέκνα, quae latent in verbo τίκτουσι, cujus figurae non rara ſunt exempla. Ita placet etiam Spanhemio, & Hemſterhuſio, Viro ſummo, ad Ariſtoph. Plut. p. 172.

Vſ. 129. εὐμειδὴς τε καὶ ἵλαος] Horat.

Quem tu Melpomene ſemel
Naſcentem placido lumine videris.

A. FABRI.

Ibid. αὐγάσηαι] Rectius αὐγάσσηαι legetur, geminata litera σ. ut initio hymni in Cererem, μηδ' ὑψόθεν αὐγάσσησθε. STEPHAN. Et ſic eſt in Ed. Aldi.

Ibid. Οὓς δέ κεν αὐγάσσηαι] MSS. Ambr. Voſſ. edd. Ald. Vaſcoſ. οἷς, Voſſ. αὐγάσσαιο, & Edd. Vaſcoſ. Froben. αὐγάσαις. Utrumque correxerat manus docta in exemplo Vaſcoſani, ut nunc editur: quod primus inſtituit Benenatus.

Vſ. 130. Κείνοις εὖ μὲν ἄρουρα] Horatius piis erga Deos agricolis haec bona promittit,

Nec peſtilentem ſentiet Africum
Foecunda vitis; nec ſterilem ſeges
Rubiginem, aut dulces alumni
Pomifero grave tempus anno.

VULCAN.

Ibid. Κείνοις &c.] Dianae h. l. tribui, quod alias Cereri convenit, bene notat Spanhemius ad h. l. Idem fit apud Catull. carm. ſaecul. 19. 20. ad quem locum Iſ. Voſſius: *more Graeco & Aſiatico praeſertim, quibus Diana & Ceres eſt eadem.* Quae ſunt argutiae. Religioſis in quoscumque Deos omnia bene eveniunt ex opinione gentilium.

Vſ. 131. ἐπὶ σῆμα Ἔρχονται &c.] Hunc locum ita ſemper cum aliis intellexi, ut in verſione expreſſi. πολυχρόνιόν τι eleganter dicitur de ſumma ſenectute; nam τι augendi vim habet, cum additur adjectivis, exprimentibus rem, in qua magnitudo intelligi poteſt, ut ſatis notum eſt. Sed lectores celare nolo interpretationem magni Hemſterhuſii, quam mihi indicavit Cl. Ruhnkenius. Is igitur ἐπὶ σῆμα ἔρχεσθαι explicat, *ad ſepulchrum ire ſepeliendi cauſſa, exſequias ire, funus ad ſepulchrum ſequendo.* πολυχρόνιόν τι autem, *hominem valde ſenem.* Ingenioſa eſt ſane interpretatio: ſed quia ἔρχεσθαι πρὸς τὸ τέλος, τέρμα τοῦ βίου dicitur, ad eundemque modum dici poteſt ἔρχεσθαι πρὸς τὸν τάφον, & de funere, quantum ſcio, non φέρειν, ſed ἐκφέρειν dicitur, ut nunc eſt, illa interpretatio ſaltem non diſplicet. Ceterum lectoribus optionem relinquo.

Vſ. 133. τρώγει γένος] MSS. Vat. Reg. Ambr. Voſſ. Ed. Ald. τρώει, quod in ed. Vaſcoſ. in τρώγει mutatum, non e MS. ſed τρώει eſt verum. Eſt verbum Homericum Od. Φ. 293. Οἶνός σε τρώει μελιηδὴς, pro quo eodem verſu eſt βλάπτει, ut h. l. ἐσίνατο, quae ſignificatio huc bene convenit, non τρώγει. Et videtur Callimachus locum Homericum in animo habuiſſe, ut ſentiet, opinor, qui contulerit. Igitur recepi. Praeferebat etiam vir doctus in margine ed. Vaſcoſ. Euſtath. ad Il. Ψ. p. 1304. 45. ait, eſſe Ioni-

Εἰνάτερες γαλόῳ τε μίαν περὶ δίφρα τίθενται.
Πότνια, τῶν εἴη μὲν, ἐμοὶ φίλος ὅς τις ἀληθὴς,
Εἴην δ' αὐτὸς, ἄνασσα· μέλοι δέ μοι αἰὲν ἀοιδὴ,
Τῇ ἔνι μὲν Λητοῦς γάμος ἔσσεται, ἐν δὲ σὺ πολλὴ,
Ἐν δὲ καὶ Ἀπόλλων, ἐν δ' οἱ σέο πάντες ἄεθλοι,
Ἐν δὲ κύνες, καὶ τόξα, καὶ ἄντυγες, αἵ τε σε ῥεῖα
Θηητὴν φορέουσιν, ὅτ' ἐς Διὸς οἶκον ἐλαύνεις.
Ἔνθά τοι ἀντιόωντες ἐνὶ προμολῇσι δέχονται,
Ὅπλα μὲν Ἑρμείης Ἀκακήσιος, αὐτὰρ Ἀπόλλων
Θηρίον ὅ, τι φέρησθα· πάροιθε δὲ, πρὶν περ ἱκέσθαι
Καρτερὸν Ἀλκείδην· νῦν δ' οὐκ ἔτι τοῦτον ἄεθλον

Φοῖ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

136 Εἴη μὲν ἐμοὶ φίλος] Εἴη μοι φίλος ὅστις ὑπὸ σοῦ προνοεῖται· εἴην δὲ καὶ αὐτός.

140 Ἄντυγες] Ἀπὸ τοῦ ἄντυγος τὸ ὅλον ἅρμα σημαίνει.

143 Ἀκακήσιος] Ἀπὸ ὄρους Ἀρκαδίας. ἢ ὁ μηδενὸς κακοῦ παραίτιος ὤν.

Ionicum verbum, quo etiam Herodotus utatur. De eo verbo vid. etiam Eustath, ad Od. l. c. p. 1910. quo loco rectissime, ut hoc obiter addamus, interpretatur verbum Epicureum ἐπέντρωμα apud Athenaeum XIII. 12. (pro quo Philo Alleg. Leg. II. p. 81. ἐπέντρωσις usurpat) ἐρεθισμὸν τρυφητικὸν, Latine *morsiunculas* dicas. Casaubonus aliud agebat, cum id verbum a τρώγω duceret, ad Athen. p. 854. unde non ἐπέντρωμα, multoque minus ἐπέντρωσις esse potest per analogiam. Si e MSS. est τρώγει, natum est ex usitata MSS. scriptura τρώ+ει (v. Dorvill. ad Charitonem p. 260.) quae scriptura centies aut χ aut γ peperit. Sic ex αὐὴ in noto illo Heraclitco factum in codd. Clementis Alex. & Plutarchi αὐγή. Ex αὐαλέος apud Theocritum Idyll. XIV. 4. αὐγαλέος. Nisi quis malit id natum e digammate Aeolico, ut habuimus supra H. in Jov. 41. γυιανοὶ pro υἱωνοί.

Vs. 134. θυωρὸν] καταχρηστικῶς, pro quavis mensa, cum ratione etymi significet mensam sacris usibus destinatam. VULCAN.

Ibid. θυωρὸν] Hesychius, θυωρὸν, τράπεζαν τὴν τὰ θύη φυλάσσουσαν. A. FABRI.

Vs. 135. Εἰνάτερες] Homer. 3. Iliad.

Ἠὲ πῇ ἐς γαλόων, ἢ εἰνατέρων εὐπέπλων.

Ibi Interpres, εἰνάτερες καλοῦνται αἱ τῶν ἀδελφῶν γυναῖκες πρὸς ἀλλήλας οἷον Ἑλένη πρὸς Ἀνδρομάχην. At vero γάλως est soror mariti: ita Cassandra glos Andromaches; unde apparet male vertisse Vulcanium, *socrusque nurusque*. A. FABRI.

Vs. 136. τῶν εἴη μὲν ἐμοὶ φίλος ὅστις ἀληθὴς] Hic τῶν refertur ad eos quibus tam multa bona dixit contingere, postquam eos Diana hilari & propitio vultu intuita fuerit: *Illorum* (inquit) *in numero sit, quicunque mihi est amicus verax, minimeque fictus: ipse quoque sim unus ex illis.* Sic autem votum pro suis amicis interjicit hymno in Jovem:

Σὰν

Circa unam fratriae & glores ſellas collocant.
Veneranda, in his ſit, quicunque mihi vere eſt amicus,
Simque ipſe, regina: ſitque mihi carmen ſemper curae,
In quo Latonae ſint nuptiae, in quo tu frequens,
In quo & Apollo, in quo omnes tui labores,
In quo canes, & arcus, & currus, qui te velociter
Ferunt inſignem, cum in Jovis domum agis.
Ibi tibi obvii in atrio excipiunt,
Arma quidem Mercurius Acaceſius, Apollo autem
Feram, quam fers: ſed id ante (faciebant) quam ſcilicet veniſſet
Fortis Alcides: nunc vero non amplius hoc negotium Phoe-

Σῶν τεράων, ἅτ' ἐμοῖσι φίλοις ἐνδέξια φαίνοις.

At vero hymno in Cererem deprecatur amicitiam ejus qui ipſi ſit inviſus, quicunque is ſit. STEPHAN.

Ibid. ὅςις ἀληθὴς] Pater meus amantiſſimus hunc locum reſtituit, legendo ὅν κε φιλήσῃς, vel quod illi magis arridebat, ὅς κε φίλος τοι. Sic Hymn. in Cererem, vſ. 117. ὅς τοι ἀπεχθὴς, quod manifeſte huic contrarium eſt. Deinde, unde hic τὸ ἀληθὴς; certe nullo modo poteſt ſtare, & nulla dubito, quin haec reſtitutio doctis accepta futura ſit. A. FABRI.

Ibid. τῶν εἴη μὲν, ἐμοὶ φίλος &c.] Sic interpungendum. Locum hunc imitatus videtur Dionyſ. Perieg. 741. Correctio Fabri bonum ſenſum habet, ſed valde a vulgata recedit. Senſus bene conſtat: malim tamen ἀληθῶς· ὅςις ἐμοὶ ἀληθῶς φίλος. Nam & Latine duriuſculum fuerit: *qui mihi verus amicus eſt*, meliusque ſit, *qui mihi vere amicus eſt*. Sed tamen, utcunque ferri poſſe vulgatum, largior.

Vſ. 138. πολλὴ] v. ad vſ. 27.

Vſ. 140. ἄντυγες] Pro curru dictum h. l. idque expreſſi in verſione. Quid proprie ἄντυξ, docet Homerus, apud quem locus claſſicus eſt Il. Α. 535. Adde tamen Κ. 475. & Schol. ad Il. Ε. 728. itemque Cel. Hemſterh. ad Lucian. T. I. p. 279. qui & Schol. Homeri ad Il. Ε. 262. laudat & emendat, & quid eſſet ἄντυξ, bene explicat.

Vſ. 141. Θηητὴν φορέουσιν] Dicitur de rebus, quae cum admiratione ſpectantur. Hom. Il. Ο. 682. Ψ. 728. Theocr. xv. 84. Moſch. II. 38. &c.

Vſ. 143. Ἀκακήσιος] Ἀπὸ τοῦ ὄρους Ἀρκαδίας, inquit Scholiaſtes: Stephanus autem Ἀκακήσιον πόλις Ἀρκαδίας: apud Homerum autem Hermes dicitur ἀκακήτης, ubi Interpres, ὁ μὴ δυνάμενος κακωθῆναι ὑφ' ἑτέρου, μηδὲ κακῶσαι ἄλλον διὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν, ὅθεν καὶ δοτὴρ ἐάων. A. FABRI.

Ibid. αὐτὰρ] Pſeudo-Didymus ad Hom. Il. Γ. 1. de hoc verbo inter alia: ὀξυτόνως ἀνεγνώκασί τινες, ὡς Καλλίμαχος, οἱ δὲ βαρυτόνως &c.

Vſ. 145. τοῦτο ἄεθλον] Repone τοῦτον, ut in aliis editionibus. STEPHAN.

Ibid. τοῦτο ἄεθλον] Recte Stephanus τοῦτον. ἆθλος enim eſt certamen, labor; ſed τὸ ἆθλον praemium certaminis, ſeu laboris. Vide Patrem ad Luciani Soloeciſtam. TH. GRAEV.

Ibid. τοῦτον ἄεθλον] Sic MSS. Reg. Voſſ. edd. vett. Ald. Vaſcoſ. Froben. Benen. Poſt mutatum in τοῦτο, errore operarum, ut opinor, reliquit etiam Stephanus. Sed illud reſtituit Graevius. MSS. tamen Ambr. cum edit. Stephani collati, cum nil varietatis hic notatum ſit, τοῦτο habere

Φοῖβος ἔχει. τοῖος γὰρ ἀεὶ Τιρύνθιος ἄκμων
Ἕστηκε πρὸ πυλέων, ποτιδέγμενος, εἴ τι φέρουσα
Νεῖαι πῖον ἔδεσμα. θεοὶ δ' ἐπὶ πάντες ἐκείνῳ
Ἄλληκτον γελόωσι, μάλιστα δὲ πενθερὴ αὐτὴ,
Ταῦρον ὅτ' ἐκ δίφροιο μάλα μέγαν, ἢ ὅγε χλούνην
Κάπρον ὀπισθιδίοιο φέροι ποδὸς ἀσπαίροντα,
Κερδαλέῳ μύθῳ σε, θεὴ, μάλα τῷδε πινύσκει·
Βάλλε κακοὺς ἐπὶ θῆρας, ἵνα θνητοί σε βοηθὸν,
Ὡς ἐμὲ, κικλήσκωσιν. ἔα πρόκας ἠδὲ λαγωοὺς
Οὔρεα βόσκεσθαι· τί δέ κεν πρόκες ἠδὲ λαγωοὶ
Ῥέξειαν; σύες ἔργα, σύες φυτὰ λυμαίνονται.

Καὶ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

146 Τιρύνθιος ἄκμων] Ὁ μὴ κάμνων ἐπὶ τοῖς ἄθλοις Ἡρακλῆς.

149 Πενθερὴ] ἡ Ἥρα.

152 Πινύσκει] Σωφρονίζει. Κολακεύει ὁ Ἡρακλῆς.

154 Ἔα πρόκας] Διὰ τὴν ἀδηφαγίαν τὰ μείζω τῶν ζώων κελεύει αὐτὴν ἀγρεύειν.

bere videntur. Consensus veterum librorum, & quod hiatus vitatur, suasit id praeferre, non ratio Graevii, quasi ἄεθλος de labore, ἄεθλον de praemio laboris dicatur. Nam id discrimen non observatum a Graecis scriptoribus. Etiam apud nostrum supra 108. ἄεθλον est de labore, & H. in Cer. 75. Ἀθαναίας ἄεθλα, de certamine.

Vs. 146. τοῖος γὰρ] v. ad H. in Del. 27. Sensus erit: nam indefessus Hercules in ejus locum successit, isque huic muneri sufficit robore suo, stansque ad portam excipit &c. hoc est τοῖος ἕστηκε. Cel. Hemsterhusius tamen mavult οἶος, *solus*. Nescio an necesse fuerit hoc exprimi. Etiam Apollo solus ante id faciebat, quod post Hercules. Ἄκμων autem est vox antiqua, usurpata etiam Aeschylo, ut in Persis 51. ubi v. Stanl.

Vs. 148. Νεῖαι] Voss. ναῖαι. Hesychius: Νεῖαι, πορεύσει. v. Alberti V. Cel. Peric. Crit. p. 94.

Vs. 149. πενθερὴ] Πενθερὸς est uxoris pater, πενθερὴ uxoris mater: at ἑκυρὸς viri pater, ἑκυρὰ viri mater.

A. Fabri.

Vs. 150. ἢ ὅτε χλούνην] Edd. Flor. Ald. & Vascos. habent ὅγε, quod nimis elegans est, quam ut ei ὅτε praeferri debuerit. Sed ei etiam in aliis libris ὅτε substitutum est. Fundus elegantiae hujus Homerus Il. Γ. 409. Εἰσόκε σ' ἢ ἄλοχον ποιήσεται, ἢ ὅγε δούλην. ad quem locum vide Clarkium, qui plura attulit etiam e Latinis, sed sumta e Bentlejo ad Horat. Carm. I. 9. ubi *tu* simili elegantia post *neve* est, *neve tu choreas*. I. C. Scaliger non concoxerat, mutarantque codices quidam. Sic aliquoties usus est etiam Nicander, ut Ther. 411. 412. ὁ δ' ἐν δρυσὶν οἰκία τεύξας, Ἢ ὅγε που φηγοῖσιν &c. Item ibidem 512. μέσσον δ' ὡς ἀχράδα καρπὸν Μυρτάδος ἐξ ὄχνης ἐπιόψεαι, ἢ σύγε βάκχης. Verba quae his litteris differunt crebro permutantur, ut μετὰ & μέγα. v. Dorvill. ad Charit. p. 36.

Vs. 151. ὀπισθιδίοιο φέροι ποδὸς ἀσπαίροντα] Recta scriptura fortasse est φέροις, ut non Hercules, sed ipsa Diana taurum sive aprum dicatur φέρειν. sicut modo dixerat ὅ, τι φέρησθα.

Phoebus habet. Hoc enim functurus munere semper Tirynthius indefessus
Stat ante portas, expectans, si quod afferens
Venias pingue edulium. Dii autem omnes ejus caussa
Effuse rident, maxime autem socrus ipsa,
Cum taurum de curru praegrandem, aut cum silvestrem
Aprum fert e posteriori pede, adhuc singultantem,
Astutoque sermone te, Dea, sic serio monet:
Feri noxias feras, ut mortales te auxiliatricem,
Ut me, vocent. Sine capreas & lepores
In montibus errare. Quid enim quaeso capreae & lepores
Faciant? Apri segetes, apri vineas subruunt.
Etiam

ῥέζουσα item; εἶτε φέρουσα Νεῖαι πῖον ἔδεσμα. Caeterum cum φέρεις sive cum φέροι genitivus ποδὸς jungi videtur, ut dicatur φέρειν ποδὸς, sicut ἕλκειν ποδός. Sed cum ἐκ δίφροιο subaudiendum aliquid fuerit: ut intelligamus *ex curru sumptum*, sive *depromptum*. Nam vinctum de curru (ut subaudiatur δεδεμένον) ne dicere possimus, obstat φέροι sive φέρεις. ac potius vinctum ad currum, sive religatum, Latine dicendum esset. STEPHAN.

Ibid. φέροι] Stephanus vidit, orationem non cohaerere, maluitque φέρεις, ut referretur ad Dianam: quod est mirum. Dianae non convenit iste labor. Deinde requiritur indicativus, sive ad Dianam referatur, sive ad Herculem, de quo statim est πινύσκει. Ego putem legendum esse φέρων. Ita omnia optime cohaerent. Ἀσπαίροντα exprimit palpitationem e reliquo calore interfectae bestiae, seu micationem, ut apud Homer. Od. Χ. 473. ut de piscibus recens interfectis apud Julian. ep. 46. & apud Diodorum Siculum III. p. 158. ex emendatione Cel. Wesselingii, quem ibi vide.

Vs. 152. Κερδαλέῳ μύθῳ] Deest particula γὰρ, quum rationem reddat illius deorum risus, cujus meminit, nisi velimus initium orationis esse, Ταῦρον ὅτ' ἐκ δίφροιο, &c. STEPHAN.

Ibid. τῷδε πινύσκει] MS. Voss. τάδ' ἐπιγίσκει.

Vs. 153. ἵνα θνητοῖσι βοηθὸν] Legendum omnino ἵνα θνητοί σε βοηθὸν, &c. ut me optime monuit vir illustris Huetius. A. FABRI. Verissime Huetius ὁ πάνυ. Vidit hoc quoque anonymus Cl. Francii in margine editionis Vascosani. TH. GRAEV.

Ibid. θνητοί σε] Sic corrigendum esse vulgatum θνητοῖσι, in quo mirifice consentiunt omnes editi & scripti, omnes uno ore dicunt, nec quisquam ausus est recipere, quod nos facere non dubitavimus, & manifestum vitium scripturae expellere. Respondent enim clare σὲ & ἐμέ.

Vs. 156. σύες φυτὰ λυμαίνονται] Verbum usitatum & elegans pro Latino *subruere* vel *diruere*. Diodor. Sic. XVII. p. 521. τὸ χῶμα λυμαίνεσθαι. Sed de hac ipsa re, de vastatione vinearum usi sunt οἱ ό Ps. LXXIX. 13. ἐλυμήνατο αὐτὴν σῦς. Adde dicta Spanheimio. Simili verbo usus est Paullus Silentiarius, aprum appellans βοτρυόεντων φυτῶν λωβήτορα, in epigrammate apud Kusterum ad Suid. v. Ἀθάπευτον. Ceterum etiamsi φυτὰ etiam de arboribus dicatur, ut apud Homerum Il. I. 535. tamen inprimis de vitibus &

Καὶ βόες ἀνθρώποισι κακὸν μέγα. βάλλ' ἐπὶ καὶ τούς.
Ὣς ἔνεπεν, ταχινὸς δὲ μέγαν περὶ θῆρα πονεῖτο.
Οὐ γὰρ ὅγε Φρυγίῃ περ ὑπὸ δρυῒ γυῖα θεωθεὶς
Παύσατ' ἀδηφαγίης· ἔτι οἱ πάρα νηδὺς ἐκείνη
Τῇ ποτ' ἀροτρειόωντι συνήντετο Θειοδάμαντι.
Σοὶ δ' Ἀμνισιάδες μὲν ὑπὸ ζεύγληφι λυθείσας
Ψήχουσιν κεμάδας, παρὰ δέ σφισι πουλὺ νέμεσθαι
Ἥρης ἐκ λειμῶνος ἀμησάμεναι φορέουσιν
Ὠκύθοον τριπέτηλον, ὃ καὶ Διὸς ἵπποι ἔδουσι·
Ἐν καὶ χρυσείας ὑποληνίδας ἐπλήσαντο
Ὕδατος, ὄφρ' ἐλάφοισι ποτὸν θυμάρμενον εἴη.
Αὐτὴ δ' ἐς πατρὸς δόμον ἔρχεαι· οἱ δέ σ' ἐφ' ἕδρην
Πάντες ὁμῶς καλέουσι· σὺ δ' Ἀπόλλωνι παρίζεις.
Ἡνίκα δ' αἱ νύμφαι σε χορῷ ἔνι κυκλώσονται

Ἀγ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

159 Φρυγίῃ] Φρυγία, ὄρος Τραχῖνος, ἔνθα ἐκάη ὁ Ἡρακλῆς.
161 Θειοδάμαντι] Βασιλεὺς Δρυόπων ὁ Θειοδάμας.
165 Ὠκύθοον τριπέτηλον] Τὸ ταχέως ἀνατέλλον τρίφυλλον.
166 Ὑποληνίδας] Πυέλους, ποτίστρας.
170 Ἡνίκα δ' αἱ νύμφαι σε] Τὸ ἑξῆς, ἡνίκα αἱ νύμφαι, μὴ νειὸν τημοῦτος.

vinea est, ut & φυταλιὰ de vinea, ut patet ex Homero Il. I. 574. coll. Z. 194. (Nam quod ibi οἰνόπεδον, idem hic φυταλιά.) Julianus ep. 46. φυταλιὰ βραχεῖα, φέρουσα οἶνον εὐώδη καὶ ἡδύν.

Vs. 157. Καὶ βόες ἀνθρώποισι κακὸν μέγα] Per boves intellige tauros, de quibus Virgilius,

Et frons tauri metuenda minacis.

Neque enim boves hominibus infesti sunt. Sed nec venationi apti. VULCAN.

Ibid. βόες] Intelligit *boves silvestres:* male Vulcanius, qui *tauros* tantum explicat. A. FABRI.

Vs. 158. Ὣς ἔνεπεν] Non convenit hoc tempus imperfectum cum praecedentibus, nec video quis locus ei esse possit: idemque & de πονεῖτο dico. Miror igitur cur non potius ἐνέπει & πονεῖται scriptum sit. STEPHAN.

Ibid. Ὣς ἔνεπεν, ταχινὸς &c.] Edd. vett. ταχυνός. Benenatus edidit ταχινός. Stephanus praesens malebat in ἔνεπεν & πονεῖτο. De πονεῖτο concesserim. Sed ἔνεπεν est aor. 2. qui hic locum habet. Et apud Homerum quoque saepe est imperfectum, ubi praesens esse debere videatur, ut Il. E. 749. πύλαι οὐρανοῦ, ἃς ἔχον ὧραι. K. 5. ὅτ' ἂν ἀστράπτῃ πόσις Ἥρης, Τεύχων ἢ πολὺν ὄμβρον —— Ἢ νιφετόν, ὅτε

πέρ

Etiam tauri magnum hominibus malum: feri & hos.
Sic dicit, & ſtatim circa magnam feram laborat.
Non enim illi, quamvis Phrygia ſub quercu, corpore in Deum converſo,
Exemta eſt voracitas: ineſt adhuc fames illa,
Qua olim aranti occurrit Theodamanti.
Tibi vero Amniſiades quidem a jugo ſolutas
Stringunt cervas, illisque plurimum pabuli,
Junonis e prato demeſſi ferunt,
Velox natu trifolium, quo & Jovis equi paſcuntur;
Atque etiam aurea aquaria replent
Aqua, ut cervis potus ſit gratus.
Ipſa autem patris domum venis; teque in ſellam
Omnes invitant, Apollinique adſides.
Quando vero nymphae te choro circumdederint

Ad

πέρ τε χιὼν ἐπάλυνεν ἀνέρας. N. 298. 300. *μέτεισι,* ſequitur *ἕσπετο.* Poſt, *γυῖα* totum corpus ſignificant: de quo verbo v. ad 176.

Vſ. 160. *ἀδηφαγίης*] A multis voracitas Herculis notata: a nullo facetius, quam Ariſtophane Ran. vſ. 63. 557. ſeqq.

Vſ. 161. Τῇ *ποτ' ἀροτριόωντι*] MSS. Ambr. *ἀρατριῶντι*, ſed diſerte Voſſ. *ἀροτριόωντι*, quod verum eſt, ut ſupra vſ. 142. *ἀντιόωντες.*

Vſ. 162. *λυθείσας*] Intellige *ὑπολυθείσας ζευγλῆφι*, i. e. *ζεύγλης*, a jugo ſolutas, ut vertimus. ut *ἀπολύεσθαι δεσμῶν.* Si quis tamen malit *ἀπὸ ζευγλῆφι*, ut ap. Homerum eſt *ἀπὸ νευρῆφι*, non valde repugnem.

Vſ. 163. *Ψήχουσιν*] Male Interpres, *demulcent*, *fovent*; ſignificat *ſtringunt*; *eſtrillent*, *frotent*: inde *ψῆκτρα*, *ſtrigil.* A. FABRI.

Vſ. 165. *Ὠκύθοον τριπέτηλον*] Verti, *Propere naſcens.* tametſi Heſychius, herbam ipſam ita nominat, *Ὠκύθοον*, inquiens, *πόα τις, ἡ τρίφυλλος καλουμένη.* VULCAN.

Ibid. *Ὠκύθοον τριπέτηλον*] MSS. Ambr. Voſſ. ed. Frob. *ὠκύθοον.* Ad hunc locum reſpexit haud dubie Scholiaſtes Nicandri Ther. 512. *τὸ τριόφυλλον Διονύσιος μὲν ἐν τοῖς ῥιζοτομικοῖς μινυανθὲς καλεῖ, Καλλίμαχος δὲ τριπέτηλον*, additque deſcriptionem ejus. Verſu ſequenti MSS. Ambr. Voſſ. *χρυσίδας ὑποληνίδας.*

Vſ. 166. *ὑποληνίδας*] Male vertunt *lacus*, quamvis hoc proprie ſignificet. *Ὑποληνίς* Callimacho eſt, quod aliis ſcriptoribus *ὑπολήνιον.* vas torculari ſubjacens, in quod uvarum liquor a torculari defluens excipitur. Latinis *lacus.* Sed hic improprie ſignificat loculos, ſeu vaſa, ex quibus potant equi in ſtabulis. *aquaria* poſſes dicere; ſcil. vaſa. *ἐπλήσαντο*, *impleverunt*, h. e. *implere ſolent.* Sic enim Graeci utuntur aoriſtis. TH. GRAEV.

Vſ. 168. *οἱ δέ σ' ἐφ' ἕδρην*] Videtur in animo habuiſſe locum Homeri Il. Ψ. 202. 203.

Vſ. 170. *Ἡνίκα δ' αἱ νύμφαι*] Locus ſatis difficilis non exercitato lectori; nam ſenſus ſeptimum aduſque verſum producitur *μὴ νειὸν τημοῦτος*· hoc eſt, *ἡνίκα αἱ νύμφαι σ' ἐνὶ χορῷ κυκλώσονται, τημοῦτος ἐμαὶ βόες μὴ τέμνοιεν νειὸν τετράγυιον ὑπ' ἀλλοτρίῳ ἀροτῆρι.* A. FABRI.

V. 171.

Ἀγχόθι πηγάων Αἰγυπτίου Ἰνωποῖο,
Ἢ Πιτάνης, (καὶ γὰρ Πιτάνη σέθεν) ἢ ἐνὶ Λίμναις,
Ἢ ἵνα, δαῖμον, Ἀλὰς Ἀραφηνίδας οἰκήσουσα
Ἦλθες ἀπὸ Σκυθίης, ἀπὸ δ' εἴπαο τέθμια Ταύρων·
Μὴ νειὸν τημοῦτος ἐμαὶ βόες εἵνεκα μισθοῦ
Τετράγυον τέμνοιεν ὑπ' ἀλλοτρίῳ ἀροτῆρι.
Ἦ γάρ κεν γυιαί τε καὶ αὐχένα κεκμηυῖαι

Κό-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

171 Ἰνωποῖο] Ἰνωπὸς, ποταμὸς Δήλου. Αἰγύπτιος δὲ, διὰ τὸν Νεῖλον, ὅτι καὶ αὐτὸς ἐκεῖ πλημμυρεῖ. ἢ ὅτι λέγεται τοῦ ὕδατος τοῦ Νείλου μετέχειν λαθραίως. Πιτάνη δὲ, πόλις Μακεδονίας.

172 Ἢ ἐνὶ Λίμναις] Λίμναι, δῆμος Ἀττικῆς, ἔνθα τιμᾶται ἡ Ἄρτεμις·

173 Ἀλὰς Ἀραφηνίδας] Δύο Ἀλαὶ δῆμοι τῆς Ἀττικῆς, Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες, καὶ Ἀλαὶ Αἰξωνίδες.

174 Τέθμια] Τὰ νόμιμα τῶν Ταυροσκυθῶν, τὸ θύειν τοὺς ξένους.

175 Τημοῦτος] Τηνικαῦτα.

176 Ὑπ' ἀλλοτρίῳ] Τὸ ἑξῆς, ἡνίκα αἱ νύμφαι τὴν Ἄρτεμιν τῷ χορῷ κυκλώσονται, μὴ γένοιτο τὰς ἐμὰς βοῦς ὑπ' ἀλλοτρίῳ μισθῷ ἐργάζεσθαι. καὶ γὰρ ὁ ἥλιος ἐπέχει τὸν ἑαυτοῦ δρόμον, καὶ αὐτὸς ἐφορῶν τὸν χορὸν τῶν νυμφῶν· ὥς τε γίγνεσθαι πολὺ τὸ τῆς ἡμέρας διάστημα.

Vs. 171. Αἰγυπτίου Ἰνωποῖο] Inopus Deli insulae fluvius, qui eodem modo quo Nilus ac pariter cum eo decrescit, augeturque. atque hac de causa *Aegyptium* appellat, propter eam quam cum Nilo Aegyptio habet proprietatem. Sed & alia caussa est, ut tradit Ortelius: nam Deli incolae occulto meatu ex Nilo ad se venire credebant; & sic caussa in aperto esset, cur cum illo pariter & decresceret & augeretur. Et haec est sententia Callimachi, ut patet ex versibus 206. 207. 208. H. in Del. A. Fabri.

Vs. 173 Ἢ ἵνα, δαῖμον,] Trajectio. Sic verba construe: ἢ ἵνα, δαῖμον, ἦλθες ἀπὸ Σκυθίης οἰκήσουσα Ἀλὰς Ἀραφηνίδας, ἀπὸ δ' εἴπαο id. ἀπείπαο δὲ τέθμια. i. νόμιμα. i. *sacra*, *sacrificia*, *ritum*. Nec ista trajectio durior est quam qua usus est Horat.

Phoebus volentem proelia me loqui,
Victas & urbes, increpuit lyra.

A. Fabri.

Ibid. Ἢ ἵνα, δαῖμον, Ἀλὰς &c.] Scholiastes dicit duos fuisse pagos in Attica, qui Ἀλαὶ dicebantur. Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες & Ἀλαὶ Ζωνίδες. Sed pro Ζωνίδες legendum Αἰξωνίδες, ut olim Meursius vidit in libello de pagis Atticis. Ἀλαὶ Αἰξωνίδες ad tribum Cecropidem, alter Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες & ad Aegidem pertinebant. Ἀλαὶ nomen acceperunt a duobus viris Athieniensibus. Erant autem Alae Araphanides, inter Phegeum juxta Marathonem, & Brauronem; Aexonides, prope urbem. Plura ibidem vide. Th. Graev.

Vs. 176. Τετράγυον] *La journée d'une charüe.* quare non erit quatuor jugerum; nam, ut ait Varro, *Juger est quod juncti boves uno die absolvunt.* γύη *mensura*, τετράγυιος *diurnus labor aratori praepositus.* Dicitur & γύη Aeschyl. in Prometh. Desmoth.

Τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευρὰς γύας.

A. Fabri.

Vs. 175.

Ad Aegyptii Inopi fontes,
Aut ad Pitanen, (nam & Pitane tua) aut in L mnis,
Aut ubi, Dea, Alas Araphenidas habitatura
Veneris a Scythia, deteſtata Taurorum ſacra,
Ne tum novalem boves meae pro mercede
Agrum ſecent, alieno ſub aratore.
Nam profecto & genubus & cervicibus feſſae

In

Vſ. 175. *νειὸν* —— *Τετράγυον*] Sic Edd. Ald. Froben. Benenat. & apud Apoll. Rhod. III. 411. *κατὰ νειὸν Ἄρηος τετράγυον.* Edit. Vaſcoſ. *τετράγυιον.* Vitioſe. Sed tamen id ſecutae ſunt plures editiones.

Vſ. 175. 176. Hos verſus imitando expreſſit Maximus *περὶ ἀρχῶν* vſ. 473. ſeqq. apud Fabric. Bibl. Graec. V. 25. p. 440.

Μὴ μὲν δὴ τημόσδε θέλειν ἐρίβωλον ἄρουραν
Ἄρνυσθαι μισθῷ ἐπιλατρίῳ· οὐ γὰρ ἄμεινον·
Οὐδὲ φέροι ὄνειαρ ὑπ' ἀλλοτρίῳ μογέοντι.

RUHNKEN.

Vſ. 177. *Ἦ γάρ κεν γυιαί τε καὶ αὐχένα κεκμηκυῖαι*] Neque hanc lectionem, neque illam quae margini adſcripta eſt, poſſe defendi exiſtimo: ideoque nec *γυιαὶ*, nec *γυίας* retineo, ſed *γυῖα* ſcribo. ut autem verſus hanc poſſit admittere, particulam *καὶ* illi praepono, pro vocula *τε* quae illi hic poſtponitur: ita ſcribens totum verſum,

Ἦ γάρ κεν καὶ γυῖα καὶ αὐχένα κεκμηκυῖαι.

Simul enim pro Ἠ eſt ſcribendum Ἦ, initio verſus. STEPHAN.

Ibid. *Ἦ γάρ κεν γυῖα*] Optime hunc locum correxit Stephanus, legendo:

Ἦ γάρ κεν καὶ γυῖα καὶ αὐχένα κεκμηκυῖαι.

A. FABRI.

Ibid. *Ἦ γάρ κεν γυιαὶ* &c.] Non recedendum ab omnium librorum ſcriptura, vertendum vero: *Sane & claudae & cervice laborantes.* Heſych. *Γυιὸς, χωλὸς, νοσώδης, πηρώδης.* & Suid. *Γυιῶ, βλάπτω, χωλῶ. Γυιαὶ βόες* ſunt, quae nimio labore ſic ſunt defatigatae, ut vix poſſint incedere, ac ſi claudae eſſent. TH. GRAEV.

Ibid *Ἦ γάρ κεν γυιαί τε* —— *κεκμηυῖαι*] Stephanus corrigit *καὶ γυῖα καὶ αὐχένα*, probantibus Anna Fabri & Spanhemio. Vulgatam autem, quam in libro ſuo habuit Scholiaſtes Cod. Reg. qui interpretatur *χωλαὶ*, poſt Nanſium ad Nonni Paraphr. p. 44. defendit Graevius ex Heſychio, qui habet verbum *γυιὸς*, *χωλὸς*, *πηρὸς*, *νοσώδης.* Fruſtra. Nam primo nimium eſt, feſſos boves, *γυιὰς*, *claudas* vocari. Id verbum veram claudicationem e *πηρώσει* notat. Deinde commode junguntur pedes & cervices, in quibus fatigatio boum maxime ſentitur. Favent etiam MSS. & edd. vett. quae habent *γυῖαι*, unde colligere licet, correctionem inductam, quod verſus laborare crederetur. Neque tamen correxerim *καὶ γυῖα*: nam & ſic verſus conſtat, quod ultima in *γυῖα* eſt in caeſura. *Γυῖα* de omnibus quidem membris dicuntur, ut ait Scholiaſtes Nicandri, ſed maxime de manibus & pedibus, nempe in quibus maxime vis corporis. Homer. Il. N. 61. *Γυῖα δ' ἔθηκεν ἐλαφρὰ, πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν.* Sed maxime & ſaepiſſime de pedibus, inprimisque genubus, in quibus & laſſitudo fere ſentitur. De pedibus eſt apud Homer. Il. N. 435. apud Apollon. Rhod. I. 1008. coll. 1010. cf. Schol. Nicand. p. 54. in fine. Similis eſt uſus *τῶν κώλων.* Eurip. Phoeniſſ. 1192. *χεῖρες δὲ καὶ κῶλα*, *manus & pedes.*

Ibid. *κεκμηυῖαι*] Recepi *κεκμηυῖαι* e MSS. Vat. Voſſ. edd. Ald. Vaſcoſ. Froben. Benenat. ut volebat Bentlejus. Eſt enim hoc poëtis proprium & Ionicum, ut Euſtathius tradit. Sed ſaepe apud poëtas altera forma,

quae

Κόπρον ἔπι προγένοιντο, καὶ εἰ Τυμφαιίδες εἶεν,
Εἰναετιζόμεναι, κεραλκέες· αἱ μέγ' ἄρισται
Τέμνειν ὦλκα βαθεῖαν. ἐπεὶ θεὸς οὔποτ' ἐκεῖνον
Ἦλθε παρ' Ἠέλιος καλὸν χορόν· ἀλλὰ θεῆται
Δίφρον ἐπιστήσας, τὰ δὲ φάεα μηκύνονται.
Τίς δὲ νύ τοι νήσων, ποῖον δ' ὄρος εὔαδε πλεῖστον;
Τίς δὲ λιμήν; ποίη δὲ πόλις; τίνα δ' ἔξοχα νυμφέων
Φίλαο, καὶ ποίας ἡρωΐδας ἔσχες ἑταίρας;
Εἰπὲ θεά, σὺ μὲν ἄμμιν, ἐγὼ δ' ἑτέροισιν ἀείσω.
Νήσων μὲν Δολίχη, πολίων δέ τοι εὔαδε Πέργη,
Τηΰ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

178 Κόπρον] Τὴν ἔπαυλιν.

Τυμφαιίδες] Ἠπειρωτικαί. Τύμφαι γὰρ, χωρίον τῆς Ἠπείρου. λέγεται δὲ καλὰς βοῦς ἔχειν τὴν Ἤπειρον.

179 Κεραελκέες] Διὰ τὸ τοῖς κέρασιν ἕλκειν τὸ ἄροτρον.

187 Πέργη] Μητρόπολις Παμφυλίας.

quae in prosa usitata est, (v. Wass. ad Thucyd. III. 59.) poëticae illi substituta est a librariis vel editoribus. Sic apud Apollon. Rhod. III. 234. pro κεκμηκότα MS. Guelferb. κεκμῆτα, ubi excidit ο. At IV. 1459. clare idem liber κεκμηότας pro vulgato κεκμηκότας.

Vs. 178. Στυμφαιίδες] Altera lectio est Στυμφαλίδες. (pro quo mendose adscriptum est margini Στυμφαλίδας) quum autem Στυμφαιίδες legat Scholiastes, perperam altera lectio expositioni ejus praefixa est. STEPHAN.

Ibid. Στυμφαιίδες] Si legatur Στυμφαλίδες, erit ἀπὸ Στυμφάλου, qui est urbs, mons, & fluvius Arcadiae. verum non video quo modo Στυμφαλίδες erit Ἠπειρωτικαὶ, cum analogiae ratio non patiatur, ἀπὸ τοῦ Στύμφαι deflecti. Sed ibi est error Typographi; nam legendum est, Στυμφαιίδες, Ἠπειρωτικαί. Στύμφαι γὰρ χωρίον τῆς Ἠπείρου. A. FABRI.

Ibid. Στυμφαιίδες] Stephanus de urbibus tradit Tympham dici montem Thesproticum, & urbem Tymphaeam; incolas dici Thymphaeos, foeminas Thymphaeas; κτητικὸν esse *Thymphaicus*; foemininum, Τυμφαΐς, ut Ἀχαΐς. Ubi in nostro auctore, quem laudat Stephanus, Cl. Holstenius pro Στυμφαιίδες recte legit Τυμφαιίδες & in scholiis Τύμφαι. Firmat Lycophron in Alexandra:

Ἐν ᾗ ποτ' αὖθις Ἡρακλῆ φθίσει δράκων
Τυμφαῖος ἐν θοίνῃσιν Αἰθίκων πρόμος.
In qua (Trampya urbe Epiri)
Herculem quondam
Tymphaeus perdet inter epulas draco Aethicum dux.

Ubi recte Schol. *Tymphaeus* exponit Epiroticus. Potuit tamen Aeolice pro Τυμφαΐς dicit Στυμφαΐς, ut dicebant pro μογερὸς Aeoles σμογερὸς, pro μῦς σμῦς. Jam vero Epiroticos boves robore & praestantia praecellere aliis notum est. Hinc & Romani pecuarias habebant magnas in Epiro, ut Varro ait praef. lib. II. de R. R. Vide quae de iis notat Mag-

In ſtabula veniant, ſi vel Tymphaicae ſint,
Novennes, robuſtis cornibus, quae longe optimae
Secare ſulcum altum. Etenim Deus nunquam illum
Praeterit ſol pulcrum chorum, ſed ſpectat
Currum inhibens, diesque producuntur.
Quae autem, quaeſo, inſularum, quique mons placuit maxime?
Quique lacus? quaeque urbs? quamque inprimis Nympham
Amas, & quas heroinas habuiſti ſodales?
Dic, Dea, tu quidem nobis, ego vero aliis canam.
Ex inſulis quidem Doliche, ex urbibus autem tibi placuit Perga,

Teu-

Magnus Bochartus Hieroz. II. 6. TH. GRAEV.

Ibid. Τυμφαιίδες] MSS. Ambr. Voſſ. Edd. Ald. Benenat. Steph. Στυμφαιίδες, quod perperam in ed. Vaſcoſ. mutatum in Στυμφαλίδες, ſervatumque a Frobenio. At MS. Reg. recte Τυμφαιίδες, quod jam Graevius receperat. Ita habuit in ſuo libro Scholiaſtes, ita Stephanus Byz. Praeter Holſtenium ad Steph. p. 332. etiam Salmaſius ſic corrigebat Callimachum ad Steph. in Βύνειμα, & Τύμφη.

Vſ. 179. κεραελκέες] Sic MSS. Vat. Ambr. Reg. Voſſ. Sic & Scholiaſtes habuit in libro ſuo. At Edd. Ald. Vaſcoſ. Froben. κερεαλκέες, quod praeferebat Th. Bentlejus, cui & ipſe aſſentior. Et res poſtulat: non enim hic refert, cornibus trahere, ſed de robore quaeritur, quod maximum habent in cornibus, quae eorum ſunt arma. Tum debet eſſe aliquid proprium, e quo virium magnitudo intelligitur: ſed trahere cornibus, quod de bubus ſane dicitur, unde κεραλκὲς, ap. Heſychium, ὁ τοῖς κέρασιν ἕλκων τὸ ἄροτρον, eſt commune, nec magnitudinem roboris indicat, quod tamen hic deſideratur. Denique κεραλκέες eſt apud Apoll. Rhod. IV. 469. quem locum jam protulit Th. Bentlejus, ſine varietate librorum, alterum nuſpiam. Primus Benenatus edidit κεραελκέες, quem Stephanus ſecutus eſt.

Ibid. ἄριςαι Τέμνειν] Sic Latini. Horatius:

Callidum, quicquid placuit, jocoſo
Condere furto. A. FABRI.

Vſ. 182. φάεα μηκύνονται] Sic Catull. in Coma Berenices dixit *feſtis luminibus*, hoc eſt, *feſtis diebus.* Neſcio an monuerint Interpretes. nil Scaliger. Muretus explicat, ſed non dicit unde ſumpſerit Catullus. A. FABRI.

Vſ. 184. ἔξοχα] MSS. Ambr. ἔξοχον. quae variatio paſſim in libris occurrit, ubi metrum rectiora docere librarios poterat. Sic apud Apollon. Rhod. III. 514. pro ἔμπεδα Guelferb. habet ἔμπεδον.

Vſ. 186. Εἰπὲ θεά, σὺ μὲν] Poteſt εἰπὲ jungi etiam cum pronomine ἄμμιν, ut interpungatur poſt θεά. STEPHAN.

Ibid. σὺ μὲν ἄμμιν] Virg. & Theocrit. Idyll. 23.

Εἰπὲ θεὰ, σὺ γὰρ οἶσθα, ἐγὼ δ' ἑτέρων ὑποφήτης
φθέγξομαι. A. FABRI.

Vſ. 187. Δολίχη] Edd. Flor. Ald. & Vaſcoſ. Δελίχην, quaſi referretur ad φίλαο.

Vſ. 189.

Τηΰγετον δ' ὀρέων, λιμένες γε μὲν Εὐρίποιο.
Ἔξοχα δ' ἀλλάων Γορτυνίδα φίλαο νύμφην,
Ἐλλοφόνον, Βριτόμαρτιν, ἐΰσκοπον· ἧς ποτε Μίνως
Πτοιηθεὶς ὑπ' ἔρωτι κατέδραμεν οὔρεα Κρήτης.
Ἡ δ' ὁτὲ μὲν λασίῃσιν ὑπὸ δρυσὶ κρύπτετο νύμφη,
Ἄλλοτε δ' εἰαμενῇσιν. ὁ δ' ἐννέα μῆνας ἐφοίτα
Παίπαλά τε κρημνούς τε· καὶ οὐκ ἀνέπαυσε διωκτύν,
Μέσφ' ὅτε, μαρπτομένη καὶ δὴ σχεδόν, ἥλατο πόντον
Πρηόνος ἐξ ὑπάτοιο· καὶ ἔνθορεν εἰς ἁλιήων
Δίκτυα, τά σφ' ἐσάωσεν. ὅθεν μετέπειτα Κύδωνες
Νύμ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

183 Τηΰγετον] Ὄρος Λακεδαίμονος.

Εὐρίποιο] Εὔριπος ὁ μεταξὺ Εὐβοίας καὶ Βοιωτίας ῥοῦς. καλεῖται δὲ οὕτως ἡ Εὔβοια, διὰ τὸ ἐπιμήκη αὐτὴν κεῖσθαι. λέγεται δὲ καὶ Μάκρις.

189 Γορτυνίδα] Κρητικήν· ἀπὸ τόπου.

190 Ἐλλοφόνον] Νεβροκτόνον.

Βριτόμαρτιν] Βριτόμαρτις, ὄνομα κύριον τῆς νύμφης. ἀφ' ἧς καὶ ἡ Ἄρτεμις ἐν Κρήτῃ Βριτόμαρτις τιμᾶται, ὡς Διογενιανός.

194 Παίπαλά τε] Τόπους τραχεῖς.

Vs. 189. Γορτυνίδα] MS. Voss. Γορτυννίδα.

Vs. 190. Ἐλλοφόνον] hoc est, κυνηγετικήν, καὶ φονεύουσαν ἐλλούς, τουτέστιν ἐλάφους. Nam ἐλλὸς est diminutivum ab ἔλαφος. VULCAN.

Ibid. Βριτόμαρτιν] De hac ita Solinus: *Cretes Dianam religiosissime venerantur βριτόμαρτιν gentiliter nominantes; quod sermone nostro sonat virginem dulcem.* V. Cl. Josephus Scaliger notat se in Glossariis Graecorum invenisse, Βριτὺ. τὸ γλυκὺ. ὡς Κρῆτες. VULCAN.

Ibid. Βριτόμαρτιν] Britomartis erat, uti tradunt, filia Jovis, & Carmae: ac Dianae, ob venandi studium, grata. Meminit ejus Claudianus in Stilic. Panegyr. III.

Ignea Cretaea properat Britomartis ab Ida.

Virgilius in Ciri:

—— ut quid ego amens
Te erepta, o Britomarti, mea spes una salutis,
Te, Britomarti, diem potui producere vita.

Plura de Britomarti vide apud Meursium in Creta lib. IV. c. 3. Doctissimus Casaubonus ad Strabonem notat, Cornutum dicere Brisein quasi Britein dictam, quasi dicas suavem & charam Achilli: & ut Graecis virginem παρθένος dici ἀπὸ τοῦ παραθεῖν τῇ μητρί, sic Cretenses virginem ὄμαρτιν appellasse παρὰ τὸ ὁμαρτεῖν τῇ μητρί. Matrem enim perpetuo olim secutas esse virgines. Horat.

Tandem desine matrem
Tempestiva sequi viro.

Sed rectius Salmasius ad Solinum docet Βριτόμαρτιν dici Cretensibus dulcem virginem. Βριτὺς enim lingua Cretica esse *dulcis*, & μάρτις eorundem dialecto significare *virginem*. Graecis enim μορτὸς esse ἄνθρωπος, unde μορτοβάτην ναῦν τὴν ἀνθρωποβάτην exponi Hesychio. μάρτις itaque dici mulierem. Cretenses autem, in

Teugetus e montibus, portusque Euripi.
Prae ceteris autem Gortyniam adamasti Nympham,
Cervorum interfectricem, Britomartin, bene collimantem: cujus quondam Minos
Percussus amore, pererravit montes Cretae.
Nympha autem modo sub umbrosis latebat quercubus comantibus,
Modo in paludibus. Ille vero per novem menses erravit
In saxis & rupibus: neque destitit persequi,
Donec, propemodum deprensa, desiluit in mare
Rupe de summa, insiluitque in piscatorum
Retia, per quae est servata. Unde postea Cydones Nym-

in α mutare solitos, & contra, *μαρτίς*. hinc *Βριτόμαρτις* iis vocari dulcem puellam. TH. GRAEV.

Ibid. *εὔσκοπον*] *εὔστοχον*, certam in collimando & figendo: ita infra vers. 262.

Μηδ' ἐλαφηβολίην, μηδ' εὐστοχίην ἐριδαίνειν.

VULCAN.

Vs. 191. *Πτοιηθεὶς ὑπ' ἔρωτι*] *percussus amore.* Saepe Lucianus hoc verbo usus est. A. FABRI.

Ibid. *Πτοιηθεὶς ὑπ' ἔρωτι*] Elegans verbum de amore vehementi. Aeschyl. Prometh. 855. *ἐπτοημένοι φρένας* eodem sensu, quem non assecutus est Scholiastes. Similem locum ex Hesiodo attulit Stanlejus, ubi de vehementi desiderio dicitur. Plato libenter utitur de vehementi cupiditate, ut in Phaedone T. I. p. 68. *ἐπτοῆσθαι περὶ τὰς ἐπιθυμίας*, & substantivum est exquisitum de Leg. VI. p. 783. *διαπτοήσεις ἀφροδισίων.* Hinc sequentes hoc verbo usi, ut exquisitae elegantiae. v. plura apud Dorvill. ad Charit. p. 754.

Vs. 192. *ὑπὸ δρυσὶ*] MS. Voss. *ὑπ' ὄφρυσι.*

Vs. 193. *εἰαμενῇσιν*] Interpres Homeri explicat *καθύδρῳ καὶ βοτανώδει τόπῳ.* A. FABRI.

Vs. 195. *ἥλατο πόντον.*] Verbum *ἥλατο* illustrat Vir doctus Obs. Misc. III. p. 95. *δὴ* abest a MS. Voss. *καὶ δὴ σχεδὸν* est etiam apud Apollon. Rhod. II. 1032. *δὴ σχεδὸν* apud Hesiod. Scut. Herc. 113. Et *καὶ δὴ* usitatissimum Atticis.

Vs. 196. *καὶ ἔνθορεν εἰς ἁλιήων Δίκτυα*] Strabo Geogr. lib. X. hanc Callimachi sententiam refutat. Dissentit etiam a Callimacho Diod. Siculus lib. 6. Pausanias in Corinthiacis cum Callimacho facit. VULCAN. Vide & Meurs. in Creta lib. II. cap. 5. ubi fuse de nomine Dictynnae differit. TH. GRAEV.

Ibid. *καὶ ἔνθορεν —— Δίκτυα*] Salmasius in Exercitationibus Plinianis Callimachum defendit, & a Strabone male reprehendi contendit. id enim ait, Strabonem culpare, quod dixerit a Cydoniatis Dictynnam vocatam esse, quia Cydonia non fuerit vicina Dictaeo monti. Sed male: *Κύδωνας* enim, ait, dixisse Callimachum poëtarum more omnes Cretenses, quia Cydonia urbium mater in Creta insula. Sic & *Cydonia tela* pro sagittis Creticis poëtas appellare. TH. GRAEV.

Vs. 197. *Κύδωνες Νύμφαν μὲν, Δίκτυναν*] Pausanias in Corinthiacis auctor est, Britomartim non solum a Cretensibus, sed ab Aeginetis, quibus in insula apparuit, cultam fuisse. *ἐπίκλησις δὲ οἱ*, inquit, *παρὰ τε Αἰγινήταις ἐστὶν Ἀφαῖα, καὶ Δίκτυννα ἐν Κρήτῃ.* Dictynnae appellatio unde fluxerit, jam dictum. *Ἀφαῖα* vero, *παρὰ τὸ ἀφανῆναι*, quod scilicet effugerit Mi-

Νύμφαν μὲν, Δίκτυναν, ὄρος δ', ὅθεν ἥλατο νύμφη,
Δικταῖον καλέουσιν· ἀνεστήσαντο δὲ βωμοὺς,
Ἱερά τε ῥέζουσι· τὸ δὲ στέφος ἤματι κείνῳ,
Ἢ πίτυς, ἢ σχῖνος· μύρτοιο δὲ χεῖρες ἄθικτοι.
Δὴ τότε γὰρ πέπλοισιν ἐνέσχετο μύρσινος ὄζος
Τῆς κούρης, ὅτ' ἔφευγεν· ὅθεν μέγα χώσατο μύρτῳ.
Οὖπι ἄνασσ' εὐῶπι, Φαεσφόρε, καὶ δέ σε κείνης
Κρηταέες καλέουσιν ἐπωνυμίην ἀπὸ νύμφης.
Καὶ μὴν Κυρήνην ἑταρείσαο, τῇ ποτ' ἔδωκας
Αὐτὴ θηρητῆρε δύω κύνε, τοῖς ἔνι κούρη
Ὑψηῒς παρὰ τύμβον Ἰώλκιον ἔμμορ' ἀέθλου.
Καὶ Κεφάλου ξανθὴν ἄλοχον Δηϊονίδαο,
Πότνια, σὴν ὁμόθηρον ἐθήκαο· καὶ δέ σε φασὶ
Καλὴν Ἀντίκλειαν ἴσον φαέεσσι φιλῆσαι,
Αἳ πρῶται θοὰ τόξα καὶ ἀμφ' ὤμοισι φαρέτρας
Ἰοδόκους ἐφόρησαν· ἀσύλωτοι δέ φιν ὦμοι

Δεξι-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

204 Οὖπι ἄνασσ' εὐῶπι] Οὖπις, ἐπίθετον Ἀρτέμιδος. ἢ παρὰ τὸ ὀπίζεσθαι τὰς τικτούσας, ἢ παρὰ τὴν θρέψασαν αὐτὴν Οὖπιν. ἢ διὰ τὰς Ὑπερβορέους κόρας, Οὖπιν, Ἑκαέργην, Λοξώ· ἃς ἐτίμησεν Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις· καὶ ἀπὸ μιᾶς μὲν Οὖπις ἡ Ἄρτεμις. Λοξίας δὲ καὶ Ἑκάεργος ἐκ τῶν λοιπῶν, ὁ Ἀπόλλων.

208 Ὑψηῒς] Ἡ Κυρήνη.

Ἰώλκιον] Τὸν τύμβον τοῦ Πελίου· Ἰώλκιος γὰρ ὁ Πελίας.

209 Καὶ Κεφάλου ξανθὴν] Ἤγουν τὴν Πρόκριν. καὶ καλὴν Ἀντίκλειαν. ἢ τὴν μητέρα Ὀδυσσέως, ἢ ἄλλην τινά.

Minois vim. Virg. in Ciri:

Nunquam tam obnixe fugiens Minois amores
Praeceps aëreis ſpecula de montibus iſſes:
Unde alii fugiſſe ferunt, & numina Phocae
Virginis aſſignant.

quo in loco praeclare, ut omnia, annotavit Cl. V. Joſephus Scaliger, pro *Numina Phocae* legendum *Numen Aphaeae*. VULCAN.

Vſ. 198. 200. *μετέπειτα καλέουσιν*] De hoc praeſenti notavi ad H. in Jov. 14. Huic loco ſimilis eſt alter ibid. 45. Nempe adhuc ab illo tempore ſic vocant. Similiter mox *ῥέζουσι*. At contra in re tranſitura ſtatim eſt aoriſtus, infra 248. 249. *μετέπειτα δωμήθη*.

Vſ. 201. *μύρτοιο δὲ χεῖρες ἄθικτοι*] Hoc, opinor, fiebat, quod Myrtus Veneri ſacra, quam haec averſabatur. A. FABRI.

Vſ. 205.

Nympham quidem Dictynnam, montem autem, unde desiluit Nympha,
Dictaeum vocarunt, dedicaruntque aras,
Et sacra faciunt. Sertum autem illa die
Aut pinus est, aut lentiscus: myrto autem manus sunt intactae.
Nam tum myrteo ramo adhaesit peplum
Puellae, cum fugeret, eaque propter valde indignata est myrto.
Upi regina, pulcra, faces gestans, etiam te illa
Cretenses cognomine vocant a nympha.
Enimvero etiam Cyrenen sodalem sumsisti, cui aliquando dedisti
Ipsa duos canes venaticos, per quos virgo
Hypseis ad tumulum Iolcium adepta est palmam.
Etiam Cephali flavam uxorem Deionidae,
Veneranda, comitem venationum tuarum fecisti: atque etiam te dicunt
Pulcram Anticleam, ut oculos tuos, amasse,
Quae primae celeres arcus, inque humeris pharetras
Sagittiferas tulerunt: cum nudus ipsis humerus

Dex-

Vs. 205. Κρηταέες] Ed. Ald. Κρηταίες.

Vs. 207. τοῖς ἔνι] Nota, *per quos*, *quorum opera*. A. FABRI.

Ibid. τοῖς ἔνι] Redolet Hebraismum, occurritque subinde apud poëtas, ut Eurip. Troad. 377. ἐν χεροῖν. add. ibid. 533.

Vs. 209. ἄλοχον] Procrin intelligit, & error est apud Schol. ubi pro Κεφάλε ἄλοχον, ἤγεν τὴν Πρόκνην, scribe Πρόκριν. A. FABRI.

Vs. 211. ἶσον φαέεσσι] Sic Catull. *Ni te plus oculis meis amarem*. Plaut. autem saepe, *oculitus amare*. A. FABRI.

Ibid. φαέεσσι] Prima syllaba natura sua longa, ut supra 182. corripitur ob sequentem vocalem, ut in φαεσφορίην vs. 11. nisi quis malit φάεσσι, ut supra φάεσι vs. 71.

Vs. 212. καὶ ἀμφ᾽ ὤμοισι φαρέτρας] Hinc refelles quod vulgo dicitur, nobiles tantum Deos pharetram humeris gestare. A. FABRI.

Vs. 213. ἀσύλωτοι] Male Interpretes, ut opinor, qui vertunt *inviolabiles*, *illaesi*: significat hic *nudi*. & vult Callimachus illis dextros humeros nudos fuisse, quemadmodum Amazonibus: non alibi, quod sciam, reperies. Explicationem meam probant sequentia, καὶ γυμνὸς παρεφαίνετο μαζὸς, quod fieri nequibat, ni item nudi fuissent humeri. A. FABRI.

Ibid. ἀσύλωτοι] Vocabulum, in quo omnes libri consentiunt, nisi quod MS. Vatic. habet ἀσύλλωτοι, nuspiam est obvium, quod sciam. Sed Eurip. Helen. 456. habet ἀσύλητον. Ναυαγὸς ἥκω, ξένος, ἀσύλητον γένος, *venio naufragus*, *hospes*, *inviolabilis*, quod genus hominum est inviolabile, sacrosanctum. Id verbum quis

fortasse

Δεξιτεροί, καὶ γυμνὸς ἀεὶ παρεφαίνετο μαζός.
Ἤνησας δ' ἔτι πάγχυ ποδορράην Ἀταλάντην
Κούρην Ἰασίοιο συοκτόνον Ἀρκασίδαο,
Καί ἑ κυνηλασίην τε καὶ εὐστοχίην ἐδίδαξας.
Οὔ μιν ἐπίκλητοι Καλυδωνίου ἀγρευτῆρες
Μέμφονται κάπροιο. τὰ γὰρ σημήϊα νίκης
Ἀρκαδίην εἰσῆλθεν, ἔχει δ' ἔτι θηρὸς ὀδόντας.
Οὐδὲ μὲν Ὑλαιόν τε καὶ ἄφρονα Ῥοῖκον ἔολπα,
Οὐδέ περ ἐχθαίροντας, ἐν Ἄϊδι μωμήσεσθαι
Τοξότιν· οὐ γάρ σφιν λαγόνες συνεπιψεύσονται,
Τάων Μαιναλίη νᾶεν φόνῳ ἀκρώρεια.
Πότνια, πουλυμέλαθρε, πολύπτολι. χαῖρε Χιτώνη,
Μιλήτῳ ἐπίδημε. σὲ γὰρ ποιήσατο Νηλεὺς
Ἡγεμόνην, ὅτε νηυσὶν ἀνήγετο Κεκροπίηθεν.
Χησιὰς, Ἰμβρασίη, πρωτόθρονε· σοὶ δ' Ἀγαμέμνων
Πηδά-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

215 Ποδορρώην] Τὴν τοῖς ποσὶν ὀρούσαν καὶ ὁρμῶσαν.

221 Οὐδὲ μὲν Ὑλαιόν τε] Ὑλαῖος καὶ Ῥοῖκος κένταυροι περὶ Ἀρκαδίαν, οὓς ἀνεῖλεν Ἀταλάντη βιασαμένους αὐτήν.

224 Τάων Μαιναλίη νᾶεν φόνῳ] Τῶν λαγόνων τῶν κενταύρων.

Νᾶεν] Ἔσταξεν, ἔβρεξεν. ὅθεν καὶ νᾶμα, καὶ νασμός.

228 Χησιὰς] Χήσιον, ἀκρωτήριον τῆς Σάμου. καὶ Ἴμβρασος, ποταμὸς τῆς Σάμου.

fortasse hic reponendum putet, ut analogiae magis consentaneum. Nam συλέω non dicitur, nisi quod poëtae verba in αω etiam altera forma in εω dicunt. Quod tamen non hanc vim habet, ut propterea inde adjectiva in ωτος fieri possint, ut περιβόωτος. Ceterum recte Anna Fabri interpretatur *nudus*. Claudianus Consul. II. Stilic. 240. de his Nymphis: *veniunt humeros & brachia nudae.* ὦμοι ἀσύλωτοι vel ἀσύλητοι proprie sunt, qui spoliari non possunt, h. e. quibus vestis non potest detrahi: deinde, in quibus vestis non est. Simili ratione apud Onomacritum Hymn. in Vener. 13. ἀχαλίνωτοι ἀνάγκαι, *necessitas, quae est sine freno.* i. e. *necessitas libera, suavis.*

Vs. 215 Ἤνησας] Eadem forma est H. in Del. 20. Suidas: Ἠνήσαμεν, ᾐνέσαμεν. Verti: *amasti*. Suidas: Ἠνέσαμεν, ἠσπασάμεθα, ἠγαπήσαμεν. Ante dixerat φίλαο. ποδωρράην] MS. Voss. ποδορράφην. v. ad H. in Del. 175. Ceterum hinc recte emendat Etymol. M. & Suidam in h. v. Cl. Ruhnkenius. Mox pro Ἀρκασίδαο MS. Voss. Ἀρκαδίδαο, ad analogiam. Sic scilicet debebat dici: sed, ut ait Stephanus in Ἀρκὰς, διὰ τὸ κακόφωνον dictum

Dexter, nudaque ſemper extaret mamma.
Amaſti praeterea valde pedibus celerem Atalantam,
Filiam Iaſii apricidam Arcaſidae,
Eamque & venari & ſagittis ſcite uti docuiſti.
Non ipſam advocati venatores Calydonii
Reprehendunt apri. Nam ſigna victoriae
Arcadiae illata, ſervatque & nunc ferae dentes.
Neque vero Hylaeum, dementemque Rhoecum, ſpero,
Quamvis infeſtos, in Orco obtrectaturos
Sagittariae. Non enim ipſis ilia commentientur,
Quorum Maenalia fluxit ſanguine rupes.
Veneranda, multas aedes urbesque tenens, ſalve Chitone,
Mileti advena. Te enim ſumſit Neleus
Ducem, cum navibus ſolveret Athenis.
Cheſias, Imbraſia, primas ſedes tenens: tibi Agamemnon

Gu-

dictum eſt Ἀρκασίδης, & femininum Ἀρκασίς.

Vſ. 216. Ἀρκασίδαο] Meminit hujus vocis Stephanus in *Arcadia*. Caeterum de duabus Atalantis, ne actum agam, adi Muretum ad Propert. Haec Milanioni nupſit, non Hippomeni. A. Fabri.

Vſ. 218. ἐπίκλητοι] Interpretes legunt ἐπίκλειτοι, cum vertant *celebres*, *illuſtres*. A. Fabri.

Vſ. 221. Ῥοῖκον] MS. Voſſ. Λύκον. in margine alterum.

Vſ. 222. μωμήσεσθαι] In Aldina editione corrupte legitur νωμήσασθαι, & in Froben. μωμήσασθαι. Vulcan.

Ibid. μωμήσεσθαι] Ed. Ald. νωμήσασθαι. MS. Voſſ. Edd. Vaſcoſ. Froben. μωμήσασθαι Idque videtur melius. Theocr. Id. IX. 24. τὰν οὐδ' ἂν ἴσως μωμάσατο τέκτων. Sed reliqui MSS. in μωμήσεσθαι, quod Benenatus induxit, conſentiunt, & ſequitur συνεπιψεύσονται. Idque rectius. Apollon. Rhod. I. 830. οὐδ' ἔτι σ', οἴω Γαῖαν ὀνόσσεσθαι. Verba ſperandi, putandi optime cum futuro ſtruuntur, etſi aoriſtus quoque rectus eſt & ferri poteſt, ut docet Stanlejus ad Aeſchyl. Prom. 626. Omninoque ſaepe futurum pro aoriſto. v. H. in Del. 7. Verbum συνεπιψεύδεσθαι, quod lexica non habent, eſt etiam apud Lucian. dial. meretr. 13. Mox MS. Voſſ. Μαιναλίην. Ed. Froben. νᾶς, & MSS. Voſſ. Ambr. 2. ἀκρώρειαν. Poſt vſ. 228. MS Voſſ. Χρηστιάς.

Vſ. 226 Μιλήτῳ ἐπίδημε] *Qui es allée demeurer a Milet*. Nil aliud ſuccurrit. A. Fabri.

Ibid. Μιλήτῳ ἐπίδημε.] Verterant: *quae Miletum habitas*. Spanhemius interpretabatur: *praeſens*. Ego verti: *advena*, quae Miletum commigraſti; quod ſequentia deſiderant. Sic Rhea dici poſſet Ῥώμη ἐπίδημε.

Ibid. Νηλεὺς] Theocrit. in elegantiſſimo Poëmatio, cui titulus eſt Ἠλακάτα, vſ. 3.

Θαρσεῦσ' ἄμμιν ὁμάρτει πόλιν ἐς Νείλεω ἀγλαάν.

A. Fabri.

Vſ. 228. πρωτόθρονε] Dianae dignitatem excellentiamque inter reliquos divos, ſupra ita deſcripſit verſ. 67.

Πηδάλιον νηὸς σφετέρης ἐγκάτθετο νηῷ,
Μείλιον ἀπλοΐης, ὅτε οἱ κατέδησας ἀήτας,
Τεύκρων ἡνίκα νῆες Ἀχαιΐδες ἄστεα κήδειν
Ἔπλεον, ἀμφ' Ἑλένῃ Ῥαμνουσίδι θυμωθεῖσαι.
Ἦ μέν τοι Προῖτός γε δύω ἐκαθίσατο νηούς·
Ἄλλον μὲν Κορίης· ὅτι οἱ συνελέξαο κούρας
Οὔρεα πλαζομένας Ἀζήνια· τὸν δ' ἐνὶ Λούσοις
Ἡμέρῃ· οὕνεκα θυμὸν ἀπ' ἄγριον εἵλεο παίδων.
Σοὶ καὶ Ἀμαζονίδες, πολέμου ἐπιθυμήτειραι,
Ἔν κοτε παρραλίῃ Ἐφέσου βρέτας ἱδρύσαντο

Φηγῷ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

232 Ῥαμνουσίδι] Ῥαμνοῦς, δῆμος Ἀττικῆς, ἔνθα τῇ Νεμέσει ὁ Ζεὺς συνεκαθεύδησεν. ἥτις ἔτεκεν ὠόν· ὅπερ εὑροῦσα ἡ Λήδα ἐθέρμανε, καὶ ἐξέβαλε τοὺς Διοσκούρους καὶ τὴν Ἑλένην.

235 Ἀζήνια] Ὄρος Ἀρκαδίας.

Τὸν δ' ἐνὶ Λούσοις] Ἡ εὐθεῖα τὰ Λοῦσα, ὡς Ἡρωδιανός.

236 Εἵλεο παίδων] Μανεῖσαι γὰρ αἱ τρεῖς αὐτοῦ θυγατέρες, πάλιν διὰ τῆς Ἀρτέμιδος ἡμερώθησαν. ὁ δὲ κτίζει ἱερὰ δύο· ἓν μὲν, Κορίης· ἓν δὲ, Ἡμερίης· διότι τὰς κόρας ἡμέρωσεν.

Αὐτὴ δ' ἐς πατρὸς δόμον ἔρχεαι. οἱ δέ σ' ἐφ' ἕδρην
Πάντες ὁμοῦ καλέουσι. σὺ δ' Ἀπόλλωνι παρίζεις.

Eadem enim praerogativa utitur qua Apollo Homericus:

Ὅντε θεοὶ κατὰ δῶμα Διὸς τρομέουσιν ἰόντα,
Καί ῥά γ' ἀναΐσσουσιν ἐπισχεδὸν ἐρχομένοιο
Πάντες ἀφ' ἑδράων ὅτι φαίδιμα τόξα τιταίνει. VULCAN.

Ibid. πρωτόθρονε] Πρωτόθρονος est primae sedis dea seu deus, hoc est, primi ordinis. Sic dicta est Diana, quod esset ex diis Consentibus. qui nimirum in consilium Jovis adhibebantur, & ejus erant adsessores, quos Cic. I. Tusc. vocat Deos majorum gentium. De his Augustin. IV. de Civit. Dei cap. 23. *Quis ferat, quod neque inter Deos Consentes, quos dicunt in consilium Jovis adhiberi, nec inter deos, quos selectos vocant, Felicitas constituta est?* Hos fuisse sex mares, & sex foeminas constat. Omnes enumerat Ennius apud Apulejum de Deo Socratis:

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. TH. GRAEV.

Vs. 230. Μείλιον] Idem verbum sic est in epigrammate Paulli Silent. quod dedimus ad H. in Apoll. 33. Add. Cel. Albertum ad Hesychium in Ἐπιμείλια, quod verbum ille rectissime repudiat.

Ibid. κατέδησας ἀήτας] Forma ducta ex Homero Od. K. 20. Imitatus est etiam Horat. Carm. I. 3.

Vs. 232. Ἑλένῃ Ῥαμνουσίδι] Schol. ait esse e Rhamnunte Atticae pago, ubi Jupiter cum Nemesi concubuit, quae postea ovum peperit: quod, cum Leda reperisset, illud fovit,

&

Gubernaculum navis ſuae dedicavit in templo,
Donum contra navigandi difficultatem, quando ei obſtrinxeras ventos,
Cum naves Achivae ad Teucrorum urbem vaſtandam
Navigare vellent, propter Rhamnuſiam Helenam iratae.
Enim vero etiam Proetus tibi duo aedificavit templa:
Alterum quidem Puellaris (Coreſiae) quod ei collegiſſes puellas
Per montes vagantes Azenia: alterum Luſſis
Manſuetae, quod feros filiabus exemeras animos.
Tibi etiam Amazones belli cupidae
Olim in littore Epheſi ſimulacrum dedicarunt
Fagi-

& Helenam cum Dioſcuris in lucem protulit. Hanc fabulam narrat Hyginus. A. FABRI.

Vſ. 233. Προῖτ@] Rex Argivorum. Hanc ſeu fabulam ſeu hiſtoriam tangit Virgil.

Proetides implerunt falſis mugitibus auras. A. FABRI.

Ibid. δύω ἐκαθίσσατο] MS. Voſſ. δύο ἐγκαθήσατο. Edd. Vaſcoſ. Froben. ἐκαθίσατο.

Vſ. 235. Οὔρεα πλαζομένας ἀξείνια] Reddunt interpretes, *Vagantes montibus inhoſpitis.* Sed Graecus Scholiaſtes ἀξείνια interpretatur ὄρ@ Ἀρκαδίας. Unde non dubito, quin is legerit apud Callimachum Ἀζήνια, vel potius Ἀζάνια. Nam Clitorium erat vicinum Azaniae. Holſtenius ad Stephanum, p. 9. b. TH. GRAEV. Sic (Ἀζήνια) etiam corrigebat Vir doctus in margine ed. Vaſcoſ. Res eſt ita manifeſta, ut hanc correctionem in textum recipere non dubitarim. Pertinet huc etiam locus Lutat. ad Stat. Theb. IV. 293. ubi vide Barthium.

Vſ. 235. ἐνὶ Λέσσοις] Luſſi Arcadiae vicus, Pauſaniae, Steph. & Polybio: ὅπȣ Μελάμπȣς ἔλȣσε τὰς Προίτȣ θυγατέρας, καὶ ἔπαυσε τῆς μανίας. A. FABRI.

Ibid. ἐνὶ Λόσσοις] v. Polyb. IV. 25.

Vſ. 238. Ἔν κοτε παῤῥαλίῃ Ἐφέσȣ] Spanhemius malebat Ἐφέσῳ, *in maritima Epheſo*, e Dionyſio 827. quod bene refellit Arnaldus Animadv. p. 67. docens auctoritate Strabonis XIV. p. 947. ſtatuam Dianae ab Amazonibus non in urbe, ſed foris ad littus dedicatam fuiſſe. Sed tamen favet ei correctioni MS. Voſſ. qui habet Ἐφέσῳ. In eodem Codice eſt ποτε pro κοτε.

Ibid. βρέτας ἱδρύσαντο] Hoc Pauſanias in Corinthiacis, (II. p. 115.) deauratum fuiſſe ſcribit, excepta facie. τὰ δὲ πρόσωπα, inquiens, (nam & Bacchi ejuſdem formae fuiſſe ſcribit) ἀλοιφῇ ἐρυθρᾷ κεκόσμηνται. VULCAN.

Ibid. βρέτας ἱδρύσαντο] Clemens Alex. Protrept. p. 30. A. tradit, ſtatuas Deorum fuiſſe olim ξόανα, i. e. ſine figura humana, at ἐπεὶ ἀνθρώποις ἀπεικονίζεσθαι τὰ ξόανα ἤρξατο, βρέτη τὴν ἐκ βροτῶν ἐπωνυμίαν καρπώσασθαι. Idem fere Heſychius. Vulcanius autem ad hunc locum confundit ſtatuam Dianae cognomine Epheſiae, quae fuit in templo cognomine, cum Epheſiaca. De illa ibi ſermo. Spanhemius hic fruſtra difficultatem movet in Dionyſio, qui vſ. 827. templum commemorat. Nam & noſter mox vſ. 248. templum ibi ſtructum tradit. Nec illud ἐνὶ πρέμνῳ πτελέης nimis

Φηγῷ ὑπὸ πρέμνῳ· τέλεσεν δέ τοι ἱερὸν Ἱππώ·
Αὐταὶ δ', Οὖπι ἄνασσα, περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο,
Πρῶτα μὲν ἐν σακέεσσιν ἐνόπλιον, αὖθι δὲ κύκλῳ
Στησάμεναι χορὸν εὐρύν· ὑπήεισαν δὲ λίγειαι
Λεπταλέον σύριγγες, ἵνα πλήσσωσιν ὁμαρτῇ·
(Οὐ γάρ πω νέβρεια δι' ὀστέα τετρήνοντο,
Ἔργον Ἀθηναίης ἐλάφῳ κακόν) ἔδραμε δ' ἠχὼ
Σάρ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

239 Ἱππὼ] Μία τῶν Ἀμαζόνων.
245 Ἔργον Ἀθηναίης] Ἀθηνᾶ γὰρ ἔφορος πάσης τέχνης.

mis urgendum, & vertendum *sub*, sed *ad*, *apud*. Sic ἐν Σαλαμῖνι, *prope Salamina*, Lycurgus Or. c. Leocr. c. 17. Pro ἱδρύσαντο MS. Voss. ἱερύσαντο.

Vs. 239. Φηγῷ ὑπὸ πρέμνῳ] Alii tamen non in fagi, sed ulmi trunco. Dionysius, πρέμνῳ ἐνι πτελέης. Legebat Pater meus φηγῷ ὑπό. φηγῷ Dor. pro φηγοῦ. Nil certius. A. Fabri. Sic quoque legendum olim censuit anonymus P. Francii & Matthaeus Sladus. Th. Graev.

Ibid. Φηγῷ ὑπὸ πρέμνῳ] Dionysius l. c. πτελέης πρέμνον habet, quod parum refert. Faber corrigebat φηγῶ, ut esset genitivus Doricus, probante Spanhemio. Sic H. in Del. 209. est φοίνικος πρέμνον. Sed hic Dorismus ille locum non habet: nec opus est correctione, cum hujus formae plura exempla occurrant, substantivi pro adjectivo positi, φηγὸς πρέμνον pro φηγινὸν πρέμνον. Apoll. Rhod. II. 922. φοίνικι λέχει pro φοινικηῷ seu φοινικέῳ &c. Aristoph. Plut. 592. pro κοτίνου στεφάνῳ in codice Dorvill. erat κοτίνῳ στεφάνῳ, ubi vid. Cel. Hemsterhus. Vid. exempla & auctores, qui de hac forma egerunt, apud Cel. Albertum ad Hesych. T. I. p. 143. Fundus formae est in Homerico illo Il. H. 383. & alibi, νηῒ παρὰ πρύμνῃ. Quod autem Laur. Theod. Gronovius ad marmor. basin p. 158. verba sic interpretanda contendit, *fagino in stipite*, intelligitque ita, ut truncus fagi resectus statuae Dianae pro basi fuerit, accepto ὑπὸ pro ἐπὶ, quod etiam rescribi volebat P. Faber Semestr. III. 3. id facile est refellere. Πρέμνον cum arboris nomine apud poëtas fere servit periphrasi arboris, significatque arborem ipsam, ut φοίνικος πρέμνον l. c. quamquam interdum cum relatione ad partem inferiorem & crassiorem, ὑπὸ autem ut Lat. *sub* usurpatur in exprimenda propinquitate locorum & temporum, & nunquam ὑπὸ τραπέζῃ est *in mensa*; planeque alienum est Homericum, ὑπὸ τεύχεσι πεπτηῶτες κείμεθα, quod quidem verti potest *in armis*, sed accuratius vertitur *sub armis*, intelligendum ex illo Homerico, Δούπησεν δὲ πεσὼν, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ, quod expressit Virgilius aliquoties, *sonitum super arma dedere:* Nec fert ratio scribendi, ut in commemoranda tali dedicatione & collocatione statuarum apud poëtas baseos mentio fiat.

Ibid. Ἱππὼ] Illam Graeci & Latini *Otreram* dicunt. Hygin. A. Fabri.

Vs. 240. Αὐταὶ] Verti: *ceterae*, intel. Amazones. Nam αὐτὸς fere significat in distinctionibus partem eam, quae non diserte nominata est: ut apud Hom. Il. A. 4. de hominibus, quibus perniciei fuit ira Achillis, commemorantur ψυχαί: sequitur αὐτοὺς δὲ, h. e. corpora. Atque hinc eam rationem alii duxere. Sic post disertam mentionem ducis, αὐτοὶ sunt milites: post militum mentio-

Fagino ſub trunco, ſacrum faciente Hippone.
Ceterae autem, Upi regina, pyrrhicham circa ſaltarunt
Ab initio ſcutatae armatam, mox in orbem,
Amplo facto choro, ſuccinentibusque ſuavibus
Acute fiſtulis, ut pulſarent terram ſimul.
(Nondum enim hinnulorum oſſa perteretrabant,
Quod inventum eſt Minervae, cervo noxium) cucurrit autem ſonus

Sar-

tionem, αὐτὸς dux: & ſimiliter in ceteris.

Ibid. πρύλιν] Πρύλις, teſte Euſtathio, ſignificat ſaltationem, quae in armis fiebat. quae alio nomine πυῤῥίχη, apud veteres Latinos *bellicrepa ſaltatio* dicebatur, ut teſtatur Feſtus Pompejus, & ita hoc loco uſurpatur a Callimacho. TH. GRAEV.

Vſ. 241. αὖθι δὲ κύκλῳ &c.] Vid. praeter Spanhemium ad h. l. Kuſterus ad Ariſtoph. Plut. 761. Sed adſcribam locum Apollonii, qui e noſtro ductus videri poteſt, I. 536. ſeqq.

Οἱ δ' ὥς' ἠΐθεοι Φοίβῳ χορὸν ἢ ἐνὶ Πυθοῖ,
Ἤ πε ἐν Ὀρτυγίῃ, ἢ ἐφ' ὕδασιν Ἰσμηνοῖο
Στησάμενοι, φόρμιγγος ὑπαὶ περὶ βωμὸν ὁμαρτῇ
Ἐμμελέως κραιπνοῖσι πέδον ῥήσσωσι πόδεσσιν.

Ῥήσσειν ὁμαρτῇ eſt ex Homero Il. Σ. 573. Utrumque locum jam notavit Th. Bentlejus. Ex his locis poſſit alicui in mentem venire, Callimachum ſcripſiſſe ῥήσσωσιν ὁμαρτῇ. Sed nihil mutandum eſt. Eodem modo dixit H. in Del. 306. Arnaldus autem corrigi volebat πλίσσωσιν, uſus loco Ariſtoph. Acharn. 217. ubi eſt ἀπεπλίξατο. Rectius uſus eſſet loco Homeri Od. Z. 318. εὖ μὲν τρώχων, εὖ δὲ πλίσσοντο πόδεσσιν. quem ibi Scholiaſtes profert. Sed nec hic, nec alii loci proſunt. Nam, ut bene Th. Bentlejus, ſermo in loco Homeri eſt de mulabus per curſum fortiter pulſantibus terram: & ſimiliter in loco Ariſtophanis eſt de curſu ſermo, eſtque ibi ἐλαφρῶς ἀπεπλίξατο *facile effugit*. Citius hoc verbum reddiderim Arato 1089. de pecudibus terram pede ferientibus: Ἡ ὁπότ' ἄλλοθεν ἄλλοι ἀναπλήσσωσι πόδεσσιν. Sed nec hic neceſſe eſt aliquid mutari, facitque hic locus potius ad Callimachi lectionem defendendam.

Vſ. 243. ἵνα πλήσσωσιν ὁμαρτῇ] Gallice verterem, *afin qu'elles allaſſent en cadence toutes enſemble*; nam ea vis eſt verbi πλήσσω, a quo πληγὴ, quod aliquando ſignificat *meſure*, *cadence*. Reperi apud Heſychium, πλήσσοντο, διέβαινον. Locus ſatis difficilis, & tamen nil Scholiaſtae. A. FABRI.

Ibid. πλήσσωσιν ὁμαρτῇ] Scil. γῆν. Verbum e verbo eſt, *ut percutiant junctim* terram. hoc eſt, ad numerum ſaltent, ut apud Horat.

Nunc pede libero pulſanda tellus.

Πλήσσειν eſt pulſare tellurem. Pro πλήσσειν dixit Homerus πλίσσειν, Odyſſ. ζ. 318.

Αἱ δ' εὖ μὲν τρώχων, εὖ δὲ πλίσσοντο πόδεσσιν.

Atque illi quidem bene currebant, bene etiam gradatim incedebant pedibus.

Hoc vero Euſtathius notat Aeolice dici pro πλήσσειν: & ab eo exponitur βηματίζειν, quod eſt *metiri paſſus*, & translate *ſaltare ſcienter*. TH. GRAEV.

Vſ. 244. νέβρεια] Tibia enim a tibiis animalium. Antipater: Νεβρείων ὁπόσον σάλπιγξ ὑπερίαχεν αὐλῶν. A. FABRI.

Ibid. τετρήνοντο] MSS. Reg. Ambr. I. Voſſ. τετρήναντο. Sic placebat viro

 docto

Σάρδιας, ἔς τε νομὸν Βερεκύνθιον. αἱ δὲ πόδεσσιν
Οὖλα κατεκροτάλιζον, ἐπεψόφεον δὲ φαρέτραι.
Κεῖνο δέ τοι μετέπειτα περὶ βρέτας εὐρὺ θέμεθλον
Δωμήθη· τοῦ δ' οὔπι θεώτερον ὄψεται ἠώς,
Οὐδ' ἀφνειότερον· ῥέα κεν Πυθῶνα παρέλθοι.
Τῷ ῥα καὶ ἠλαίνων ἀλαπαζέμεν ἠπείλησε
Λύγδαμις ὑβριστής· ἐπὶ δὲ στρατὸν ἱππημολγῶν
Ἤγαγε Κιμμερίων, ψαμάθῳ ἴσον, οἵ ῥα παρ' αὐτὸν
Κεκλι-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

246 Σάρδιας] Πόλις Λυδίας.
Βερεκύνθιον] Μεταξὺ Λυδίας καὶ Φρυγίας.

250 Ῥέα κεν Πυθῶνα] Ὅμηρος· Οὐδ' ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει.

251 Ἠλαίνων] Μωραίνων.

docto in marg. ed. Vascos. vel τετραίνοντο.

Vs. 246. ἔς τε νομὸν Βερεκύνθιον] *In tractum Berecynthium*, hoc est, in Βερεκυντίαν. Stephanus: Βερέκυνθος ἐστὶ πόλις Φρυγίας, καὶ ἡ χώρα Βερεκυντία. *Berecynthus urbs Phrygiae, regio Berecyntbia.* Incolae, ut ibidem docet, sunt Βερεκύνται. *Berecyntbae* Straboni dicuntur Βερέκυντες; quos dicit populum esse Phrygum & Trojanorum, circa montem Idam. Scribitur Βερέκυνθος & Βερέκυνθος. TH. GRAEV.

Vs. 247. Οὖλα κατεκροτάλιζον] *Plaudebant pedibus.* tametsi frequentius κροταλίζειν significat κρέειν ταῖς χερσὶν, ut annotat Hesychius. Unde & κρόματα dicta. Martialis:

Edere lascivos ad Baetica crumata gestus.

quorum maximus passim hodie in Hispania usus est in choreis. Neque enim saltant quin simul aut nuda medii digiti ad pollicem collisione strepitum excitent, vel testulas quasdam ligneas, quas *Castañetas* vocant, (quo nomine & crepitum ipsum, quem edunt, appellant) digitis aptent, & convexa sui parte inter se collidant: Vel, ut in festis & supplicationibus publicis, *Scbillos*, ut vocat Arnobius, Hispani *Caxcabeles*, hoc est, parva quaedam tintinnabula sive crepitacula pedibus alligent: Vel quadratum tympanum, quod Hispani *Pandero* vocant, Isidorus lib. 3. Originum, *Pandorium* (tametsi eam vocem pro fistula pastorali accipere videatur ea fortasse ratione qua Catullus Tympanum tubam Cybeleiam vocat) utrinque manu pulsantes, raucum quendam sonitum edant. Nam convexorum tympanorum, quos *Atabales* vocant, & ab equitibus pulsantur, in bellis tantum vel pompa regia est usus, ut vulgaris tympani quod *Atambor* vocant, & peditum proprium est, in rebus militaribus. De Crotalo vero qui plura desiderat, legat quae V. Cl. Josephus Scaliger in Copam Virgilii ex Apulejo & Commentariis Graecorum adfert. VULCAN.

Ibid. Οὖλα] *Alacriter*, ut Hymn. in Jovem vs. 53. A. FABRI.

Ibid. Οὖλα κατεκροτάλιζον] Id est, *magnum edebant strepitum.* Illa vero instrumenta, quae motu pedum agitaban-

Sardes usque & Berecynthios fines. Illae autem pedibus
Fortiter ſtrepebant, ſonantibus pharetris.
Illud autem circa ſimulacrum poſtea amplum templum
Exſtructum eſt; quo non magnificentius videbit ſol,
Nec locupletius: facile Pythona ſuperet.
Itaque etiam furens diripere minatus eſt
Lygdamis inſolens, & exercitum Hippimolgorum
Adduxit Cimmeriorum, arenae parem; qui ad ipſum
Vici-

tabantur, Latinis dicuntur *Scabilla*. Vide Ruben. de lato clavo II. 17. TH. GRAEV.

Ibid. Οὖλα κατεκροτάλιζον] Οὖλα h. l. intelligo *ſtrenue*, *fortiter*, ut ad H. in Jov. 52. accipiebat Th. Bentlejus. Homer. Il. P. 756. 759. de ſturnis, οὖλον κεκλήγοντες. Schol. ὀξὺ, πυκνόν. Hanc interpretationem deſiderant & κατεκροτάλιζον & ſequentia. Ἐπεψόφεον δὲ φαρέτραι imitatio nobiliſſimi loci Homerici Il. A. 46. quem & Virgilius expreſſit in illo: *tela ſonant humeris.*

Vſ. 248. περὶ βρέτας εὐρὺ θέμεθλον] In editione Henrico-Stephaniana, ut & Aldina & Frob. mendoſe legitur εὐρυθέμεθλον, una dictione, cum legendum ſit disjunctim εὐρὺ θέμεθλον. ut ſit ſenſus: περὶ κεῖνο βρέτας (cujus videlicet ſupra meminit verſ. 238.) μετέπειτα ἐδωμήθη εὐρὺ θέμεθλον. ut Hippo primum ei exiguum fanum erexerit, poſtea Epheſii auguſtiſſimum templum exſtruxerint. de quo in Actis Apoſtolorum. Per θέμεθλον vero εὐρὺ, ex amplitudine fundamentorum molem templi ſuperexſtructi ſignificat. VULCAN.

Ibid. βρέτας] Ἄγαλμα, παρὰ τὸ βροτῷ ἐοικέναι. Heſychius, & Scholiaſtes Ariſtophanis. Sunt qui credant nomen eſſe indeclinabile. miror, cum apud Aeſchylum reperiatur βρέτη, & βρετέων in ἑπτὰ ἐπὶ Θηβ.

Πότερα δῆτ' ἐγὼ ποτι-
πίσω βρέτη δαιμόνων;
ἰὼ μάκαρες ἔνεδροι,
ἀκμάζει βρετέων ἔχεσθαι.

& in Περσ.

Οἳ γῆν μολόντες Ἑλλάδ', οὐ θεῶν βρέτη
Ἠδοῦντο συλᾶν.

Reperitur etiam apud Heſychium βρέταϊ, id eſt ἀπεικονίσματι. A. FABRI.

Vſ. 249. τοῦ δ' ἔτι θεώτερον] Vide Philonem Conſtantinopolitanum de ſeptem miraculis, & quae ibi notat Allatius. TH. GRAEV.

Ibid. τοῦ δ' ἔτι θεώτερον.] τοῦ δ' MSS. Ambr. Edd. Ald. Vaſcoſ. Froben. Benen. Poſt editum τῶν. Cum clarum ſit ad templum ſolum referri, veterem lectionem reſtitui. Senſum eundem de templo Epheſio expreſſit Dionyſ. Perieg. 829. περιώσιον ἀνδράσι θαῦμα. Ἠὼς de ſole etiam dixit Muſaeus 110. κατήιεν ἐς δύσιν ἠώς. Sic & Latini *auroram*. v. Daviſ. ad Cic. N. D. I. 28.

Vſ. 251. Τῷ ῥα καὶ ἠλαίνων] ἠλαίνειν non ſolum eſt τὸ μωραίνειν, verum etiam μαίνεσθαι. VULCAN.

Ibid. ἠλαίνων ἀλαπαζέμεν] Proprie ἠλαίνειν & ἠλαίνεσθαι eſt *errare*, *vagari*, (ab ἄλω, unde ἀλαίνω, vox Euripidea. v. Valkenar. ad Phoeniſſ. p. 518. item ἠλάσκω & ἠλασκάζω) quo ſenſu dixit Theocrit. Id. VII. 23. ut ibi interpretatur etiam Scholiaſtes. Inde ἠλαίνων eſt *amens*, *furioſus*, qui errore mentis oppreſſus eſt, exiit de ſtatu mentis. MS. Voſſ. ἠλλαίνων.

Ibid. ἀλαπαζέμεν ἠπείλησε] Scribendum potius ἀλαπαξέμεν. STEPHAN. Sic habent MSS. Ambr. & Voſſ. idemque placebat viro docto in margine ed. Vaſcoſ. Sed non eſt neceſſarium.

Vſ. 253. Ἤγαγε —— ἶσον] In Etymol. MS. Biblioth. Reg. v. Ἶσος, haec eſt

Κεκλιμένοι ναίουσι βοὸς πόρον Ἰναχιώνης.
Ἆ δειλὸς βασιλέων ὅσον ἤλιτεν. οὐ γὰρ ἔμελλεν
Οὔτ' αὐτὸς Σκυθίηνδε παλιμπετὲς, οὔτέ τις ἄλλος
Ὅσσων ἐν λειμῶνι Καϋστρίῳ ἔσταν ἅμαξαι,
Νοστήσειν· Ἐφέσου γὰρ ἀεὶ τεὰ τόξα πρόκειται.
Πότνια Μουνυχίη, λιμενοσκόπε, χαῖρε Φεραίη.
Μή τις ἀτιμήσῃ τὴν Ἄρτεμιν· οὐδὲ γὰρ Οἰνεῖ
Βωμὸν ἀτιμάσαντι καλοὶ πόλιν ἦλθον ἀγῶνες.
Μηδ' ἐλαφηβολίην, μηδ' εὐστοχίην ἐριδαίνειν·
Οὐδὲ γὰρ Ἀτρεΐδης ὀλίγῳ ἐπικόμπασε μισθῷ.
Μηδέ τινα μνᾶσθαι τὴν παρθένον· οὐδὲ γὰρ Ὦτος,
Οὐδὲ μὲν Ὠαρίων ἀγαθὸν γάμον ἐμνήστευσαν.

Μηδὲ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

254 Βοὸς πόρον Ἰναχιώνης] Τῆς Ἰοῦς, τῆς εἰς βοῦν μεταμορφωθείσης. Βόσποροι δὲ εἰσὶ δύο, ὅ, τε τοῦ Βυζαντίου, καὶ ὁ Κιμμέριος.

259 Μουνυχίη] Μουνύχιον γάρ ἐστι μέρος τοῦ Πειραιῶς, τοῦ λιμένος τῶν Ἀθηνῶν.

est nota Grammatici veteris, quam mecum communicavit Cl. Ruhnkenius: Παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐποποιοῖς εὑρίσκεται συνεσταλμένον τὸ ῑ, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· ἤλασε Κιμμερίῳ ψαμάθῳ ἶσον. In Κιμμερίῳ est vitium scripturae, sed ἤλασε non adeo spreverim: est enim exquisitius vulgato. Ceterum patet hinc id, quod bene monebat V. Cl. ad hunc locum pertinere locum Etym. M. in Ἶσος, qui a Bentlejo inter fragmenta temere editus est n. CCCXXVIII.

Vs. 254. Κεκλιμένοι] Situm & vicinitatem notat hoc verbum. Fundus formae hujus Homerus Il. E. 709. Ὅς ῥ' ἐν Ὕλῃ ναίεσκε —— Λίμνῃ κεκλιμένος Κηφισσίδι. Nec poëtae modo id imitati sunt; sed etiam prosaici, ut Polybius II. 14. πλευρὰ Ἰταλίας πρὸς τὴν ἀνατολὴν κεκλιμένη.

Ibid. βοὸς πόρον] Bosporum Cimmerium, de quo sic Aeschylus in Prometh.

Ἔσται δὲ θνητοῖς εἰς ἀεὶ λόγος μέγας
Τῆς σῆς πορείας, Βόσπορος δ' ἐπώνυμος
Κεκλήσεται. A. Fabri.

Vs. 255. Ἆ δειλὸς βασιλέων] hoc est, ἐν τοῖς βασιλεῦσι. Vulcan.

Ibid. δειλὸς βασιλέων] Dicitur ut δῖα θεάων, id est, *inter Deas divina*: δειλὸς βασιλ. *miser inter Reges*. Ita & Lucret.

—— *omnium quae clara clueret*.

i. *clara inter omnes*. A. Fabri.

Vs. 257. ἅμαξαι] Scytharum plaustris proprium verbum, a quo etiam ἁμαξόβιοι dicti. Sunt autem intelligendae *camarae*, tecta plaustra, Herodot. I. 199. de quibus praeclare Hemsterhusius, vir summus, ad Aristoph. Plut. p. 369. Adde & nostra ad Tacitum H. III. 47.

Vs. 259. Μουνυχίη] Diana Munychia, a Munychia portu Atticae, non longe Piraeo. Ortelius. At Scholia-

Vicini habitant bovis fretum Inachiae.
Ah! ſtultiſſimus regum, quantopere erravit! Non enim
Neque ipſe in Scythiam retro, neque alius quis,
Quorumcunque in prato Cayſtrio ſteterunt plauſtra,
Rediturus erat. Epheſum enim ſemper tui arcus tuentur.
Veneranda Munychia, portuum praeſes, ſalve Pheraea.
Nemo contemnat Dianam. Neque enim Oeneo,
Aram ejus negligenti, honeſta venerunt certamina.
Neque quis venandi arte & ſagittarum uſu contendat.
Neque enim Atrides parva gloriatus eſt mercede.
Nec quis audeat ambire virginem. Neque enim vel Otus
Vel Oarion laetas nuptias ambierunt.

Ne-

liaſtes noſter facit partem Piraei: Μουνύχιον γὰρ, inquit, ἐςὶ μέρος τοῦ Πειραιῶς, τοῦ λιμένος τῶν Ἀθηνῶν. A. Fabri. Photius P. CP. in lexico MS. etiam Minervam vocat *Munychiam*, his verbis: Μουνυχία, τόπος τοῦ Πειραιῶς, ἀπὸ Μουνυχίας Ἀθηνᾶς, ἥτις ἐπωνομάσθη ἀπὸ Μουνύχου τοῦ Παντευκλέους. Th. Graev.

Vſ. 260. Μή τις ἀτιμήσῃ] Verti: *contemnat*, *negligat*: hic enim h. l. eſt ſenſus: non, *exbibere bonorem debitum.* Nam Homero auctore, quo uſus eſt Callimachus, Oenei delictum fuit in eo, quod Dianam non ad convivium invitarat, & in honore Diis habendo eam praetermiſerat atque neglexerat.

Ibid. οὐδὲ γὰρ Οἰνεῖ] Meminit Oenei etiam Lucianus in Sympoſ. Εἰ δὲ δείπνου ἕνεκα ὀργίζεσθαί σοι δοκῶ, τὸ κατὰ τὸν Οἰνέα ἐννόησον. ὄψει γὰρ καὶ τὴν Ἄρτεμιν ἀγανακτοῦσαν, ὅτι μόνην αὐτὴν οὐ παρέλαβεν ἐκεῖνος ἐπὶ τὴν θυσίαν, τοὺς ἄλλους θεοὺς ἑςιῶν. Φησὶ δὲ περὶ αὐτῶν Ὅμηρος ὧδέ πως·

Ἢ λάθετ', ἢ οὐκ ἐνόησεν, ἀάσατο δὲ μέγα θυμῷ.

καὶ Εὐριπίδης,

Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα Πελοπίης χθονός,
Ἐν ἀντιπόρθμοις πέδι' ἔχουσ' εὐδαίμονα.

καὶ Σοφοκλῆς,

Συὸς μέγιςον χρῆμ' ἐπ' Οἰνέως γύαις,
Ἀνῆκε Λητοῦς παῖς ἑκηβόλος θεά.

h. e. *Quod ſi tibi videor coenae gratia ſuccenſere, quid Oeneo acciderit cogita. Videbis enim Dianam ſuccenſentem, quod ille ſolam non adbibuiſſet ſacrificio, cum reliquos omnes deos acciperet convivio. Nam bac de re ſic meminit alibi Homerus:*

Non meminit, vel non ſuccurrit, at acriter arſit.

& Euripides,

Haec terra Calydon Pelopii eſt ſoli, fretum
Qua eſt parte, campos divites babens.

& Sopbocles,

Immiſit agris Oenei aprum maximum,
Torquens ſagittas eminus Latonia.

Mentionem ejus quoque facit in dial. de ſacrificiis in initio. Th. Graev.

Vſ. 263. Ἀτρείδης] Vide & Lucian. de ſacrificiis. Th. Graev.

Ibid. ὀλίγῳ ἐπεκόμπασε μισθῷ] mercede vel pretio. Hic in malam

par-

Μηδὲ χορὸν φεύγειν ἐνιαύσιον· οὐδὲ γὰρ Ἱππὼ
Ἀχλαυτεὶ περὶ βωμὸν ἀπείπατο κυκλώσασθαι.
Χαῖρε μέγα κρείουσα, καὶ εὐάντησον ἀοιδῇ.

partem accipitur: hoc est, non exiguo cum suo malo insultavit Dianae: ita Hymno εἰς λοῦτρα τῆς Παλλ. vers. 101.

Ὅς κε τιν' ἀθανάτων, ὅκα μὴ θεὸς αὐτὸς ἕληται.
Ἀθρήσῃ, μισθῶ τοῦτον ἰδεῖν μεγάλῳ.

hoc est, οὐ νηποινὶ, ἤτοι ἀτιμωρητί. VULCAN.

Ibid. ὀλίγῳ μισθῷ] Sic Latini utuntur τῷ pretium. Horat. *aut pretium est mori.* Hunc locum sic verte, *il ne luy en cousta pas peu.* Sic Terentius in Andria, *Ego pretium ob stultitiam fero.* Sic Plautus in Rudente, *Iniqua haec patior cum pretio tuo*, id est, *cum magno malo tuo.* Sic Sophocles in Antigone de morte, καὶ μὲν ὁ μισθός γ' οὗτος. A. FABRI.

Ibid. ὀλίγῳ μισθῷ] Imo ipsum vocabulum *merces* sic apud Ciceronem accipitur. Lib. 1. ad fam. 9. *Magna mercede cognoscere*, est magno suo malo. & in Orat. pro domo: *Data merces est erroris mei magni, Pontifices.* h. e. magnam poenam lui mei erroris. Phaedr. lib. 1.

Haec, inquam, merces fraudis a superis datur. TH. GRAEV.

Vs. 264.



ΕΙΣ

Neque chorum annuum quis fugiat. Neque enim Hippo
Sine luctu circa aram ejus detrectavit saltare.
Salve magna regina , & facilem te praesta carmini.

Vs. 264. Ὦτος] MS. Voss. Ὦτως, & mox Ὠρίων.

Vs. 265.] Ὠαρίων] Horat.

—— & integrae
Tentator Orion Dianae
Virginea domitus sagitta.

Catullus quoque dixit *Oarion.* A. FABRI.

Vs. 267. *ἀπείπατο κυκλώσασθαι*] Similiter Pseudo-Orpheus de Lapid. p. 198. *δαῖτα θεῶν ἀρνήσασθαι.* Quid sit *περὶ βωμὸν κυκλώσασθαι* intelligitur e vs. 241. 242. Eadem formula est apud LXX. Ps. XXV. 6. *κυκλώσομαι τὸ θυσιαστήριον.* vid. Cel. Wesselingium ad Diod. Sic. IV. p. 269.

Vs. 268. Κρείουσα] Quemadmodum Dii non solum nobiles illi duodecim , sed & etiam obolares illi , ut Pan , & si quid vilius , Reges dicebantur , sic Deae Reginae , ut hic Diana. In Hymno ultimo Ceres , ita & plurimis locis. A. FABRI.

Ibid. *εὐάντησον ἀοιδῇ*] Verbum elegans in hac re. Onomacrit. H. in Noct. 13. Noctem vocat *εὐάντητον,* idque sic interpretatur , *κλύουσα λόγων ἱκετηρίδα φωνήν.*



HYM-

ΕΙΣ ΤΗΝ ΔΗΛΟΝ ΥΜΝΟΣ.

ΤΗΝ ἱερὴν, ὦ θυμὲ, τίνα χρόνον ἢ πότ' ἀείσεις
Δῆλον, Ἀπόλλωνος κουροτρόφον; ἦ μὲν ἅπασαι
Κυκλάδες, αἳ νήσων ἱερώταται εἰν ἁλὶ κεῖνται,
Εὔυμνοι· Δῆλος δ' ἐθέλει τὰ πρῶτα φέρεσθαι
Ἐκ Μουσέων, ὅτι Φοῖβον ἀοιδάων μεδέοντα
Λοῦσέ τε καὶ σπείρωσε, καὶ ὡς θεὸν ἤνεσε πρώτη.
Ὡς Μοῦσαι τὸν ἀοιδὸν, ὃ μὴ Πίμπλειαν ἀείσει,
Ἔχθουσιν, τὼς Φοῖβος ὅτις Δήλοιο λάθηται.
Δήλῳ νῦν οἴμης ἀποδάσσομαι, ὡς ἂν Ἀπόλλων
Κύνθιος αἰνήσῃ με φίλης ἀλέγοντα τιθήνης.
Κείνη δ' ἠνεμόεσσα καὶ ἄτροπος, οἷά θ' ἁλιπλὴξ,
Αἰ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

7 ΠΙΜΠΛΕΙΑΝ] Ὄρος Θρᾴκης, ἱερὸν Μουσῶν.

11 Κείνη δ' ἠνεμόεσσα καὶ ἄτροπος] Ὅτι ἀκίνητος καὶ ἄσειστος ἡ Δῆλος, καὶ οὐδέποτε ἠνεμωμένη τινάσσεται. καὶ Θουκυδίδης σεισμὸν γενόμενον μέγαν βουλόμενος ἐξηγήσασθαι, φησὶν, ὅτι τοσοῦτον ἦν μέγας, ὥστε τὴν Δῆλον νῆσον σεισθῆναι. Ἄλλως. Ἄτροπος. ἄσειστος, ἀγεώργητος, καὶ μὴ τρεπομένη καὶ μεταβαλλομένη ἐν τῷ ἀροῦσθαι. τραχεῖα γάρ.

Vs. 1. Ω θυμὲ] Sic Pindarus saepe hoc exordio utitur, φίλον ἦτορ, & Aristophanes, ὦ θυμέ. A. FABRI.

Ibid. τίνα χρόνον ἢ πότ'] Demosth. Olynth. III. p. 37. τίνα χρόνον ἢ τίνα καιρόν. Sic & in sacris libris junguntur Act. I. 7. & alibi.

Vs. 2. Ἀπόλλωνος κουροτρόφον] Composito κουροτρόφος pro simplici τροφὸς utitur & infra, pag. 37. Τῷ καὶ νησάων ἁγιωτάτη ἐξέτι κείνου Κλήζῃ, Ἀπόλλωνος κουροτρόφος. STEPHAN.

Ibid. κουροτρόφον] Ita & Diana dicebatur. Diodor. alicubi, ita & Graeciam vocat Euripides, ita Pacem Hesiodus. A. FABRI.

Ibid. κουροτρόφον] Vox est proprie Attica, ut tradit Pollux: estque juvenum nutritor. Saepe occurrit apud Homerum & Hesiodum. Callimachus hic vocat Delum, non simpliciter κουροτρόφον, sed Apollinis, id est, quae Apollinem puerum nutri-



G. Hoet del. *I. v. Vianen fec.*



HYMNUS IN DELUM.

SACRAM, o! anime, quo tempore aut quando canes
Delum, Apollinis nutricem? Omnes quidem
Cyclades, quae insularum sanctissimae in mari jacent,
Dignae carmine: sed Delo primae debentur
A Musis, quod Phoebum, carminum praesidem,
Lavit, & fasciis circumdedit, & ut Deum prima celebravit.
Ut Musae poëtam, qui Pimpleam non cecinerit,
Oderunt: sic Phoebus eum, qui Deli immemor fuerit.
Delum igitur carmine impertiam, ut Apollo
Cynthius me amet, quod nutrix ejus mihi cordi est.
Illa vero ventosa quidem & inculta (quippe mare litora plangit,

Et

nutrivit, in qua Apollo sit educatus. MEURS.

Vs. 5. ἀοιδάων μεδέοντα] Quamvis verum sit Phoebum poëtarum curam gerere, tamen nec ἀοιδάων pro *poëtarum*, nec μεδέοντα pro *curam gerentem*, accipi posse existimo: ideoque malim *carminum praesidem*, seu *principem*: quasi quis dicat, imperium in carmina tenentem. STEPH.

Ibid. Φοῖβον ἀοιδάων μεδέοντα] Ita hymno in Apoll. vers. 44. Φοίβῳ γὰρ καὶ τόξον ἐπιτρέπεται καὶ ἀοιδή. In epig. Gr. Πιερίδων μεδέων. Coluth. μουσάων λιγύφωνον ἄγων χορόν. VULCAN.

Vs. 7. ἀείσει] v. ad H. in Dianam 222. MS. Voss. ἀείσει.

Vs. 9. οἴμης ἀποδάσσομαι] Theocr. Id. XVII. 50. ἀπεδάσσαο τιμῆς.

Vs. 10. Κύνθιος] Ambr. 1. Καυ... 2. Καύριος. Voss. Καίριος.

Vs. 11. ἠνεμόεσσα] Scyro hoc epitheton adjungit Dion. Perieg. 521. & Trojae, 815. idemque est διήνεμος apud Sophoclem Trachin. 335. διήνεμος πάτρα. Schol. ἔρημον, ὑψηλὴν, ἣν Ὅμηρος ἠνεμόεσσαν καλεῖ.

Ibid. ἄτροπος] ἄτροπον verti *asperam*, hoc est, incultam, non inversam aratro, ἀμετάτρεπτον. quod ipsum sequenti versu satis declaratur, cum ait eam mergis potius perviam, quam equis, quibus nimirum tellus colitur. VULCAN.

Ibid. ἄτροπος] est *immota*, ut bene Scholiastes. Hoc dicit poëta: Delus, quamvis ventorum flatibus, & maris fluctibus sit exposita, immota tamen

Αἰθυίης καὶ μᾶλλον ἐπίδρομος ἠέπερ ἵπποις,
Πόντῳ ἐνεστήρικται. ὁ δ' ἀμφί ἑ πουλὺς ἑλίσσων
Ἰκαρίου πολλὴν ἀπομάσσεται ὕδατος ἄχνην.
Τῷ σφε καὶ ἰχθυβολῆες ἁλίπλοοι ἐννάσσαντο.
Ἀλλά οἱ οὐ νεμεσητὸν ἐνὶ πρώτῃσι λέγεσθαι,
Ὁππότ' ἐς Ὠκεανόν τε καὶ ἐς Τιτηνίδα Τηθὺν
Νῆσοι ἀολλίζονται· ἀεὶ δ' ἔξαρχος ὁδεύει.
Ἡ δ' ὄπιθεν Φοίνισσα μετ' ἴχνια Κύρνος ὀπηδεῖ,

Οὐκ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

14 Ἀπομάσσεται] Ἀποῤῥύπτει.
18 Νῆσοι ἀολλίζονται] Οὐχ ὅτι αἱ νῆσοι ἀθροίζονται, ἀλλ' οἱ ἔξαρχοι θεοί.
19 Κύρνος ὀπηδεῖ] Ἡ νῦν Τύρος καλουμένη.

tamen ſtat tanquam rupes, quae undique a maris impetitur procellis. Ἁλιπλὴξ eſt *a mari verberata*, ſcilicet rupes. ἁλιπλὴξ vero vocabulum eſt non temere alibi obvium. formatum a Callimacho, quaſi ὁ ὑπὸ τῆς ἁλὸς πλησσόμενος. Celebrant Delum veteres omnino immotam, neque ullo terrae motu concuti poſſe. Unde Thucydides lib. 2. Ἔτι δὲ Δῆλος ἐκινήθη ὀλίγῳ πρὸ τούτων, πρότερον οὔπω σεισθεῖσα. h. e. *Nec non Delus paulo ante haec tremuit, prius ſemper immota.* In ſequente verſu ait poëta noſter, facilius in illam poſſe pervenire aves maritimas, quam equos, quia hi non niſi navibus in eam poſſunt trajici. TH. GRAEV.

Ibid. ἄτροπος] Eſt dura, quia inculta, vel propterea non bene culta, inculta, ut infra 268. δυσήροτος vocatur. Theocr. Id. III. 49. ὕπνον ἄτροπον, *gravem* dixit. Ἁλιπλὴξ uſus eſt etiam Leonides Anthol. IV. 27. 16. De verbis hujus formae vide luculentam notam Cel. Hemſterhuſii ad Thom. Mag. p. 24. Quod autem T. S. Bayerus ad marmor Deliac. p. 66. αἰθυίας interpretatur *piſcatores*, inductus obſervatiuncula e Leonidae epigrammate, in quo piſcatores mergos vocat, & inde ἵππους *aratores*, id ut nimis argutum repudiandum puto. In epigrammate in piſcatores per jocum mergos appellari piſcatores, non abhorret: ſed id ad hunc locum poëtae & alios transferre, frigidum fuerit. Et *equum bellatorem* novi apud veteres commemorari, non *aratorem*: tantum abeſt, ut equus aratoris ſymbolum eſſe, & pro aratore dici poſſit.

Vſ. 12. Αἰθυίης] quam ἐναλίαν κορώνην eſſe volunt; *mergum* Latini vocant. Lucret.

— *mergique marinis*
Fluctibus in ſalſo victum vitamque
petentes. VULCAN.

Vſ. 13. ἑλίσσων] Paſſive pro ἑλισσόμενος. ſed etſi tres ſunt voces in verbis, activa, media, & paſſiva, ſingulae tamen pro tribus hiſce promiſcue ſumuntur. ita quoad ſignificationem unum tantum verbum eſt. ſic ſupra vſ. 4. φέρεσθαι pro φέρειν. A. FABRI.

Vſ. 14. ἀπομάσσεται] Locus ſatis difficilis. ἀποῤῥύπτει, Schol. ſed ἀποῤῥύπτει non magis locum explicat. ego vero ſic intelligo: ἀπομάσσεσθαι & ἀπομάττειν eſt, *menſuram abſtergere*, ne quid plus aequo detur, & menſurae cumulum ligno, quod vocant ἀπομάκτραν, vel in terram, vel in vas aliquod dejicere. Sic igitur mare undiquaque inſulam tundens, ſummitatem undarum, in qua aſpergo, vel ſpuma, vel alga denique

con-

Et a mergis magis, quam equis, celebratur)
In ponto ſtat: qui circa illam large volutus
Icariae aquae plurimam ejicit ſpumam:
Unde illam & piſcatores marivagi habitant.
Sed tamen nulla invidia eſt, eam in principibus numerari,
Quaecunque ad Oceanum & Titaniam Tethym
Inſulae cöeunt. Semper quidem princeps incedit:
Pone autem veſtigia ſequitur Phoenicia Corſica

Non

continetur, velut cumulum in illam dejicit: & hoc facit, ut credam Scholiaſtem, quo vocem *ἀπομάσσεται* explicaret, ſcripſiſſe *ἀποῤῥίπτει*. A. Fabri. *Ἀπομάσσεσθαι* & *ἐκμάσσειν* vel *ἐκμάσσεσθαι*, eſt *detergere*. Sententia eſt, ubi deterget Pontus Icarii maris ſpumam. h. e. in littus ejicit, pro quo Homerus dicit, *ἀποπλύει δ' ἁλὸς ἄχνην*. Quae enim detergemus, a nobis rejicimus & abluimus. Th. Graev.

Ibid. *πολλὴν ἀπομάσσεται ἄχνην*] Cl. Ruhnkenius Ep. Crit. II. p. 26. corrigit *πελιὴν*, quamquam non neceſſaria, at eleganti conjectura. In *ἀπομάσσεται* autem nimis ſe torquent viri docti, in primis Spanhemius, nimis tenentes *abſtergendi* notionem, nec inde commodum ſenſum extundunt. Ut *ἐμμάττεσθαι* eſt *ἐμβάλλειν*, ſic *ἀπομάττεσθαι* eſt *ἐκβάλλειν*, ut Luc. x. 11. *ἀπομάττεσθαι κονιορτόν*. Apollonius Rhod. in eadem re utitur verbo *ἀπερεύγεσθαι ἄχνην* IV. 981. Vide plura apud Cl. Ruhnkenium l. c. qui pulcerrime in hac ipſa formula corrigit Apollonii locum II. 986.

Ibid. *ἄχνην*] Ἄχνη ὁ ἐπιπολάζων ἀφρὸς τῷ κύματι τῆς θαλάσσης, Heſychius. Sed hic forſan ſumi debet pro *alga*, ut apud Homerum Odyſſ. ε. vſ. 403.

—— *εἴλυτο δὲ πάνθ' ἁλὸς ἄχνῃ.*

A. Fabri.

Vſ. 15. *ἐννάσαντο*] MS. Voſſ. *ἐδάσσαντο*. Unde ſaltem firmatur correctio mea, legentis *ἐννάσσαντο*, ut apud Apoll. Rh. IV. 1213. *Εἰσότε Βακχιάδαι* —— *Ἀνέρες ἐννάσσαντο μετὰ χρόνον*. Unde & rectiſſime Cl. Pierſon. in Veroſim. p. 211. corrigit alterum locum Apollonii IV. 1151. pro *ἐυνάσσονται* reſcribens *ἐννάσσονται*. Quia *νάσσομαι* eſt verbum impurum, *να* in aoriſto I. corripitur, unde *ἐννάσαντο* ſtare non poteſt.

Vſ. 16. *Ἀλλά οἱ οὐ νεμεσητὸν ἐνὶ πρώτῃσι λέγεσθαι, Ὁππότ'*] Certe nullus hinc bonus ſenſus elici poteſt, *non eſt iraſcendum, ſi inter primas, vel prima recenſeatur, cum ad illam tendit:* quid abſurdius? Certe legendum eſt, ut Pater meus reſtituit, *ὁππόσ'*, id eſt, *ὁππόσαι*, & vertendum, *non iraſcendum ſi prima inter eas omnes dicatur, quaecumque ad matrem Tethyn congregantur.* A. Fabri. Elegans eſt conjectura Fabri: nec tamen, ut opinor, neceſſaria. MS. Voſſ. *ἐνὶ πρώτοισι*.

Ibid. *οὐ νεμεσητὸν*] Vertendum: *Sed nulla invidia eſt inter primas (illam) numerari.* ut apud Virg.

Quae tandem Auſonia Teucros conſidere terra Invidia eſt.

Οὐ νεμεσητὸν eſt a nemine poterit culpari & reprehendi. Th. Graev.

Vſ. 19. *Φοίνισσα μετ' ἴχνια Κύρνος*] Bochartus lib. I. cap. 32. de coloniis Phoenicum oſtendit valde probabile eſſe Corſicam quoque tenuiſſe Carthaginienſes, & quia Corſicae metropolis, aeque ut Sardiniae, a Poenis dicta fuerit Caralis, quod Punicum eſſe nomen in praecedente docuit capite, & quod Tyriarum navium tranſtra dicantur Ezech. XXVII. 6. ex buxo Corſica eſſe facta, & quod hic Phoenicia dicatur, & quod Scipio Poenis Corſicam ademerit

Οὐκ ὀνοτή· καὶ Μάκρις Ἀβαντιὰς Ἑλλοπιήων,
Σαρδώ θ' ἱμερόεσσα, καὶ ἣν ἐπενήξατο Κύπρις
Ἐξ ὕδατος τὰ πρῶτα· σαοῖ δέ μιν ἀντ' ἐπιβάθρων.
Κεῖναι μὲν πύργοισι περισκεπέεσσιν ἐρυμναὶ,
Δῆλος δ' Ἀπόλλωνι. τί δὲ στιβαρώτερον ἕρκος;
Τείχεα μὲν καὶ λᾶες ὑπαὶ ῥιπῆς κε πέσοιεν
Στρυμονίου βορέαο· θεὸς δ' αἰεὶ ἀστυφέλικτος.
Δῆλε φίλη, τοῖός σε βοηθόος ἀμφιβέβηκεν.
Εἰ δὲ λίην πολέες σε περιτροχόωσιν ἀοιδαὶ,

Ποίῃ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

20 Καὶ Μάκρις Ἀβαντιὰς] Ἡ τῶν Εὐβοέων.

22 Σαοῖ] Σώζει.

23 Ἐρυμναὶ] Ἠσφαλισμέναι.

26 Στρυμονίου βορέαο] Στρυμὼν ποταμός ἐστι καὶ πόλις Θρᾴκης.

28 Εἰ δὲ λίην πολέες σε] Αἱ Πινδάρου καὶ Βακχυλίδου. ἔστι δὲ εἰπεῖν πολλαί.

merit teste Floro lib. II. 2. Vide ibi plura. &c.

Ibid. Κύρνος] MS. Voss. Κέρνος. Quod Corsica vocatur οὐκ ὀνοτὴ, id intelligere licet *eximia*, *egregia*. Nam sic illa forma semper apud Homerum Il. I. 146. N. 287. Etiam formula οὐκ ὀνόσσεσθαι sic dicitur, ut laudem habeat, ut apud Apoll. Rhod. I. 830. Dionys. Perieg. 839. Itaque cum Corsica apud veteres inter principes insulas relata sit, ut ex hoc ipso loco apparet, docetque Eustath. ad Dion. Perieg. 568. non pro certo dici potest, Callimachum hoc epitheto respexisse ad vulgarem de Corsica famam, ut videbatur J. G. Bergero in Eclogario Corsico Diss. III. p. 8.

Vs. 20. Μάκρις Ἀβαντιὰς] Idem epitheton habet apud Dion. Perieg. 520. ubi v. Eustath.

Vs. 21. Σαρδώ θ' ἱμερόεσσα] Miror cur ἱμερόεσσα, cum in eam insulam exules, ut in Gyaros, mitterentur. Martial. lib. VIII. Epigramm. XXXII.

Haec a Sardois tibi forsitan exulis oris
Fratre reversuro nuncia venit avis.

A. Fabri.

Ibid. ἐπενήξατο] Uterque Ambros. ἐπενάξατο.

Vs. 22. σαοῖ δέ μιν ἀντ' ἐπιβάθρων] Ridicule Interpres, *illam servat pro scala nautica:* Vulcanius etiam, qui vertit, *gratique ascensus nomine servat.* & miror tantos Viros hic lapsos: vertendum fuit, *servatque illam pro propugnaculo*, *propugnaculi loco*, *illi pro propugnaculo est.* A. Fabri.

Ibid. σαοῖ δέ μιν ἀντ' ἐπιβάθρων] Nihil aliud significat quam Venerem servatam fuisse in insula Cypro, cum ex mari emersisset, & ibi exscensum fecisset. ἐπιβάθρα est locus, ubi ex mari sive navi in terram eximus. Hinc dicit Polybius in Asiam navigantes ἐπιβάθραν ἔχειν Ἄβυδον, exscensum in eam facere Abydi. Th. Graevius.

Ibid. ἀντ' ἐπιβάθρων] Recte locum cepit Vulcanius & post eum Spanhemius. ἐπίβαθρον est proprie *naulum*, quod docent exempla congesta a Cel. Wesselingio ad Diod. Sic.

Non contemnenda, & Macris Abantias Ellopiorum,
Sardinia porro amabilis, & ea, quam adnavit Venus
Primum ex aqua, servatque pro exscensu.
Illae quidem turribus firmis munitae,
Delus autem Apolline. Quod autem firmius septum?
Muri quidem lapidei impetu cadant
Strymonii boreae: Deus autem inconcussus est.
Dele cara, tantus te defensor tuetur!
Quando vero valde multa te circumsonant carmina:
Quali

Sic. 1. p. 108. b. Deinde quod datur pro facultate loci adeundi & ibi confidendi, habitandi. Plutarch. T. II. p. 727. F. de ciconia: ἐπίβαθρόν τι γῆς δίδωσι, infesta hominibus animalia necando mercedem praestat pro loco, quem occupavit, sive quasi pro sede & domicilio. Add. Leopard. Emend. x. 25.

Vs. 23. ἐρυμναί] ἰσχυραὶ καὶ ὑψηλαί. ἔρυμα porro significat τὴν ἀσφάλειαν. VULCAN.

Vs. 26. ἀστυφέλικτος] ἄσειστος, στυφελίξαι enim est διασεῖσαι. & per consequens κακῶν. VULCAN.

Ibid. ἀστυφέλικτος] *invictus ab omni vi: qui inconcussus perstat.* Illustratur hoc verbum, praeter Spanhemium, a viris doctis ad Hesych. h. v. Sed quod Ill. Spanhemius h. l. etiam e philosophis Platonicis illustrat, qui τὸ θεῖον ἀκίνητον dicebant, id alienum est, ut longe alia sententia dictum.

Vs. 27. τοῖος —— ἀμφιβέβηκεν] Ill. Spanhemius ad H. in Dian. 146. affert glossam Scholiastae Vossiani ad Homerum, τὸ τοῖοι interpretantis ἀγαθοί, eamque interpretationem ad illum locum accommodat & cetera Callimachi aliorumque poëtarum. Quod non videtur recte fieri. Scio & Hesychium τοῖον interpretari οὕτως ἀγαθόν; & Eustathius ad Od. Δ. 206. dicit, Glossographos, ut e Scholiis antiquis appareat, τοίῳ πατρὸς interpretari ἀγαθοῦ. Sed, si quis omnia loca, etiam hunc Homericum consideret: reperiet, τοῖον nihil esse nisi *talem:* & in istis glossis, de more Glossographorum, tantum indicari, ad quod praedicatum referatur τὸ τοῖος, non quid τοῖος significet, quod dicere non erat necesse. Itaque omissa est relationis particula, quam Hesychius addit. Similiter in τοῖον ἄχος apud eundem Homerum τὰ τοῖον glossa esse potest βαρύ, nec tamen τοῖος est βαρύς. Interdum etiam illud ipsum attributum separatim exprimitur, ut Il. Ω. 153. 154. Τοῖον γάρ οἱ πομπὸν ὀπάσσομεν —— Ὅς ἄξει. &c. Si tollantur illa ὅς ἄξει &c. τοῖον liceret interpretari ἀγαθόν. Callimachus videtur respexisse loca Homeri, ubi est: τοίη τοι ἐγὼν ἐπιτάῤῥοθος ἦα. ut Il. E. 808. 828. vel τοιόν τοι ἀοσσητῆρα &c. Il. O. 254. &c. quod etiam imitatur Apollon. Rhod. I. 471. add. infra vs. 216.

Ibid. ἀμφιβέβηκεν] Sic Homer. de Apolline.

Κλῦθί μευ ἀργυρότοξ', ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας
Κίλλαν τε ζαθέην.

A. FABRI.

Ibid. ἀμφιβέβηκεν] Verbum sumtum ex Homero Il. A. 37. de Apolline, ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας, proprie: *semper tueris*, quem locum commode attulit Anna Fabri. v. ibi Clarkii observationem de temporis hujus vi. Illustrat hoc verbum Cl. Abreschius Animadv. ad Aeschyl. I. 14. Lect. Aristaenet. p. 281.

Vs. 28. Εἰ δὲ λίην πολέες σε περιτροχόω-

Ποίῃ ἐνιπλέξω σε; τί τοι θυμῆρες ἀκοῦσαι;
Ἢ ὡς τὰ πρώτιστα μέγας θεὸς οὔρεα θείνων
Ἄορι τριγλώχινι, τό οἱ Τελχῖνες ἔτευξαν,
Νήσους εἰναλίας εἰργάζετο; νέρθε δὲ πάσας
Ἐκ νεάτων ὤχλισε καὶ εἰσεκύλισε θαλάσσῃ;
Καὶ τὰς μὲν κατὰ βένθος, ἵν' ἠπείροιο λάθωνται,
Πρυμνόθεν ἐρρίζωσε· σὲ δ' οὐκ ἔθλιψεν ἀνάγκη,

Ἀλλ'

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

30 Ἢ ὡς τὰ πρώτιστα] Λέγεται γὰρ ὅτι ὁ Ποσειδῶν τῇ τριαίνῃ ἀποσπῶν τοῦ χέρσου τὰς νήσους ἐποίει.

χόωσιν ἀοιδαί] Scholiastes quum dicit, αἱ Πινδάρου καὶ Βακχυλίδου, videtur legere πολέων: quum tamen postea dicens, ἔδει δὲ εἰπεῖν πολλαί, ostendat se lectionem quam habemus agnoscere. Non immerito autem quis miretur, cur scribat fuisse dicendum πολλαί, quum πολέες idem valere, & esse magis poëticum constat. STEPHAN.

Ibid. πολέες —— ἀοιδαί] De πολέες bene monet adversus Scholia Stephanus. De sententia sequitur Spanhemius Scholion, interpretans de hymnis Pindari & Bacchylidis in laudem Deli: cui interpretationi sequentia repugnant: ποίῃ ἐνιπλέξω σε, & verbum ipsum περιτροχόωσιν. Nihil aliud poëta facit, nisi ut παραφραστικῶς exprimat illud εὔυμνος vs. 4. & H. in Apoll. 32. Cum multa ferantur laudum tuarum genera, quo carmine te celebrabo, quod libenter audis laudum genus? Similis dubitatio apud Theocritum in encomio Ptolemaei XVII. 9. Ἴδαν ἐς πολύδενδρον ἀνὴρ ὑλοτόμος ἐνθὼν (non ἐλθὼν) Παπταίνει, παρεόντος ἄδην, πόθεν ἄρξεται ἔργου. Τί πρᾶτον καταλεξῶ; ἐπεὶ πάρα μυρία εἰπῆν. Item apud Aristidem H. in Jov. p. 2. Ἀοιδὴ sic dicitur ut λόγος, res quae sermonibus, carminibus fertur, celebratur. Ut Callimachus verbum περιτροχᾶν de copia dixit, sic Eunapius περιτρέχειν in Vita Libanii p. 133. de ejus scriptis: καὶ ἡ κομψότης περιτρέχει πανταχοῦ, διακονουμένη τοῖς λόγοις. Pro ποίῃ MS. Ambr. I. Voss. Ed. Flor. τοίῃ.

Vs. 29. 30. Hunc locum imitatus est Dionysius Periegeta 476. Pro ἢ ὡς MS. Ambr. I. Voss. Edd. Flor. Ald. καὶ ὡς.

Vs. 30. μέγας θεὸς οὔρεα θείνων] Neptunum intelligit, qui σεισίχθων & ἐννοσίγαιος appellatur. Seneca Natural. Quaestionum lib. 6. *Quisquis, ait, primas Graecas literas didicit, scit Neptunum apud Homerum* ἐννοσίγαιον *vocari*. VULCAN.

Vs. 31. Ἄορι τριγλώχινι] Periphrasis est tridentis, sive fuscinae Neptuni. τριγλώχινα vero τὴν τρίαιναν vocat, τρεῖς γωνίας ἤτοι ἀκίδας ἔχουσαν. hoc est τρίγωνον. γλωχὶν enim significat τὴν γωνίαν, ut Hesychius & Etymol. annotarunt, unde & οἰστοὶ τριγλώχινες dicuntur. Dionysius ἐν τῇ περιηγ. πολυγλώχινα σίδηρον periphrastice tridentem Neptuni vocat,

Ἀονίῳ τμηθεῖσα πολυγλώχινι σιδήρῳ.

ubi Eustathius antiquo more dictum ait πολυγλώχινι, pro τριγλώχινι, ut & alibi ab eodem Dionysio usurpatur πολὺς ὠκεανὸς, pro τρισσοὶ ἐξ ὠκεανοῦ κόλποι. Ubi enim tria sunt, ibi multa esse censentur. Quo fit ut vice versa interdum etiam τρία accipiantur pro πολλά. Unde & Dionysius paucis post a loco jam citato versibus:

Ὁππότε τριλλίστων μετεκίαθεν ἔθνος Ἰβήρων.

ubi τρίλλιστος, idem est quod Homero πολύλιστος, hoc est, πολυλιτάνευτος. tridens vero qui Neptuno tribuitur significat triplicem aquarum qualitatem: salsam, cujusmodi est maris; dulcem, qualis est fluviorum; mediam, qualis est lacuum

&

Quali inferam te? Quid tibi gratum auditu?
An, ut primum magnus Deus montes percutiens
Ferro tridenti, quod ipsi Telchines fecerant,
Insulas marinas effecit? omnesque ab imo
Funditus revulsas in mare provolvit?
Et alias quidem in alto, ut continentis oblivifcerentur,
Ab imo defixit: tu autem, nulla constricta necessitate,
Libe-

& stagnorum. Hinc & Neptunus τριαινοῦχος dictus est, ut constat e Scholiis Procli in Cratylum Platonis, & εὐτριαίνης. Alii cum ὀρσοτρίαιναν vocarunt. Pindarus ἀγλαοτρίαιναν. Epig. Graecum quod Corinthi in Isthmo positum fuit, τριαινοκράτορα. Et Orpheus, χαλκοτόρευτον ἔχων χείρεσσι τρίαιναν. VULCAN.

Ibid. Ἄορι τριγλώχινι] Vulcanius putat Neptunum hic significari, & ejus tridentem: sed toto errat coelo: vocat ensem tricuspidem, fulmen trisulcum, quod ideo fictum, quia tria essent fulminum genera, ἀργῆτες, ψολόεντες, & καταιβάται. Vide Aristot. lib. de mundo. Alii ideo factum volunt, quod tres essent qualitates & effectus fulminis. videndus Sextus Pompejus in voc. *manubiae* & *trifulcum fulgur*. MEURS.

Ibid. τό οἱ Τελχῖνες ἔτευξαν] Hesychius & Suidas interpretantur: Τελχῖνες, βάσκανοι, γόητες, φθονεροί. Etymol. Τελχὶν, ὁ μόνον ὁ ἰσχὺν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἔχων, μιαρὸς, καὶ πανοῦργος, ἀλλὰ καὶ τοὺς νῦν Κρῆτας. καὶ τὴν Κρήτην Τελχινίαν λέγουσι. cujus sententiae est & Stephanus de urbibus, qui etiam Cretam Telchiniam dictam ait, & Cretenses Τελχινεῖς. quos Eustathius in Dionysium de situ orbis, hac calumnia liberat, καὶ μάτην ὡς ἄνδρας γόητας καὶ βασκάνους δυσφημηθῆναι affirmat. βασκανθῆναι γὰρ μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἀντιτέχνων αὐτοὺς, ἀρίστους ὑπάρξαντας ἐργάτας χαλκοῦ καὶ σιδήρου, οἳ καὶ τὴν ἅρπην τῷ Κρόνῳ ἐδημιούργησαν. Mirum itaque non est, si Telchines, fabri Cretenses, Saturno falcem fabricarunt, Neptuno etiam tridentem fabricasse, ut vult Callimachus. VULCAN.

Ibid. Τελχῖνες] Sunt qui Curetes, Telchinas, Corybantes, & Idaeos Dactylos, eosdem fuisse credant. Hic crederem communi nomine sic fabros ferrarios vocatos. A. FABRI.

Ibid. Τελχῖνες] Spanhemii dictis adde Burmann. ad Ovid. Met. VII. 365.

Vs. 33. εἰσεκύλισσε] MS. Ambr. 2. εἰσεκύλισε, quod verum puto. Nam λι producitur etiam sine duplicatione, & duplicatio nata est ex eo, quod sic demum produci illa syllaba putaretur. Theocr. Id. XXIV. 18.

Vs. 34. Καὶ τὰς μὲν κατὰ βένθος] Latinus interpres, *juxta fundum*. inepte. est *in alto mari*, longe a continente, cujus dicuntur oblivisci, cum ab illa tam longe remotae sunt insulae, ut cum ea coalescere nunquam possint. TH. GRAEV.

Ibid. κατὰ βένθος] MSS. Vat. & Voss. βυθὸν, item Draco Stratoniceus in libello MS. περὶ μέτρων ποιητικῶν, ex quo haec verba mihi excerpsit Cel. Ruhnkenius: Βυθός· τὸ βυ ἐκτείνεται, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· Καὶ τὰς μὲν κατὰ βυθὸν, ἵν᾽ ἠπείροιο λάθωνται. quod testimonium magnum momentum facit pro lectione MSS. quam habent etiam editt. vett. Flor. Ald. Vascos. Froben. Sed aliis locis Callimachus primam corripit, ut H. in Cer. 90. Itaque non sum ausus βυθὸν reponere pro βένθος, cum ceteri MSS. etiam βένθος habeant.

Ibid. ἠπείροιο λάθωνται] Eleganter! Eodem modo de arbore, cui surculus ex alia insitus: *Pomaque degenerant succos oblita priores*, Virgil. Georg. II. 59. Mox pro ἐπέπλεες edd. vett. ἀπέπλεες.

Vs. 35. Πρυμνόθεν ἐρρίζωσε] est, firmiter defixit ut avelli non posset. Est translatio a puppibus navium, quae

Ἀλλ' ἄφετος πελάγεσσιν ἐπέπλεες· οὔνομα δ' ἦν τοι
Ἀστερίη τὸ παλαιὸν, ἐπεὶ βαθὺν ἥλαο τάφρον
Οὐρανόθεν φεύγουσα Διὸς γάμον, ἀστέρι ἴση.
Τόφρα μὲν οὔπω σοὶ χρυσέη ἐπεμίσγετο Λητὼ,
Τόφρα δ' ἔτ' Ἀστερίη σὺ καὶ οὐδέ πω ἔκλεο Δῆλος.
Πολλάκις ἐκ Τροιζῆνος ἀπὸ Ξάνθοιο πολίχνης
Ἐρχόμενοι Ἐφύρηνδε, Σαρωνικοῦ ἔνδοθι κόλπου
Ναῦται ἐπεσκέψαντο· καὶ ἐξ Ἐφύρης ἀνιόντες,
Οἱ μὲν ἔτ' οὐκ ἴδον αὖθι· σὺ δὲ στεινοῖο παρ' ὀξὺν
Ἔδραμες Εὐρίποιο πόρον καναχηδὰ ῥέοντος.
Χαλκιδικῆς δ' αὐτῆμαρ ἀνηναμένη ἁλὸς ὕδωρ,
Μέσφ' ἐς Ἀθηναίων προσενήξαο Σούνιον ἄκρον,
Ἢ Χίον, ἢ νήσοιο διάβροχον ὕδατι μαστὸν

Παρθε-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

40 Ἀπὸ Ξάνθοιο πολίχνης] Ἀπό τινος Ξάνθου βασιλεύσαντος Τροιζῆνος.
46 Χαλκιδικῆς δ' αὐτῆμαρ] Χαλκὶς, πόλις Εὐβοίας.
47 Σούνιον] Ἀκρωτήριον τῆς Ἀττικῆς.
48 Ἢ νήσοιο διάβροχον] Τῆς Σάμου τὸ γόνιμον.

quae cum appulsae sunt, littoribus aut crepidini portuum alligantur, ne possint abduci, aut a ventis aut aestu maris auferri, antequam denuo ora solvatur. Ceterum sicut hic ῥιζοῦσθαι dicitur insula; sic eadem translatione ῥίζα ei tribuitur ab Oppiano lib. I. Halieut. Sequentium verborum haec est sententia: tu vero non fuisti fixa, ut aliae insulae, sed libere natabas, & ferebaris instar navis. Fuisse autem & etiam nunc esse natantes insulas, quis tam hospes est in rebus naturalibus, qui ignoret? TH. GRAEV.

Vs. 36. Ἀλλ' ἄφετος πελάγεσσιν ἐπέπλεες] Seneca Natural. quaest. lib. 6. scribit Theophrastum auctorem esse, insulas, quae ex pumicosis & levibus saxis constant, natare. *Ipse*, inquit Seneca, *ad Cutilias natantem insulam vidi.* quo loco Seneca etiam docet, cur Neptuno aquas movendi potentia sit assignata. VULCAN.

Ibid. οὔνομα δ' ἦν σοι Ἀστερίη] Cicero lib. 3. N. D. Asteriam docet Latonae sororem esse, cum recenset quot Hercules fuerint: *Quartus Jovis est, Asteriae, Latonae sororis, quem Tyrii maxime colunt, cujus Carthaginem filiam ferunt.* Pater ejus fuit Coeus. vide Apollodorum. Ab Asteria autem Delus olim sic est nominata, quia coturnicis habitu se in mare dederit illa nympha fugiens insanum Jovis amorem. Nonn. Dionys. XXXIII.

Οἷά περ Ἀστερίην φιλοπάρθενον, ἣν ἐνὶ πόντῳ
Πλαζομένην ἐδίωκε παλίνδρομον, εἰσόκεν αὐτὴν
Ἄστατον ἱππεύουσαν ἀμοιβάδι σύνδρομον αὔρῃ
Κύμασιν ἀστυφέλικτον ἐνερρίζωσεν Ἀπόλλων.

Ut Asteriam virginitate gaudentem, quam in ponto
Errantem persecutus est recurrentem, donec ipsam

Insta

Libera mari innatabas: nomen autem erat tibi
Antiquum Afterie; quod in altam defilueras foffam
E coelo, cum fugeres Jovis concubitum, ftellae fimilis.
Quoad quidem nondum te aurea adierat Latona,
Tamdiu Afterie, & nondum Delus vocabare.
Saepe a Troezene, urbe Xanthi,
Proficifcentes Ephyram, Saronico in finu
Nautae te viderunt: & ex Ephyra abeuntes,
Iidem non viderunt amplius: tuque angufti ad rapidum
Ieras fretum Euripi, cum ftrepitu fluentis.
Eodemque die Chalcidici maris averfata ftrepitum,
Ad Athenienfium usque nataveras promontorium Sunium;
Aut Chium, aut infulae humidum aquae uber

Par-

Inftabilem equitantem alterno comitem vento
Fluctibus firmam ftabilivit Apollo. TH. GRAEV.

Vf. 38. ἀςέρι ἴσῃ] Sed Pindaro fic dicitur, quod quafi ftella emicet inter Cyclades. Sic enim intelligendus eft, cum illam dicit τηλέφαντον κυανέας χθονὸς ἄςρον, *eminus confpicuum nigrae telluris aftrum.* Homero Odyff. dicitur Ἀςερίς. TH. GRAEV.

Vf. 39. ὄπω σοὶ χρυσέη ἐπεμίσγετο Λητώ] Corruptus hic locus: neque enim Delus unquam concubuit cum Latona, fed Jupiter, cujus amorem dicit effugiffe Afteriam Callimachus: & vult hoc quoque hoc loco dicere, nondum eum tum temporis rem habuiffe cum Latona. Itaque legendum: ὄπω σοὶ χρυσέη ἐπεμίσγετο Λητώ. Graeci autem μίσγεσθαι honefte folent ufurpare de re venerea. Cicero dixit *corpus mifcere.* Virgil. *Mifta deo mulier.* Hujus rei rationem ex Galeno reddidit Nemefius lib. de nat. hominis, cap. XXV. TH. GRAEV.

Ibid. ἐπεμίσγετο] Immo *te nondum adierat.* De verbo hoc dictum ad H. in Jovem 13.

Vf. 41. Πολλάκις ἐκ Τροιζῆνος] Legendum, Πολλάκι σ' ἐκ Τροιζῆνος. *Saepe te ex Troezene* venientes confpexerunt. TH. GRAEV.

Ibid. ἀπὸ Ξάνθοιο πολίχνης] Fruftra fe torfere viri docti, in primis Spanhemius, in hoc loco explicando. Acutiffime autem Ruhnkenius V. C. Epift. Crit. II. p. 28. corrigit ἀλιξάντοιο πολίχνης, *urbe maritima*: quam correctionem veriffimam puto. Locis a Viro Cl. e Suida & Anthol. VI. 3. p. 550. allatis adde Cafaubonum ad Athenaeum VII. 19. p. 553. ubi verficulum illum epigrammatis bene correxit ante Kufterum ad Suidam.

Vf. 45. Ἔδραμες Εὐρίποιο] Peffime interpres *Euripi meatum*, cum vertendum fit *Euripi fretum. Freta* enim πόρους dicta effe veteribus quis ignorat? Unde quoque Βόσποροι funt appellata. TH. GRAEV.

Ibid. καναχηδὰ ῥέοντος] Καναχὴ fignificat τὴν βοὴν, ἀπὸ τοῦ κενὸν ἄχειν. VULCAN.

Vf. 46. ἀνηναμένη] Eleganter pro φεύγουσα, εὐθὺς καταλιποῦσα, per profopopoeiam dicitur ἀνήνασθαι fretum Euboicum, veluti offenfa nimio freti ftrepitu. Sed verfu fequente propter verba μέσφ' ἐς ἄκρον Σούνιον melius putem legi πρου̂νήξαο vel προενήξαο, *progreffa eras usque ad Sunium* &c.

Vf. 48. νήσοιο διάβροχον ὕδατι μαςὸν] Scholiaftes interpretatur, τῆς Σάμου τὸ γόνιμον. Eleganti metaphora ab

Παρθενίης, (οὔπω γὰρ ἔην Σάμος) ἧχί σε νύμφαι
Γείτονος Ἀγκαίου Μυκαλησίδες ἐξείνισσαν.
Ἡνίκα δ' Ἀπόλλωνι γενέθλιον οὖδας ὑπέσχες,
Τοῦτό τοι ἀντημοιβὸν ἁλίπλοοι οὔνομ' ἔθεντο,
Οὕνεκεν οὐκέτ' ἄδηλος ἐπέπλεες, ἀλλ' ἐνὶ πόντου
Κύμασιν Αἰγαίοιο ποδῶν ἐνεθήκαο ῥίζας.
Οὐδ' Ἥρην κοτέουσαν ὑπέτρεσας· ἡ μὲν ἁπάσαις
Δεινὸν ἐπεβρωμᾶτο λεχωΐσιν, αἳ Διὶ παῖδας
Ἐξέφερον· Λητοῖ δὲ διακριδόν, οὕνεκα μούνη
Ζηνὶ τεκεῖν ἤμελλε φιλαίτερον Ἄρεος υἷα.
Τῷ ῥα καὶ αὐτὴ μὲν σκοπιὴν ἔχεν αἰθέρος εἴσω,

Τειρε-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

50 Γείτονος Ἀγκαίου] Ἀγκαῖος βασιλεὺς Σάμου.
57 Διακριδὸν] Κατ' ἐξοχὴν, μεγάλως.
60 Σπερχομένη] Ὀργιζομένη.

animatis ad inanimata, *μαστὸν*, vel *οὖθαρ ἀρούρης* vocant poëtae *τὸ τῆς γῆς πιότατον καὶ τροφῆς ἀναδοτικόν*. Simili metaphora & *κοιλίαι γῆς* dicuntur, concavitates sub terra, & *στέρνα* & *νῶτα γῆς*, ut & Sophocles terram *στέρνουχον* vocavit, & *ὀμφαλὸς γῆς*; ut & Latini *terrae umbilicum*, hoc est, meditullium, & *ἔντερα γῆς*, viscera terrae. Hesychius vero annotat *μαστοὺς* vocari etiam *τὰ ὑψηλὰ τῆς Ἀττικῆς μέρη*. VULCAN.

Ibid. *μαστὸν Παρθενίης*] Sic Theocrit. *medullam Trinacriae* dixit Idyll. XVIII. vs. 18.

Νάσω Τρινακρίας μυελὸν, ἀνδρῶν
δοκίμων πόλιν.

A. FABRI.

Ibid. *νήσοιο διάβροχον ὕδατι μαστὸν*] Virgilius *uber telluris* dixit lib. III. Aeneid.

Quae vos a stirpe parentum
Prima tulit tellus, eadem vos ubere laeto
Accipiet reduces.

TH. GRAEV.

Vs. 49. —— *οὔπω γὰρ ἔην Σάμος*] Recte haec notis parentheseως includentur. STEPHAN.

Vs. 50. *Γείτονος*] Edd. primae *γείτονες Ἀγγαίου*. Primus Vascosanus edidit *γείτονος*, quod ceteri secuti sunt: idque omnes scripti nostri habent. Nihil admodum interesse videtur.

Ibid. *ἐξείνισσαν*] Sic pro vulgato *ἐξείνισαν* Vir doctus in margine ed. Vascos. rectissime corrigebat: nam in *ἐξείνισαν* penultima est brevis. Ea lectio est in MS. Voss. edd. Flor. & Ald. Atque ita rescripsimus.

Vs. 51. *ὑπέσχες*] MSS. Vatic. Voss. edd. Ald. Vascos. *ὑπέσχες*. Prima editio Froben. *ἐπέσχες* induxit, nescio unde, quod ceterae secutae sunt. In margine Aldinae e libro Ger. eadem lectio laudatur. Etsi *ἐπέχειν* pro *praebere* dici scio, etiam apud Homerum, ut *ἐπέχειν οἶνον*, quamquam id est *porrigere* potius: tamen haud paullo melius est h. l. *ὑπέχειν οὖδας*, *submittere*, *supponere solum*, in quo edatur, cum respectu ad situm, ut *ὑπέχειν θήλην* vel *μαζὸν* dicunt potius quam *ἐπέχειν*. Itaque eam lectionem revocavi.

Vs. 52. *Τοῦτό τοι ἀντιμοιβὸν*] Si dici posset

Partheniae (nondum enim erat Samos) ubi te Nymphae
Vicini Ancaei Mycalesides hospitio exceperunt.
Posteaquam vero Apollini natale solum praebuisti,
Hoc tibi, gratiae caussa, nautae dederunt nomen,
Quod non amplius obscura innatabas mari, sed in maris
Fluctibus Aegaei pedum defixeras radices.
Neque vero iratam Junonem expavisti, quae quidem omnibus
Horrendum indignabatur puerperis, quae Jovi liberos
Tulerant, Latonae autem maxime, quod sola
Jovi editura erat cariorem Marte filium.
Hac quidem de caussa & illa speculabatur in coelo,
Ira-

posset *ἀντιαμοιβὸν*, hic ponendum censerem. STEPHAN.

Ibid. *Τοῦτό τοι ἀντιμοιβὸν*] Stephanus vellet legi *ἀντιαμοιβόν*. Pater meus legebat *ἀνταμοιβόν*. A. FABRI.

Ibid. *ἀντημοιβὸν*] Edd. omnes *ἀντιμοιβὸν*, pro quo dudum viri docti *ἀντιαμοιβὸν*, vel *ἀνταμοιβὸν*, ut, praeter notarum auctores, Dorvill. ad Charit. p. 441. vel *ἀντημοιβὸν* legi voluere, ut Anonymus in marg. edit. Vascos. Palmerius, Th. Bentlejus ad h. l. Etsi *ἀντιμοιβὸν* versus ferre posset, quod *τὸ μ* in pronunciando duplicari potest, tamen est contra analogiam linguae. Itaque cum MS. Voss. & Ambros. alter habeant *ἀντημοιβὸν*, id recipere non dubitavi. In MS. Ambr. est *ἀντημοικὸν* solito errore in illa littera. v. H. in Dian. 38.

Vs. 53. —— *οὐκέτ' ἄδηλος ἐπέπλεες*] Legitur etiam *ὑπέπλεες*. sed antea quoque, videlicet versu 36. habuimus *ἐπέπλεες*. ita enim ibi scripsi in mea etiam illa editione quae Callimachum caeteris poëtis adiunctum habet, quum antea legeretur *ἀπέπλεες*. STEPHAN.

Vs. 56. *ἐπεβρωμᾶτο*] Suspicabatur Pater legendum esse *ἐπεβριμᾶτο*. *βριμάω* enim & *βριμέω* significat *minitor*, *irascor*, *excandesco*: *βρωμάομαι* non item. A. FABRI.

Ibid. *ἐπεβρωμᾶτο*] Offendit hoc verbum, ut parum dignum Dea, Fabrum & Spanhemium. Frustra. Poëtae enim saepenumero verba, quae proprie de bestiarum clamore dicuntur, honeste transferunt ad Deos hominesque, ad exprimendam aliquam vehementiam irae, sonumque terribiliorem. Apud Aristoph. Ran. 570. terrendi caussa Hercules *μυκᾶται*, & apud Virg. Aen. VI. 99. Sibylla *remugit*. Atque etiam *μυκηθμοὶ* de fragore terribili subterraneo in terrae motibus dicuntur. Apud Claudianum Rapt. Proserp. 443. Ceres omnibus *admugit*. Ipsum *rudere*, quod est *ἐπιβρωμᾶσθαι*, est apud Virg. Aen. VIII. 248. de Caco: *insueta* rudentem *Desuper Alcides telis premit*. In quibus omnibus nil nisi vehemens atque terribilis clamor intelligitur. Apud Aeschylum Pers. 13. *βαΰζειν*, quod Hesychius interpretatur *ἐλακτεῖν*, ut bene docet Stanlejus, est vehementer, magno cum clamore poscere, quod etiam Latini honeste *latrare* vocant, ut Lucretius: *nil aliud naturam latrare*. Apud Herodotum III. 117. viri mulieresque ad palatium regis Persarum petituri aliquid vehementius *βοῶσι ὠρυόμεναι*: ad quem locum respexit Hesychius. Mox *ἐξέφερον*, ut Latini *efferre*, quod tamen ipsum non memini me de hominibus reperire.

Vs. 62.

Σπερχομένη μέγα δή τι καὶ οὐ φατόν. εἶργε δὲ Λητὼ
Τειρομένην ὠδῖσι. δύω δέ οἱ εἵατο φρουροὶ
Γαῖαν ὑποπτεύοντες. ὁ μὲν πέδον ἠπείροιο
Ἥμενος ὑψηλῆς κορυφῆς ἔπι Θρήϊκος Αἵμου
Θοῦρος Ἄρης ἐφύλασσε σὺν ἔντεσι. τὼ δέ οἱ ἵππω
Ἑπτάμυχον βορέαο παρὰ σπέος ηὐλίζοντο.
Ἡ δ' ἐπὶ νησάων ἑτέρη σκοπὸς εὐρειάων
Ἧστο, κόρη Θαύμαντος, ἐπαΐξασα Μίμαντι.
Ἔνθ' οἱ μὲν πολίεσσιν ὅσαις ἐπεβάλλετο Λητὼ,

Mi-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

61 Εἵατο] Ἐκαθέζοντο.
63 Αἵμου] Ὄρος Θράκης.
65 Ἑπτάμυχον] Πολύμυχον.
66 Νησάων] Παραλόγως ἔχει τὴν διαίρεσιν· οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ εἰς α ἐστίν.
67 Ἧστο κόρη] Ἡ Ἶρις.
Μίμαντι] Ὄρος Χίου.

Vſ. 60. Σπερχομένη] Heſychius, σπέρχειν, σπεύδειν, χαλεπαίνειν, θυμοῦσθαι, &c. & in hac ſignificatione legitur apud Herodot. l. 5. πυθόμενος δὲ, κάρτα δεινὸν ἐποιήσατο ὁ Μεγαβάτης καὶ ἐσπέρχετο τῷ Ἀρισταγόρῃ. A. Fabri.

Vſ. 61. δύο δέοι] Scribendum δύω, ut ſtet verſus. Stephan. Et ſic recte veteres editiones. Th. Graev.

Ibid. δύω] Edd. vett. δύο, praeter Vaſcoſ. quae habet δύω, quod bene reduxit Graevius, niſi quis ultimam in δύο per caeſuram produci dicat.

Vſ. 62. Γαῖαν ὑποπτεύοντες] Sic edd. omnes. MSS. tamen Vat. & Voſſ. habent ἐποπτεύοντες: nam verba ex ἐπὶ & ὑπὸ facile & ſaepe permutata ſunt. vid. v. c. ad vſ. 51. Ea lectio aptior vulgata videri poteſt. Nam ἐποπτεύειν poteſt eſſe *inſpicere*, *ſpeculari*, ut ἐπιόπτεσθαι, unde Jupiter ἐπόψιος, H. in Jov. 82. at ὑποπτεύειν eſt vulgo *ſuſpicari*, nec pro *ſpeculari* dici putatur. Itaque Arnaldus in Animadv. p. 70. corrigebat ὀπιπτεύοντες, eleganti conjectura, quam probabant etiam Viri clariſſimi, Th. Bentlejus ad h. l. & M. Röverus in Addend. ad not. in Muſaeum vſ. 213. ubi pro vulgata lectione ὀπιπτεύων MS. Reg. habebat ὑποπτεύων: unde apparet, ea verba confundi potuiſſe. Quo minus aut Vat. & Voſſ. librorum lectioni, aut conjecturae huic accedam, impedit me, quod etiam vulgata lectio utcunque ſe tueri poſſe videtur loco Theocriti Idyll. XXIII. 10. Οἷα δὲ θὴρ ὑλαῖος ὑποπτεύῃσι κυναγὼς, Οὕτω πάντ' ἐποίει ποτὶ τὸν βροτόν. niſi quis etiam hic ὀπιπτεύῃσι corrigi velit. Nam in h. l. ὑποπτεύειν, ut contextus docet, non eſt, quod alias ſignificant verba ſimilia, ὑποβλέπειν, (ut H. in Cer. 50. 51. ubi vid.) ὑπιδεῖν &c. *limis & iratis oculis adſpicere*, ſed *circumſpicere*, *ſpeculari*, quacumque de cauſſa, & in partem magis deteriorem.

Vſ. 65. Ἑπτάμυχον] ἑπτὰ multitudinem ſignificat, ut & τρία. ut ſupra annotavimus verſ. 31. Sic dicimus ἑπταπέκτιον, τὴν βαθείας τρίχας ἔχουσαν. Vulcan.

Ibid. Ἑπτάμυχον βορέαο παρὰ σπέος] Ideo

Ira ardens permagna, nec verbis exprimenda: ar-
cebatque Latonam
Afflictam partus doloribus: & duos collocaverat cu-
ſtodes,
Qui terram circumſpicerent. Alter quidem conti-
nentem,
Sedens alto in vertice Threicii Haemi,
Acer Mars, ſervabat in armis, equis ipſi interea
Septemplici in Boreae antro ſtabulantibus:
Altera vero ſpeculatrix latarum inſularum
Sedebat puella Thaumantis, occupato Minante.
Ibi illi igitur urbibus, quaſcunque adibat Latona,
Se-

Ideo hic antrum Boreae ſtatuerunt, quod Boreas Graeciae a Thracia, quod vel pueri ſciunt. Heſiod.

> —— *καὶ πηγάδας, αἵτ' ἐπὶ γαῖαν*
> *Πνεύσαντος Βορέαν δυσηλεγέος τελέθουσιν*
> *Ὅς τε διὰ Θρήκης ἱπποτρόφου εὐρέϊ πόντῳ*
> *Ἐμπνεύσας ὤρινε, μέμυκε δὲ γαῖα καὶ ὕλη.*

A. Fabri.

Vſ. 66. *νησάων*] Male Caninius, qui reprehendit Callimachum, quod dixerit *νησάων*, cum a *νῆσος* ſit. Illum fugiebat dixiſſe veteres *νήση*: unde Virgil.

> *Neſaee, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque.*

ubi *Neſaee*, manifeſte oſtendit antiquitus *νήση* dictum fuiſſe. A. Fabri.

Ibid. *νησάων*] Veteres dixiſſe *νήση*, facile perſuadeor ut credam, motus auctoritate Callimachi, quamvis ex loco Virgilii allato non id elicias. Nam Neſaee eſt quaſi *νησαῖα*, vel *νησαίη*, inſularis. Sic *νησαῖαι ἵπποι* apud Heſych. equi quaſi inſulares: quoniam ille locus, in quo iſti equi generabantur in Media, Graecis vocabatur *νῆσος*, quia undique cingebatur aquis, teſte eodem Heſychio. Th. Graev.

Ibid. *Ἡ δ' ἐπὶ νησάων*] *ἐπὶ* refer ad *ἧστο*, ut ſit pro *ἐφῆστο*: *ſedebat in Mimante ſpeculatrix inſularum.* Male *νησάων* defendit Anna Fabri, ut vidit Graevius, etſi & ipſe credit eſſe a *νήση* pro *νῆσος*. Immo poëtae in nonnullis in *ος* ſumſerunt ſibi hoc, ut genitivum pluralem terminarent etiam in *αων*, praeſertim in femininis, quamquam apud Theocr. Id. XVII. 90. in MS. quodam pro *νάσοις* legitur *νάσαις*, teſte Dorvillio, Obſ. Miſc. VII. p. 41. Appoſitiſſimus eſt locus Suidae, qui interpretes Callimachi praeteriit in Κολωνάων: *Κολωνάων καὶ νησάων παραλόγως ἐχρήσατο Καλλίμαχος. Οὐ γὰρ παράγεται ἀπὸ τῆς κολώνης, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κολωνοῦ.* In quo loco aut *καὶ νησάων* adſcriptum ob ſimilitudinem in margine venit in textum, aut aliud quid ſequebatur in Grammatico, unde haec excerpſit Suidas, quod omiſſum eſt, ut non pertinens ad hunc locum. Sed hanc formam etiam alii imitati ſunt, ut Manetho IV. 448. *ψηφάων παίκτας* dixit: eamque Q. Calabro reddere vult Dausquius, VII. 61. pro *ἠπείροιο νέσων* reſcribens *νοσούντων* vel *νοσάων*, quod tamen recte improbat Dorvillius ad Charit. p. 684. Nam etſi talia non ſunt corrigenda, ubi in bonis & conſentientibus libris reperiuntur, tamen non obtrudenda ſunt ſcriptoribus ex ingenio.

Vſ. 67. *Μίμαντι*] *ὄρος Χίου*, inquit Scholiaſtes. Imo in Aſia eſt in conſpectu Chii. A. Fabri.

Vſ. 69.

Μίμνον ἀπειλητῆρες, ἀπετρώπων δὲ δέχεσθαι.
Φεῦγε μὲν Ἀρκαδίη. φεῦγεν δ' ὄρος ἱερὸν Αὔγης
Παρθένιον· φεῦγεν δ' ὁ γέρων μετόπισθε Φεναιός.
Φεῦγε δ' ὅλη Πελοπηῒς ὅση προσκέκλιται Ἰσθμῷ,
Ἔμπλην Αἰγιαλοῦ τε καὶ Ἄργεος. οὐ γὰρ ἐκείνας
Ἀτραπιτοὺς ἐπάτησεν, ἐπεὶ λάχεν Ἴναχον Ἥρη.
Φεῦγε καὶ Ἀονίη τὸν ἕνα δρόμον. αἱ δ' ἐφέποντο
Δίρκη τε, Στροφίη τε, μελαμψήφιδος ἔχουσαι
Ἰσμηνοῦ χέρα πατρός. ὁ δ' εἵπετο πολλὸν ὄπισθεν
Ἀσωπὸς βαρύγουνος, ἐπεὶ πεπάλακτο κεραυνῷ.
Ἡ δ' ὑποδινηθεῖσα χοροῦ ἀπεπαύσατο νύμφη

Αὐτό-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

71 Παρθένιον] Ὄρος Ἀρκαδίας τὸ Παρθένιον, ἔνθα τὴν Αὔγην τὴν Ἀλεοῦ θυγατέρα, ἱέρειαν τῆς Ἀθηνᾶς, ἔφθειρεν Ἡρακλῆς.

Φεναιὸς] Πόλις Ἀρκαδίας ἀρχαία.

73 Ἔμπλην Αἰγιαλοῦ τε καὶ Ἄργεος] Ὅμηρος· Αἰγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα.

75 Καὶ Ἀονίη] Ἀονίας τὰς Θήβας λέγει.

76 Δίρκη τε, Στροφίη τε] Κρῆναι ἐν Θήβαις ταῖς Βοιωτίαις.

77 Ἰσμηνοῦ] Ἰσμηνὸς, ποταμὸς Θηβῶν, καὶ Ἀσωπός.

78 Ἐπεὶ πεπάλακτο] Ἐπεὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Αἴγιναν ἡρπάγηναι ὑπὸ Διὸς ἀπήγγειλε Σίσυφος· ὁ δὲ ἤρξατο διώκειν αὐτήν. Ζεὺς δὲ ὀργισθεὶς ἐκεραύνωσεν αὐτόν.

79 Ἡ δὲ ὑποδινηθεῖσα] Ὑπότρομος γενομένη.

Vf. 69. ἀπετρώπων] Nota ω pro ο in penultima. Multa apud Homerum exempla reperies. A. Fabri.

Vf. 70. ὄρος ἱερὸν Αὔγης] Late & erudite hunc locum tractat Ill. Spanhemius. Conjectura autem ἱερὸν Αὔγη non eft neceffaria. Nam vulgata lectio idem fignificare poteft. Omnino poëtae multis modis genitivos tales ufurpant, qui a noftra lingua nimis recedunt. De Auge add. Leopard. Emend. 11. 16. ubi aliquot loca veterum vitiofa in hoc nomine corrigit. Ed. Frob. male φεῦγε δ' ὄρος, & mox φεῦγε δ' ὁ γέρων.

Vf. 71. Φεναιός] Homero & aliis haec urbs Arcadiae dicitur Φενεός, ficut & Catullo elegia ad Manlium.

Quale ferunt Graii Pheneum prope Cylleneum.

Cur If. Voffius ὁ πάνυ notet legendum effe Φεναῖος, ut nempe fiat fynizefis, cauffae nihil video. Sita fuit haec urbs in monte Cyllene juxta lacum ejusdem nominis, ut teftatur Stephanus de urbibus, quem vide. Callimachus cum γέροντα dicit, videtur lacum, de quo Ovidius, innuere voluiffe, quia veteres cum mare, flumina, amnesve, aut lacus repraefentare vellent, fenis effigiem pingebant. Th. Graev.

Ibid. Φεναιός] Arnaldus Animadv. p. 71. corrigit Φενειός: quod fit poëtice pro Φενεός, vero urbis hujus Arcadicae, ut ipfi placet, vel ut aliis, lacus

Sedebant minantes, vetabantque recipere.
Fugit quidem Arcadia, fugitque mons ſacer Augae
Parthenius: fugit & ſenex retro Phenaeus.
Fugit & tota Peloponneſus, quoad finitima eſt Iſthmo,
Praeter Aegialum & Argos: non enim illas
Vias calcavit, quod Inachum tenet Juno.
Fugit & Aonia pari curſu, ſequebanturque
Et Dirce & Strophie, ſcrupoſi tenentes
Iſmeni patris manum. Sequebatur autem procul a tergo
Aſopus tardigradus, quod percuſſus fuerat fulmine.
At circumacta reliquit chorum Nympha
Indi-

lacus aut fluminis nomine. Accuratiorem eſſe hanc ſcripturam non dubitem.

Vſ. 72. ὅση παρακέκλιται] Hinc ſumſit totum hemiſtichium Dionyſ. Perieg. 386.

Vſ. 74. ἐπεὶ λάχεν Ἴναχον Ἥρη] Inachus Argolidis fluvius, quae Junoni ſacra. Horat.

Plurimus in Junonis honorem
Aptum dicit equis Argos, ditesque Mycenas.

Caeterum Inachus Luciani tempore non extabat, ſed cubile tantum vel foſſa: & alicubi apud eum error eſt, cum de illo loquitur: legitur enim τόφος, & legendum eſt τάφρος, ut Pater reſtituit. Locus eſt in Charonte, ut puto. A. FABRI.

Ibid. λάχεν Ἴναχον Ἥρη] v. ad H. in Apoll. 43.

Vſ. 75. Φεῦγε καὶ Ἀονίη] Per Aoniam Thebas Boeotias intelligit: Ἄονες γὰρ ἔθνος βάρβαρον οἰκῆσάν ποτε ἐν Βοιωτίᾳ, ut annotat Euſtath. in Dionyſium de ſitu orbis, ex Strabone; unde & apud eundem Dionyſium, Ἀονίῳ τμηθεῖσα πολυγλώχινι σιδήρῳ interpretatur Ἀονίῳ, Βοιωτίῳ. VULCAN.

Vſ. 78. βαρύγουνος] Dicitur & βαρυγένατος, Theocrit. Idyll. XVIII. vſ. 10.

Ἦ ῥά τις ἐστὶ λίαν βαρυγένατος;
ἦ ῥα φίλυπνος;

A. FABRI.

Ibid. πεπάλακτο] Apud Scholiaſtem eſt error typographi, ὁ δὲ ἤρξατο διώκειν αὐτὸν, corrige αὐτήν. A. FABRI.

Ibid. ἐπεὶ πεπάλακτο κεραυνῷ] Pronum foret conjicere πέπληκτο, ob κεραυνῷ. Sed rectiſſima eſt lectio πεπάλακτο. Idem enim ſignificat, ſed *cum effectu*, quia ſermo eſt de fluvio, qui foedatur, turbatur tali motu. Eodemque verbo uſus eſt de flumine Q. Calaber Paral. XII. 402. νιφετῷ πεπαλαγμένον ὕδωρ. Apud Homerum Il. Λ. 98. Agamemnon caput alicujus haſta trajicit: ἐγκέφαλος δὲ Ἔνδον ἅπας πεπάλακτο: quod vertam: cerebrum intus totum *confuſum eſt*, quod pari ſenſu dixit Virgilius de cerebro. Ceterum hunc locum prae oculis habuit Nonnus Dionyſiac. XXVII. p. 716. 2. ſ. ad quem locum v. animadv. P. Cunaei p. 140. qui ibi pro Ἀσωπὸς βαρύδουπος bene e noſtro reponit βαρύγουνος.

Vſ. 79. Ἠδ' ὑποδεισηθεῖσα] Multa hic de ſingulis verbis & rebus univerſe diſputat Spanhemius: non autem docet, quo pertineant hic dicta. Oportet intelligi fabulam de quercu in Helicone excisa eo tempore, quam nondum indagare potui.

Vſ. 80.

Αὐτόχθων Μελίη, καὶ ὑπόχλοον ἔσχε παρειὴν,
Ἥλικος ἀσθμαίνουσα περὶ δρυὸς, ὡς ἴδε χαίτην
Σειομένην Ἑλικῶνος. ἐμαὶ θεαὶ, εἴπατε, Μοῦσαι,
Ἦ ῥ' ἐτεὸν ἐγένοντο τότε δρύες ἡνίκα νύμφαι.
Νύμφαι μὲν χαίρουσιν ὅτε δρύας ὄμβρος ἀέξει,
Νύμφαι δ' αὖ κλαίουσιν ὅτε δρυσὶν οὐκ ἔτι φύλλα.
Ταῖς μὲν ἔτ' Ἀπόλλων ὑποκόλπιος αἰνὰ χολώθη,
Φθέγξατο δ' οὐκ ἀτέλεστον, ἀπειλήσας ἐπὶ Θήβῃ·
Θήβη, τίπτε τάλαινα τὸν αὐτίκα πότμον ἐλέγχεις;
Μήπω μή μ' ἀέκοντα βιάζεο μαντεύεσθαι.
Οὔπω μοι Πυθῶνι μέλει τριποδήϊος ἕδρη,
Οὐδέ τι πω τέθνηκεν ὄφις μέγας, ἀλλ' ἔτι κεῖνο
Θηρίον αἰνογένειον ἀπὸ Πλειστοῖο κατέρπον

Παρ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

80 Αὐτόχθων Μελίη] Τὸ ἑξῆς, οὐκ ἔστι κύριον, ἀλλ' ἁπλῶς εἴρηται περὶ πάσης μελίας.

81 Ἑλικῶνος] Ὄρος Βοιωτίας.

86 Ταῖς μὲν ἔτ' Ἀπόλλων] Ταῖς μὴ δεξαμέναις δηλαδὴ τὴν Λητώ.

88 Θήβη, τίπτε τάλαινα τὸν αὐτίκα] Τὸ ἑξῆς, ὦ Θήβη, τί αὐτίκα ἐλέγχεις τὸν ἐσόμενόν σοι πότμον.

90 Τριποδήϊος] Ὁ Δελφίνης.

92 Ἀπὸ Πλειστοῖο] Πλειστὸς, ποταμὸς Φωκίδος, παρὰ τὸν Παρνασσὸν ῥέων, ὅ ἐστιν ὄρος Φωκίδος.

Vſ. 80. Αὐτόχθων Μελίη] Αὐτόχθονες, alias γηγενέες. ὑπόχλοον vero ὑπόχλωρον. Fit enim χλωρὸς, ἐκ τοῦ χολὴ, καὶ ὑπερθέσει χλοή. VULCAN.

Vſ. 82. ἐμαὶ θεαὶ, εἴπατε, Μοῦσαι] Recte habet ſe hoc: ſed mihi tamen ſaepe viſum eſt concinnius fore & accuratius, ſi legamus ἐμοὶ θεαὶ εἴπατε Μοῦσαι. Theocrit. Dioſcur. 116. Εἰπὲ θεὰ, σὺ γὰρ οἶσθα· ἐγὼ δ' ἑτέρων ὑποφήτης φθέγξομαι &c.

Vſ. 88. τὸν αὐτίκα πότμον ἐλέγχεις] Paullo durius hoc loco videtur ἐλέγχεις: quamquam neminem interpretum offendit, niſi Cl. Th. Bentlejum, qui recte ineptam Scholii interpretationem repudiat. Ipſe autem eleganter conjicit legendum eſſe ἐφέλκεις, uſus illo Euripideo: Πολλὰς ἐφέλκων συμφορὰς ἀμηχάνους. Sed mihi in hac lectione frigere videtur ὁ αὐτίκα. Igitur vulgatam lectionem ſervandam & probandam puto. *Quid propinquum, imminens tibi fatum ſciſcitaris, ſcire cupis ante tempus?* Cui conveniunt ſequentia: *ah! nondum me coge vaticinari.* ἐλέγχειν exquiſite dicitur pro *ſciſcitari*, & (*per quandam etiam ſuavem vim*) *elicere verum, cogere quem ut verum dicat.* Lycurgus c. Leocrat. c. 9. πολὺ δοκεῖ δικαιότατον καὶ δημοτικώτατον (pro δημοτικὸν) εἶναι, ὅταν οἰκέται ἢ θεράπαιναι συνειδῶσιν ἃ μὴ δεῖ (ſic recte Taylorus V. Cl.

Indigena Melie, & pallidam habuit genam,
Propter aequalem anxia quercum, cum videret comam
Commotam Heliconis. Deae meae dicite, Musae,
An vere una quercus & nymphae natae sint.
Nymphae quidem gaudent, cum quercus nutrit imber,
Nymphae rursus flent, cum quercubus nulla amplius folia sunt.
Et illis quidem Apollo adhuc in utero graviter irascebatur,
Elocutusque est, non irrita minitans Thebae.
Thebe, quid misera propinquum sciscitaris fatum?
Ne me, quaeso, jam coge invitum vaticinari.
Nondum mihi Pythici tripodis sedes curae,
Nec adhuc periit draco ingens; sed illa adhuc
Bestia dirum barbata a Plisto descendens

Par-

Cl. corrigit) τούτους ἐλέγχειν καὶ βασανίζειν: male versio: *illos redarguere ac torquere. Redarguere* pertinet ad reum, non ad testes, qui interrogantur: immo, *ex his verum exquirere sciscitando atque per vim tormentorum.* Mox ἔλεγχον γενέσθαι, *verum exquiri*, cui respondet ἔλεγχον ποιεῖσθαι, i. e. *quaerere verum, exquirere verum.* Ibid. c. 10. est etiam ἐξελέγχειν eodem sensu: μὴ ἐξ αὐτῆς οἰκίας οἵ τ' ἐξελέγχοντες τῷ ἔργῳ καὶ ὁ ἐξελεγχόμενος γένηται· *ne ex eadem domo sit, qui quaerit verum, scil. e servis, e consciis, non ex ipso reo, & a quo exquiritur.* Unde ἐλέγχεσθαι, & ἐξελέγχεσθαι est *aperire animum, proferre sensum mentis; verum dicere.* Polyb. Leg. 77. Si voluisset Perseus, ait, pecunias elargiri civitatibus & regibus, πάντας ἂν συνέβη καὶ τοὺς Ἕλληνας καὶ τοὺς βασιλέας —— ἐξελεγχθῆναι: *omnium animi nudati essent, omnes verum sensum animi protulissent.* Quae forma Polybii ducta est e Thucyd. III. 64. ἐπεδείξατε, inquit ibi orator, quae ante bene fecistis, non pertinuisse ad vos: quae autem vobis placuerint, verum autem animi studium, τὸ ἀληθὲς ἐξελέγχθη, *verissime prolatum & nudatum est.* Illud tempus ἤλεγξεν αὐτοὺς, non *redarguit* aut *convicit*, sed *elicuit verum sensum.* Xenoph. Cyrop. I. p. 75. ed. Hutch. ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο ἀνένευον, ἤλεγχες αὖ σύ. *cum hoc quoque negassem, rursus interrogabas.* Adde Cl. Abreschium ad Aeschyl. p. 493. ubi hanc verbi vim bene illustrat, nec locum Callimachi praetermittit.

Vs. 90. - τριποδήϊος ἕδρη] Pro ὁ Δελφίνης, quod apud scholiastem scriptum est ad exponendam vocem τριποδήϊος, videndum an scribi possit δελφική. STEPHAN.

Ibid. τριποδήϊος ἕδρη] Schol. ὁ δελφίνης. Illustris Huetius suspicatur legendum ἡ δελφική. Qua conjectura quantumvis verisimili, aliam tamen ea verisimiliorem idem proposuit; suspicatur enim e veteribus Callimachi scholiis excidisse aliquid hoc loco, nimirum Scholion vocis hujus τριποδήϊος, cui subjunctum fuisse opinatur istud vs. 91. ὄφις ὁ δελφίνης, & pro eo legendum ὁ δελφύνης: sic enim dictum fuisse Pythium serpentem ab Apolline interfectum testari

Apol-

Παρνησὸν νιφόεντα περιστέφει ἐννέα κύκλοις.
Ἀλλ᾽ ἔμπης ἐρέω τι τορώτερον ἢ ἀπὸ δάφνης,
Φεῦγε πρόσω· ταχινός σε κιχήσομαι, αἵματι λούσων
Τόξον ἐμόν. σὺ δὲ τέκνα κακογλώσσοιο γυναικὸς
Ἔλλαχες. οὐ σύ γ᾽ ἐμεῖο Φίλη τροφὸς, οὐδὲ Κιθαιρὼν
Ἔσσεται· εὐαγέων δὲ καὶ εὐαγέεσσι μελοίμην.
Ὣς ἄρ᾽ ἔφη. Λητὼ δὲ μετάτροπος αὖθις ἐχώρει.
Ἀλλ᾽ ὅτ᾽ Ἀχαιϊάδες μιν ἀπηρνήσαντο πόληες
Ἐρχομένην, Ἑλίκη τε Ποσειδάωνος ἑταίρη,
Βοῦρά τε, Δεξαμενοῖο βοόστασις Οἰνιάδαο,

Ἄψ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

94 Τομώτερον] Σαφέστερον.
96 Κακογλώσσοιο] Τῆς Νιόβης. ἐν Θήβαις γὰρ κατῴκει.
97 Κιθαιρὼν] Ὄρος Θηβῶν.
101 Ἑλίκη] Πόλις Βοιωτίας.
102 Βοῦρά τε, Δεξαμενοῖο] Βοῦρα, πόλις Ἀχαΐας· ᾤκησε δὲ αὐτὴν Δεξαμενὸς ὁ Κένταυρος. ἐκεῖ δὲ αὐτοῦ τὰ βοοστάσια ἐφυλάττετο. διὸ καὶ Βοῦρα ὠνομάσθη.

Apollonium Rhodium & Dionysium Periegeten. A. Fabri.

Ibid. *τριποδήϊος ἕδρη*] Negat vero Apollo, jam sibi curae esse oraculum Delphicum, quippe quod illo tempore Themis tenebat. Nam veteres ante Apollinem oraculo praefectam Themidem commemorant. Hinc est illud ap. Ovid. Metam. lib. I.

> —— *numina montis adorat,*
> *Fatidicamque Themin, quae tunc oracla tenebat.*

Et apud Aeschyl. in initio Eumenidum:

> —— ἐκ δὲ τῆς Θέμιν,
> Ἣ δὴ τὸ μητρὸς δευτέρα τόδ᾽ ἕζετο
> Μαντεῖον, ὡς λόγος τις.

i. e. *Post hanc vero, Themin; Haec nimirum a matre secunda huic insedit Oraculo, ut fertur.* Th. Graev.

Vs. 93. *περιστέφει ἐννέα κύκλοις*] MS. Voss. *περιστείφει*. *Κύκλοι* serpentis sunt *orbes* Virgilii Georg. III. 422. Add. Ill. Spanhem.

Vs. 94. *ἐρέω τι τομώτερον ἢ ἀπὸ δάφνης*] Huc pertinet ille locus Lycophronis (ut alios aliorum omittam) de sua Cassandra:

> Δαφνηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα.

Stephan.

Ibid. *τομώτερον ἢ ἀπὸ δάφνης*] Eadem significatione, qua *ex tripode*, ob certitudinem oraculorum Apollinis. Ita Cicero in epistola quadam ad Brutum: *Haec ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi putes.* Scholiastes interpretatur *τομώτερον*, *σαφέστερον*. cum alioqui *τομώτερος* significet *ὀξύτερον*, *ἤτοι δυνάμενον τέμνειν*. Vulcan.

Ibid. *ἐρέω τι τομώτερον*] Explicat *τομώτερον plus net, plus court, en moins de mots.* Terent.

> —— *non Apollinis magis verum*
> *Atque hoc responsum est.*

A. Fabri

Ibid. *ἐρέω τι τομώτερον ἢ ἀπὸ δάφνης*] Quae ad explicandum *τὸ τομώτερον* adfert Spanhemius, ut possit significare *clarius*, *σαφέστερον*, de glos-

sa

Parnaſſum nivalem novem implicat orbibus.
Sed tamen edico aliquid certius, quam e lauro:
Fuge procul: celeriter te adſequar, ſanguine lavans
Arcum meum. tu autem liberos jactabundae mulieris
Habes. Non tu ſane nutrix mea, nec Cithaeron
Erit. Sanctus autem ipſe, etiam ſanctis ſum cordi.
Sic ille dixit. Latona autem converſa retro ceſſit.
Sed cum Achaicae illam repudiarent urbes
Venientem, & Helice, Neptuni amica,
Et Bura, Dexameni Oenidae ſtabulum boum,
Retro

ſa Scholiaſtae, ea nollem ſcripta eſſe a magno viro: adeo ſunt aliena. Nihil certius eſt emendatione, quae primo, quod ſciam, Theod. Cantero in mentem venit, in cujus ſchedis reperta eſt. v. Dorvill. ad Charit. p. 465. probata deinde Th. Bentlejo ad h. l. Dorvillio l. c. & nuper Cl. Ruhnkenio Ep. Crit. II. p. 29. qui vocem τορὸς frequentiſſimam Tragicis eſſe docet: quamquam & apud proſaicos ſequioris aevi, ut Athenaeum, & alibi occurrit. De formula ἀπὸ δάφνης v. Kuſterum ad Ariſtoph. Plut. vſ. 39. ἐκ στεμμάτων Ariſtophanis idem eſt.

Vſ. 95. ταχινὸς —— αἵματι λούσων &c.] In ed. Ald. eſt in margine notata emendatio ταχινὴν, neſcio cujus: ut referretur ad Θήβην: velut ſenſus eſſet: quamvis celerem tamen aſſequar. Sed ταχινὸς verum eſt, referturque ſenſu ad τὸν αὐτίκα πότμον. Αἵματι λούειν τόξον eſt magnifica phraſis, occurrens etiam in epigrammate Simonidis, Anthol. VI. 25. 1. Τόξα -- πολλάκι -- Περσῶν -- αἵματι λουσάμενα: *arma, quae ſaepe Perſarum ſanguis lavit.*

Vſ. 98. εὐαγέων δὲ καὶ εὐαγέεσσι μελοίμην] Non dubito quin cum εὐαγέων ſubaudiendum ſit υἱοῖς, ut dicat, Sed curae ſim iis, quorum patres ſancti fuerunt, & qui ſancti ſunt & ipſi. Poſſumus vero & *religioſi* interpretari. STEPH. Praeſtat vertere *pii*. Ovid. *Cura pii diis ſunt, & qui coluere coluntur.* TH. GRAEV.

Ibid. εὐαγέων δὲ καὶ εὐαγέεσσι μελοίμην] Ineptiſſime verſio Latina ſuperior explicat. Verum ſenſum primus commentatorum vidit Ill. Spanhemius, quem vide. Sed ante viderat interpres Latinus Gulonius: *Purus puris curae ero.* De verbo εὐαγὴς etiam agit Arnaldus in Lect. Gr. p. 57.

Vſ. 100. Ἀχαιιάδες] Ut H. in L. P. 13. Add. interpretes ad Ovid. Heroid. III. 71. Ἀπηρνήσαντο, *repudiabant, fugiebant.* Sic ſupra vſ. 46. ἀνήνασθαι, ubi vid.

Vſ. 102. Οἰνιάδαο] MS. Vatic. Οἰκιάδεο, Ambr. & Voſſ. Edd. Flor. Ald. Οἰκιάδαο. unde in editione Vaſcoſ. factum Οἰνιάδαο. Eadem ſcriptura eſt apud Etymologum in Βοῦρα (ubi tamen Sylburgius lectionem librorum Callimachi praefert) apud Tzetzen ad Lycophron. 591. ubi ille hoc verſu utitur: quem tamen Potterus de ſententia Nic. Gerbelii correxit in Οἰνιάδαο, ſcilicet ad Callimachi exempla edita: nam MSS. in his Vitembergenſis membr. habent Οἰκιάδαο. Heſychius: Οἰκιάδης. Σιμωνίδης καὶ Ἱππόνου πατήρ. Quem locum Sevinus in Comm. Acad. Inſcr. T. III. n. 39. ſic corrigit: Οἰκιάδης. Σιμωνίδης Δεξαμενοῦ καὶ Ἱππόνου πατήρ. defendens, in Callimacho legendum Οἰκιάδης ex Etymol. & Schol. Lycophronis, ignorans codd. & edit. Flor. Ald. ſcripturam: Dexamenum enim fuiſſe fratrem Hipponoi. Malim: Οἰκιάδης. Σιμωνίδης. Οἰκεὺς Δεξαμενοῦ καὶ Ἱππόνου πατήρ.

Ἄψ δ' ἐπὶ Θεσσαλίην πόδας ἔτρεπε. Φεῦγε δ' Ἄναυρος,
Καὶ μεγάλη Λάρισσα, καὶ αἱ Χειρωνίδες ἄκραι·
Φεῦγε δὲ καὶ Πηνειὸς ἑλισσόμενος διὰ Τεμπέων.
Ἥρη, σοὶ δ' ἔτι τῆμος ἀνηλεὲς ἦτορ ἔκειτο.
Οὐδὲ κατεκλάσθης τε καὶ ᾤκτισας, ἡνίκα πήχεις
Ἀμφοτέρους ὀρέγουσα, μάτην ἐφθέγξατο τοῖα·
Νύμφαι Θεσσαλίδες, ποταμοῦ γένος, εἴπατε πατρὶ,
Κοιμῆσαι μέγα χεῦμα· περιπλέξασθε γενείῳ,
Λισσόμεναι, τὰ Ζηνὸς ἐν ὕδατι τέκνα τεκέσθαι.
Πηνειὲ Φθιῶτα, τί νῦν ἀνέμοισιν ἐρίζεις;
Ὦ πάτερ, οὐ μὴν ἵππον ἀέθλιον ἀμφιβέβηκας.
Ἦ ῥά τοι ὧδ' αἰεὶ ταχινοὶ πόδες; ἢ ἐπ' ἐμεῖο
Μουνοι

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

104 Καὶ αἱ Χειρωνίδες ἄκραι] Τὸ Πήλιον, ὄρος τῆς Θεσσαλίας, διὰ τὸ τὸν Χείρωνα ἐκεῖ οἰκῆσαι.

105 Πηνειὸς] Ποταμὸς Θεσσαλίας.

Τεμπέων] Τέμπη, αἱ στενώταται διεκβολαὶ τῆς Θεσσαλίας ὀρῶν.

109 Θεσσαλίδες] Αἱ περὶ τὸν Πηνειόν.

πατήρ. Sed ne sic mihi satisfit. Dubitationem contra lectionem receptam movet etiam Cl. Th. Bentlejus ex eo, quod syllaba νι longa sit: unde vult corrigi Οἰνίδαο vel Οἰνείδαο, quae forma est apud Homerum: & Gulonius vertit *Oenidae*. Huic dubitationi occurri potest e consuetudine longas vocales atque adeo diphthongos corripiendi ante vocalem. Paullo post Ambr. 1. Λάρις pro Λάρισσα, & ἐφθέγξαο pro ἐφθέγξατο, ut contra H. in Dian. 79. ἐφθέγξατο pro ἐφθέγξαο.

Vs. 104. καὶ αἱ Χειρωνίδες ἄκραι] Non accipio nomen ἄκραι tanquam adjectivum (ut significentur Chironides excelsae) sed ut substantivum, quo intelligantur juga seu cacumina montium. Sic infra Δελφίδες ἄκραι. Steph.

Vs. 109. ποταμοῦ γένος] *genus amnibus unde est.* Virgil. A. Fabri.

Vs. 110. Κοιμῆσαι μέγα χεῦμα] Videri possit corrigendum κοιμίσσαι: nam hae formae centies permutatae. Sed hic non est opus tali correctione. Nam κοιμῆσαι quoque pro *sopire* rectum est, atque adeo antiquius quam κοιμίσσαι. Fundus Homerus Il. Ξ. 236. Κοίμησόν μοι Ζηνὸς ὑπ' ὀφρύσιν ὄσσε φαεινώ. ubi etsi cod. Harlei. κοίμισσον, teste Clarkio, (ut non sit verum, quod Barnesius ait, in omnibus MSS. ibi esse κοίμησον) & MS. Lips. κοίμισον: tamen κοίμησον auctoritate Eustathii praefertur, qui κοιμίζειν posterioris notae esse dicit ad Il. M. 281. Il. Π. 524. est κοίμισον δ' ὀδύνας, quod vitiosum esse omnes vident. Barnesius rescripsit contra omnes libros ex Il. Ξ. 234. κοίμησον, idque secutus est Clarkius, recte, ut opinor, etsi codex Harleianus hic quoque habet κοίμισσον, MS. Lips. ut ceteri, κοίμισον. Nam & alibi sic Homerus, ut Il. M. 281. κοιμήσας δ' ἀνέμους &c. ubi rursus MS. Lips. κοιμίσας. Atque hoc secuti sunt poëtae veterrimi, ut Aeschylus Sept.

c.

Retro verſus Theſſaliam vertit gradum. Fugerant autem Anaurus,
Et magna Lariſſa, & Chironia juga:
Fugit etiam Peneus, qui per Tempe volvitur.
Juno, tibi etiam tum durum manſit pectus,
Neque fracta es miſericordia, cum brachia
Utraque protendens, fruſtra ſic diceret:
Nymphae Theſſalides, fluminis genus; jubete patrem
Siſtere magnum fluxum: prenſate mentum
Supplicantes, ut Jovis prolem in aqua ejus liceat parere.
Penee Phthiota, quid nunc certas ventis?
O pater, non tamen equum curulem inſediſti.
An tibi, quaeſo, ſemper adeo veloces pedes? An me praeſente

Tan-

c. Theb. 3. *βλέφαρα μὴ κοιμᾶν ὕπνῳ.* ubi v. Stanlejus. Et hinc alii pluribus locis, in quibus tamen fluctuant libri, & credibile eſt, lectionem veram in ſequioribus eſſe in *ίζω*, quod ea forma poſt vulgatior fuit; qua etiam uſus eſt, & quidem pro *cobibere*, *comprimere*, ut h. l. Euripid. Phoen. 192. *Σύ τοι μεγαλανορίαν Ὑπεράνορα κοιμίζεις.* Sophocl. Ajac. 686. *Δεινῶν τ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε Στένοντα πόντον.* Lucianus item Jov. trag. 1. *κοιμίζειν ὀργὴν*, & alibi. Pro forma *κοιμᾶν* Munkerus ad Ant. Liber. p. 250. affert locum e LXX. 1 Reg. XVII. 19. *ἐκοίμησεν αὐτὸν ἐπὶ κλίνης*: Sic habent Edd. Ald. & Wechel. At Edd. Rom. & Grab. *ἐκοίμισεν*: alterum ex Apollodor. I p. 24. *τὸν φυλάσσοντα δράκοντα κατακοιμήσασα*, non probans Fabrum, qui corrigebat *κατακοιμίσασα.*

Vſ. 111. *τεκέσθαι*] Conſentiunt libri in hac lectione; niſi quod codex Voſſ. habet *γενέσθαι*: quae lectio ſi non placet, quamquam facilem ſenſum & orationem efficit: *precamini ut Jovis liberi in aqua veſtra edantur*: indicio tamen eſt, haeſiſſe librarios vel eruditos jam tum in lectione *τεκέσθαι*, quae ſane durior eſt. Nam *τεκέσθαι* ſemper active dicitur, referendumque eſt ad Latonam. Unde oritur neceſſitas durae ellipſeos: *ut mihi liceat.* Cl. Arnaldus Animadv. p. 72. corrigit *δέχεσθαι*: *rogate patrem, ut liberos Jovis in aquam ſuam recipiat.* Sed ea correctio jam eſt in margine ed. Friſchl. neſcio unde ducta, & quidem accommodatius ad vulgarem ſcripturam *δέκεσθαι*, quod eſt Ionicum vel poëticum pro *δέχεσθαι.* Quomodo corruptela exſiſtere potuerit, facile intelligitur. *Δέχεσθαι* de eadem re dixerat vſ. 69. & dixit infra vſ. 154.

Vſ. 113. *ἵππον ἀέθλιον*] Unde Hymno in Cererem, verſ. 110.

Καὶ τὸν ἀεθλοφόρον, καὶ τὸν πολεμήϊον ἵππον. Vulcan.

Vſ. 114. *ἢ ἐπ' ἐμεῖο Μῦνοι ἐλαφρίζουσι*] Vereor ne ſcribendum ſit *ἀπ' ἐμεῖο.* Steph.

Vſ. 115. *Μοῦνοι*] Optime Stephanus qui legit *μοῦνον.* Et ratio in aperto eſt. A. Fabri.

Ibid. *ἢ ἐπ' ἐμεῖο Μοῦνοι ἐλαφρίζουσι*] Bis haec verba tentat Stephanus: *ἀπ' ἐμεῖο Μοῦνον ἐλαφρίζουσι. Μοῦνον* etiam probant Anna Fabri, Palmerius, Cl. Th. Bentlejus. Si accipias *mea cauſſa*, *propter me*, ſane uſitata ratio ferebat

Μοῦνοι ἐλαφρίζουσι; πεποίησαι δὲ πέτεσθαι
Σήμερον ἐξαπίνης; ὁ δ' ἀνήκοος. ὦ ἐμὸν ἄχθος,
Ποῖ σε φέρω; μέλεοι γὰρ ἀπειρήκασι τένοντες.
Πήλιον ὦ Φιλύρης νυμφήϊον, ἀλλὰ σὺ μεῖνον·
Μεῖνον, ἐπεὶ καὶ θῆρες ἐν οὔρεσι πολλάκι σεῖο
Ὠμοτόκους ὠδῖνας ἀπηρείσαντο λέαιναι.
Τὴν δ' ἄρα καὶ Πηνειὸς ἀμείβετο δάκρυα λείβων·
Λητοῖ, Ἀναγκαίη μεγάλη θεός. οὐ γὰρ ἔγωγε
Πότνια σὰς ὠδῖνας ἀναίνομαι· οἶδα καὶ ἄλλας

Λουσα-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

115 Πεποίησαι] Προσποιῇ τὸ ὀξέως τρέχειν.

118 Φιλύρης νυμφήϊον] Ἐν τῷ Πηλίῳ γὰρ ὁ Κρόνος τῇ Φιλύρᾳ μιγεὶς γεννᾷ τὸν Χείρωνα.

122 Ἀναγκαίη] Τὸ τοῦ ποιητοῦ· ἀναγκαίη γὰρ ἐπείγει.

rebat ἐπ' ἐμοί. Sed quid impedit, quo minus capiamus; *me praeſente*, *cum ego adſum.* Μοῦνοι autem ſenſum ſane commodum non habet. Durius forte eſt, quod dicam, ſed dicam tamen. Elegantius ſane foret, ſi genitivus eſſet, ἐπ' ἐμεῖο μούνης, quam ſi adverbium μοῦνον. Quid igitur, ſi conjiciam ἐπ' ἐμεῖο μούνοι' ἐλαφρίζουσι; ut ſit μούνοιο pro μούνης, frequentiſſima apud poëtas inde ab Homero figura, (de qua auctor vitae Homeri p. 303. 341. 342. ed. Galei) per quam attributa feminarum, cum non ſexum, ſed perſonam reſpiciunt, in genere maſculino ponuntur: cujus generis exempla plura congeſſit Clarkius ad Homer. Il. E. 778. Uſus talis figurae nec ab ingenio poëtae Grammatici alienus, & corruptelae fontem indicat.

Vſ. 116. ὁ δ' ἀνήκοος] Interpretes retulerunt ad Latonam, ut ipſa dicat: *hic nihil audit*, *hic ſurdus eſt.* Mihi quidem videtur eſſe elegantius, ſi interloquatur poëta: ὁ δ' ἀνήκοος, *at ille nihil audiebat*, *at ille ſurdus erat:* atque deinde brevi intervallo facto ingemiſcat Latona & queratur.

Vſ. 117. Ποῖ σε φέρω] MS. Voſſ. πῆ. Utrumque idem eſt, diciturque ἐπὶ κινήσεως, auctore Thoma Magiſtro in Ὅπου. Libri autem ita variant, ut de eorum uſu & diſcrimine nihil definiri poſſit. v. Dorvill. ad Charit. p. 116. Videor tamen mihi obſervaſſe, poëtis uſitatius eſſe πῆ in motus ſignificatione, & πᾷ Doricis. Apud Hom. Il. Z. 377. unde Thomas M. citat ποῖ, edd. omnes & MS. Lipſ. πῆ. In Atticis autem crebrius eſſe ποῖ & ὅποι, etiam Comicis & Tragicis, praeterquam in choris, ubi fere πᾶ, ob Dorismum. Apud Xenophontem quidem ſic conſtanter ſatis eſt. Itaque Cyrop. VII. p. 501. in his: κομίζειν ὅποι περ ἂν πορεύωνται, ἵνα, ὅποι καιρὸς ᾖ &c. loco ſecundo legendum puto ὅπῃ καιρὸς. Ex hac obſervatione h. l. praeferenda eſſet lectio libri Voſſiani.

Ibid. μέλεοι &c.] Μέλεος auctoritate Homeri Il. K. 480. itemque Grammaticorum veterum eſt, *qui nihil agit*, nec *agere poteſt*, inde *otioſus* atque *inutilis.* Nec aliud hic intelligere neceſſe eſt. *Nervi inutiles negant operam ſuam Latonae.* Eſt autem figura poëtica frequenter obvia, cum epitheton exprimit non attributum, ex quo intelligatur id, quod de re

prae-

Tantum ſunt leves? factusque velox es
Hodie derepente? Hic vero ſurdus eſt. O! meum onus,
Quo te feram? Inutiles enim jam deficiunt nervi.
Pelion, o! Philyrae thalami, at tu mane:
Mane: nam etiam ferae in jugis ſaepe tuis
Saevos foetus depoſuere leaenae.
Huic igitur & Peneus reſpondit lacrimas fundens:
Latona, Neceſſitas magna eſt Dea. Neque enim ego
Tuum diva partum apud me fieri recuſo. Novi & alias

Ablu-

praedicatur, ſed effectum rei. Nervi negant operam Latonae, & adeo ſunt inutiles, nihil agunt. Apud Ovidium in Faſtis, *laurus velat ornatas fores* Palatii, h. e. ut ornet, ſeu, atque ita ornat. Virgilius Aen. IV. 534. *procos rurſus irriſa priores Experiar?* i. e. experiar, ut irridear. Et ſic centies & ipſi & alii. Ἀπειρήκασι eodem ſenſu eſt in H. in Cer. 105. Eo verbo libenter utitur Xenophon. v. Hutchinſon. ad Exped. Cyri II. p. 136. & ſunt alia ibi, praeter ea quae commemorat, loca, ut V. init.

Vſ. 118. Πήλιον ὦ Φιλύρης νυμφήϊον] Eſt νυμφεῖον, thalamus ſponſi & ſponſae, thalamus, in quem nova nupta deducebatur. Et pluraliter νυμφεῖα veteres Graeci vocabant etiam, quod poſt a γάμον, id eſt, nuptias. TH. GRAEV.

Ibid. Πήλιον ὦ Φιλύρης νυμφήϊον] Expreſſit hoc Ovid. Met. VII. 352. *Pelion umbroſum, Philyreia tecta.*

Vſ. 120. Ὠμοτόκους ὠδῖνας] Ὠμοτόκος ſignificat, crudum adhuc partum edens, partum immaturum enitens, crudipara, abortiens. Unde ὠμοτοκεῖν, partum immaturum edere, abortire, abortum facere. Sed ut ὠμὸς non tantum ſignificat crudus, ſed etiam per metaphoram de homine uſurpatur, qui inſtar fructus immaturi durus eſt, ac rigidus, nec ullis precibus emolliri cor permittit, ſaevus, inhumanus, crudelis: ita hoc loco, quia de leaenis loquitur. Malim ὠμοτόκους interpretari feriparos, ſaeviparos. Nota enim eſt leonum feritas, ac immanitas. Sunt autem ὠμοτόκοι ὠδῖνες, ipſi catuli, quos cum doloribus in illo monte ſunt enixae leaenae. TH. GRAEVIUS.

Ibid. Ὠμοτόκους ὠδῖνας ἀπειρήσαντο] Eodem epitheto uſus eſt Manetho VI. 245.

Εἰ δέ τι καὶ Πυρόεις Παφίην ἀκτῖσιν ὁρῴη
Ὠμοτόκοις ὠδῖσι γονὴν ἔῤῥιψαν ἅπασαν.

ubi ὠμότοκοι ὠδῖνες ſunt *partus immaturi.* Nam ὠμὸς eſt etiam de fructibus immaturis, & haec eſt propria & medicis Graecis uſitata ſignificatio etiam in derivato ὠμοτοκέω. Sed h. l. aliter intelligendum: vel *foetus, qui cum ſaevo dolore editur*, ex re, de qua vid. Spanhemius: vel *proles ſaeva:* nam & illi pulli fiunt ſaevi, propter naturam a parentibus acceptam. Sic αἰνότοκος *infelix*, ſed *natu*, ob natales, ἀλαότοκος, *proles coeca ab utero.*

Ibid. ἀπηρείσαντο] Verti *depoſuere*, idem enim eſt, quod ſupra ἀπεθήκαντο. Et haec eſt vis verbi. Apud Joſephum XIX. I. 17. ſunt milites caput Aſprenatis in aram ἀπερεισάμενοι, quod male interpres *defigere* vertit, fruſtraque tentat vir doctus in nota ad illum locum.

Vſ. 122. Ἀναγκαίη μεγάλη θεός] verſ. 128. ἴτω πεπρωμένον ἦμαρ. VULCAN.

Ibid. Ἀναγκαίη μεγάλη θεός] Haec verba

Λυσαμένας ἀπ' ἐμεῖο λεχωΐδας. ἀλλά μοι Ἥρη
Δαψιλὲς ἠπείλησεν. ἀπαύγασαι, οἷος ἔφεδρος
Οὔρεος ἐξ ὑπάτου σκοπιὴν ἔχει, ὅς κέ με ῥεῖα
Βυσσόθεν ἐξερύσειε. τί μήσομαι; ἦ ἀπολέσθαι
Ἡδύ τί τοι Πηνειόν; ἴτω πεπρωμένον ἦμαρ.
Τλήσομαι εἵνεκα σεῖο, καὶ εἰ μέλλοιμι, ῥοάων
Διψαλέην ἄμπωτιν ἔχων, αἰώνιον ἔῤῥειν,

Καὶ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

125 Ἀπαύγασαι] Θέασαι.
Οἷος ἔφεδρος] Τὸν Ἄρη λέγει.

verba repetiit Nonnus Dionyſ. X. p.274. 7. ut ibi notat P. Cunaeus. Mox Meurſius pro ἀπ' ἐμεῖο malebat ἐπ' ἐμεῖο, *apud me.* v. ad H. in Jov. 17. quod non neceſſarium puto.

Vſ. 124. ἀπ' ἐμεῖο] Meurſius mavult legi ἐπ' ἐμεῖο. Vide annotata ad hymnum in Jovem vſ. 17. TH. GRAEV.

Vſ. 125. Δαψιλὲς ἠπείλησεν] Δαψιλὴς cum derivatis fere dicitur in bonam partem. Itaque Cl. Ruhnkenius Ep. Crit. II. p. 31. conjicit δασπλὴς, *Juno atrox:* eleganter ſane! illuſtratque hoc verbum egregie. Correctioni Viri Cl. in primis favet locus Nonni, qui Callimachum ſaepe imitatus eſt, & hinc prodeſſe Callimacho, ut contra hic illi, in multis locis ad emendandum poteſt, ut diximus in praefatione. Is igitur eſt L. XXX. p. 776. ed. Cunaei: Οὐδὲ χόλον δασπλῆτα καθαψαμένης φύγεν Ἥρης. Pro vulgata lectione dici haec poſſunt. Primo ſenſus deſiderare videtur, ut exprimatur magnitudo & gravitas minarum. Ea requirit adverbium, non attributum Junonis; quod tamen & ipſum addi poſſet. Deinde δαψιλὴς ſi in deteriorem partem non vulgo dicebatur, potuit tamen aliquis, in primis poëta qualis Callimachus, cujus quaedam eſſe παρακεκινδυνευμένα etiam veteres judicarunt, id inſolentius ſic dixiſſe, cujus generis ſunt in omnibus poëtis permulta. Nam & Philo de vita Moſis I. init. dixit ἀνίας δαψιλεστέρας, ut notavit Cl. Abreſchius Lect. Ariſtaen. p 137. cujusmodi nemo aliud exemplum protulerit. Atque etiam analogia utriusque linguae ſuffragatur. *Abunde* cum conjugatis Latinis fere in bonam partem eſt: & tamen apud Virg. Aen. VII. 552. *terrorum & fraudis* abunde *eſt.* Salluſt. Catil. 21. *Homines, quibus mala* abunde *erant omnia.* Pro ὑπάτου edd. Flor. Ald. Frob. Vaſcoſ. ὑπάτοιο. Primus Benenatus edidit ὑπάτου e correctione, quae in margine Vaſcoſ. eſt.

Vſ 128. ἴτω πεπρωμένον ἦμαρ] Ita & Ariſtoph. ὁ πόλεμος ἑρπέτω, quaſi dicat *bellum paxve ſit, mihi perinde eſt.* A. FABRI.

Ibid. ἴτω πεπρωμένον ἦμαρ] Jure dubitari poteſt, utrum jungi debeant, ἴτω πεπρ. ἦμαρ, quae ſtructura videtur fuiſſe omnium adſenſu comprobata; an potius ſeparanda ſint, ἴτω· πεπρ. ἦμαρ Τλήσομαι εἵνεκα σεῖο: neutrum ſuis argumentis & veterum uſu deſtituitur. Eſt in ἴτω ſaepe venuſtas quaedam ſimplex & intellectu facilis, quae tamen orationem adſtringat; quale illud Ionis apud Athen. XI. p. 463. B. ἴτω διὰ νυκτὸς ἀοιδή· *excitetur eatque frequens per noctem cantus:* pariter Sophocl. Trach. vſ. 211. Ariſtoph. Av. vſ. 858. Paulo diverſe Pindar. Π. H. 40. τὸ δ' ἐν ποσί μοι ἴτω τράχον τεὸν χρέος· *hoc autem, quod prae pedibus eſt, tuum negotium extemplo a me agatur.* Solet etiam ad eventum rei bene maleve pro-

Ablutas in me puerperas. Sed mihi Juno
Nimio plus minatur. Vide, qualis observator
Monte ab alto speculetur, qui me facile
Funditus perdat. Quid consilii capiam? an perire
Dulce adeo tibi est Peneum? Sed veniat fatalis dies.
Patiar tua caussa, si vel maxime
Siccum alveum habens aeternum peream,

Et

procedentis referri, sic ut quis, quem exitum sit habitura, parum se curare significet: τοῦτο ἴτω, ὅπῃ τῷ θεῷ φίλον· Plato Apol. Socr. p. 15. C. Ἀλλ' ἡ μὲν ἡμῶν μοῖρ' ὅπῃ περ εἶσ' ἴτω· Sophocl. Oed. Tyr. vs. 1457. Nonnunquam idem fere valet, quod, *veniat, in me irruat:* Sophocl. Antig. vs. 1331. Hortensia in Appiano de Bell. Civ. p. 600. A. ἴτω τοίνυν ὁ Κελτῶν πόλεμος ἢ Παρθυαίων. Convenit ergo haec formula hominibus & sua virtute confisis, & propositi tenacibus, qui nullo malorum intentatorum metu moveri se patiuntur, ut vel quicquam sua persona indignum committant, vel a destinato discedant: de Hercule Eurip. in Syleo apud Phil. Jud. p. 537. E. de Eteocle Phoen. vs. 524. ubi adeundus est Valckenarius noster, sagacissimae vir eruditionis. Eleganter Clem. Alex. Str. IV. p. 588. vs. 28. Gnosticus, Ὦ Κύριε, φησὶ, δὸς περίστασιν, καὶ λάβε ἐπίδειξιν· (Gnosticis adtributum Stoïcorum dictum nemo non animadvertit) ἴτω τὸ δεινὸν τοῦτο· (postremam voculam abesse malim) κινδύνων ὑπερφρονῶ· Haec ego receptae structurae non diffiteor haud parum opitulari. Verum ipsum illud ἴτω egregie per se solum ponitur, indicatque captum firmiter agendi consilium, utcumque res cadat: Sophocl. Oed. Tyr. vs. 678. cum quo compara Eurip. Or. vs. 791. Philoct. vs. 120. Ἴτω. ποιήσω πᾶσαν αἰσχύνην ἀφείς· Eurip. Med. vs. 798. Ἴτω· τί μοι ζῆν κέρδος· vs. 819. ordinem invertit Heracl. vs. 456. οὐ φιλεῖν δεῖ τὴν ἐμὴν ψυχήν· ἴτω. Ad eam normam arbitror hic etiam praeferendum: —— ἴτω· πεπρωμένον ἦμαρ Τλήσομαι —— Dixerat Penéus —— τί μέσσομαι; sequitur opportune, ἴτω· tum quid consilii animo fixum gerat, exponit: quare non minus commode nectuntur: πεπρωμένον ἦμαρ Τλήσομαι· quod verbum utique non decet accusativo suo desici. Plutarch. V. C. Marii p. 428. D. Ἴτω δ' οὖν ὅπῃ χρήζοι φυγὰς ἀνατλησόμενος ἀλλαχόθι τὸ πεπρωμένον· alia ratio est τοῦ τλήσομαι in Homero. Archestratus satis ridicule apud Athen. VII. p. 286. A. 295. A. Si galeum, inquit, Rhodium, sive, squalum, raptum, si nolint vendere, nactus fueris, statim apparatum devora: —— κἆτα Ὕστερον ἤδη πάσχ' ὅτι σοι πεπρωμένον ἐστί· tum tu postea vel mortem oppetas. Sumendum autem πεπρωμένον ἦμαρ non aliter hoc loco, quam δούλιον, ἐλεύθερον, ὀρφανικὸν ἦμαρ in Homero. Phylarch. apud Athen. XIV. p. 639. E. Bacis apud Herodot. VIII. 77. ἀμβλώσιμον ἦμαρ Maxim. περὶ Κατ. vs. 275. φύξιμον vs. 358. ὀλέθριον vs. 384. & Phaennis apud Pausan. X. p. 833. de quo genere praeter alios egit Vir summus J. F. Gronov. Obs. I. 2. p. 24. Dicit itaque Peneus: *fortem fato mihi destinatam subibo tua gratia & perpetiar.* HEMSTERH.

Vs. 130. ἄμπωτιν] Ἄμπωτις proprie est refluxus, recessus maris, aut fluvii. ἔρρειν Aeolicum est pro εἴρειν, ut φθέρρειν pro φθείρειν. Apud Graecos ἔρρειν est, quod Latinis *ire in malam rem.* Et simpliciter ἔρρειν dicuntur res, quae pereunt, quae pessum eunt. Sententia poëtae est, Etsi meum sit secatura alveum Juno. TH. GRAEV.

Ibid. Διψαλέην ἄμπωτιν] Verti *siccum alveum.* Hic enim est h. l. sensus: siccum scilicet ex aqua resorpta, cum ea non potest libere decurrere. v. de hoc verbo interpretes ad Hesychium in h. v.

Καὶ μοῦνος ἐν ποταμοῖσιν ἀτιμότατος καλέεσθαι.
Ἤνιδ' ἐγώ· τί περισσά; καλεῖ μόνον Εἰλήθυιαν·
Εἶπε, καὶ ἠρώησε μέγαν ῥόον. ἀλλά οἱ Ἄρης
Παγγαίου προθέλυμνα καρήατα μέλλεν ἀείρας
Ἐμβαλέειν δίνῃσιν, ἀποκρύψειν δὲ ῥέεθρα.
Ὑψόθε δ' ἐσμαράγησε, καὶ ἀσπίδα τύψεν ἀκωκῇ
Δούρατος· ἡ δ' ἐλέλιξεν ἐνόπλιον. ἔτρεμε δ' Ὄσσης
Οὔρεα, καὶ πεδίον Κραννώνιον, αἵ τε δυσαεῖς
Ἐσχατιαὶ Πίνδοιο· φόβῳ δ' ὠρχήσατο πᾶσα
Θεσσαλίη. τοῖος γὰρ ἀπ' ἀσπίδος ἔβραχεν ἦχος.
Ὡς δ' ὁπότ' Αἰτναίου ὄρεος πυρὶ τυφομένοιο
Σείονται μυχὰ πάντα, κατουδαίοιο γίγαντος
Εἰς ἑτέρην Βριαρῆος ἐπωμίδα κινυμένοιο,

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ. Θεσ-

132 Τί περισσά] Λείπει τὸ φθέγγομαι.
134 Παγγαίου] Πάγγαιον, ὄρος Θράκης.
137 Ὄσσης] Ὄρος Θεσσαλίας.
139 Πίνδοιο] Ὄρος Περραίβιον.
143 Βριαρῆος] Οἱ μὲν Βριαρέω· οἱ δὲ, Τυφωέως· οἱ δὲ, Ἐγκελάδου.

Vſ. 131. *ἐν ποτάμοισιν ἀτιμότατος*] *ἄτιμος* ea ſignificatione accipiendum, qua apud Virgil. inglorius & illaudatus. de quibus Agellius multa. VULCAN. Hic denuo *καλέεσθαι* male vertitur *nominer*, cum *ſim* ſignificet, ut ſupra notavimus. TH. GRAEV.

Vſ. 132. *τί περισσά*] Male Interpres, *quid reliquum? quid reliqui eſt?* Verte *quid plura? quid multis moror?* Terent. A. FABRI.

Ibid. Εἰλήθυιαν] Pauſanias quoque Ilithyiam ait opem tuliſſe Latonae. Eam h. l. diverſam eſſe a Junone & Diana, res ipſa docet. Simile exemplum eſt ap. Heſiod. Theog. 465. Homerus ſane Ilithyiam ſ. Ilithyias facit Junonis filias Iliad. Λ. 270.

Vſ. 133. *ἀλλά οἱ Ἄρης* &c.] Cl. Ruhnkenius in Epiſt. Crit. I. p. 16. notat bene, Callimachum imitatum eſſe locum hymni Homeri in Apoll. 382. 383.

Ἦ, καὶ ἐπὶ ῥίον ἄστιν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων
Πρώτησι προχόῃσιν, ἀπέκρυψεν δὲ ῥέεθρα.

Ita initium alterius verſus corrigit vir ille doctiſſimus, de hymnis Homeridarum bene in illa epiſtola meritus.

Vſ. 135. *ἀποκρύψειν δὲ ῥέεθρα*] MSS. Reg. Ambr. 1. *ἀποκρύψαι καί.* Voſſ. Edd. vett. *ἀποκρύψαι δὲ*, quod melius convenit alteri ἐμβαλεῖν. Sed Ambr. 2. ſervat, quod Benenatus & ſequentes edidere, & altera lectio videtur eſſe a manu conformantis ſecundum primo. v. ad H. in Jov. 14.

Vſ. 136. *καὶ ἀσπίδα τύψεν ἀκωκῇ*] Ἀσπίδα verti *clypeum*, quia vſ. 147. dicitur εὔκυκλος. Virg. Aen. XII. 332. *ſanguineus Mavors clypeo increpat.* Pro ἐλέλιξεν MS. Voſſ. ἐλόλυξεν. Illud de armis uſitatum.

Ibid. Forte Callimachus in animo habuit locum Xenophontis de Exped. Cyri I. p. 265. A. *ἐφθέγξαντο πάντες, οἷόν περ τῷ ἐνυαλίῳ ἐλελίζουσι. —— καὶ ταῖς ἀσπίσι πρὸς τὰ δόρατα ἐδούπησαν φόβον ποιοῦντες τοῖς ἵπποις.* v. Spanhem.

ad

Et ſolus inter amnes contemtiſſimus fiam.
Ecce me. Quid multa? Voco modo Lucinam.
Dixit, & inhibuit aquarum impetum. At ei Mavors
Pangaei revulſa cacumina tollens tentabat
Immittere vorticibus, & obruere fluenta.
Deſuper autem inſonabat, & clypeum percutiebat cuſpide
Haſtae. Et ille quidem ſtridebat Martio ſono. At Oſſae contremuere
Juga, & campus Cranonius, & frigidi
Receſſus Pindi: & terrore concuſſa eſt tota
Theſſalia. Talis a clypeo reſultabat fragor.
Ut cum Aetnaei montis igni fumante
Commoventur receſſus omnes, ſubterraneo gigante
Briareo in alterum latus ſe convertente,

For-

ad Julian. Or. I. p. 233. RUHNKEN.

Vſ. 139. Ἐσχατιαὶ Πίνδοιο] Verti *receſſus*. Nam vulgatum *extremitates Pindi* intelligi non poteſt. Saepe interpretes in hoc verbo haerent, ut apud Theocr. Id. XIII. 25. ubi pariter ἐσχατιαὶ ἄρνα νέον βόσκοντι vertitur: *extremae agrorum partes:* quaſi ibi tantum agni bene alantur. Ad eum locum bene illam inſcitiam caſtigavit, & quid eſſet ἐσχατιὰ docuit Iſ. Caſaubonus: ſed dilucidius Cel. Hemſterhuſius ad Luciani T. I. p. 143. qui bene docet, ineſſe remotioris loci ſignificationem praeter notionem agri ſuis finibus determinati, quam declaravit Caſaubonus. Res autem ſic ſe habet: ἐσχατιὰ proprie eſt extremitas, & dicitur ſemper vel cum diſerto genitivo ἀγρȣ̃, χωρίȣ, ὄρȣς &c. vel ut intelligatur e contextu & natura rei: ſignificatque adeo remotiorem agrum, montem: ſed ſaepe ſervit merae periphraſi, in qua illa ſola res intelligenda, quam genitivus indicat. Hinc Grammatici veteres interpretantur ἀγρὸν, ut Etymol. M. Heſychius, reſpicientes loca, ubi meram periphraſin efficit, ut μέτρον θαλάσσης & ſimilia multa. Ad id genus exemplorum pertinet hic Callimachi locus, in quo ἐσχατιαὶ Πίνδȣ pro monte ipſo dicuntur, ut ante Ὄσσης ὄρεα. Sed quia Latini ſimili periphraſi utuntur, verti *receſſus Pindi*. Nec male Gulonius *faſtigia Pindi*.

Ibid. φόβῳ δ' ὠρχήσατο πᾶσα Θεσσαλίη] De inſolentiori verbi ὀρχεῖσθαι vi adi Ill. Spanhemium, cujus tamen dicta non ſunt omnia apta huic loco. Eſt autem Callimachus, ut in multis aliis, Aeſchylum imitatus, qui dixit, καρδία φόβῳ ὠρχήσατο, a terrore vehementiores pulſus habuit. Adde quae dicta ad H. in Cer. 89. Mox pro ἔβραχεν MS. Reg. ἔβρεμεν, & vſ. 145. pro πυρὶ MS. Voſſ. περὶ. pro μύχα edd. μυχά.

Vſ. 143. Εἰς ἑτέρην Βριαρῆος] Ex hoc loco facile apparet, legendum eſſe apud Virgil. *mutat*, non *motat*.

Et feſſum quoties mutat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam, &c.

A. FABRI.

Vſ. 144. Θερμαύστραί τε βρέμεσιν] Virgil. lib. 8. Aen.

—— *ſtriduntque cavernis*
Stricturа chalybum, & fornacibus ignis anhelat. VULCAN.

Ibid. Θερμαύστραί] Sic Edd. omnes, praeter Th. Bentleji, in qua eſt θερμαυ-

Θερμαύστραι τε βρέμουσιν ὑφ' Ἡφαίστοιο πυράγρης,
Ἔργα θ' ὁμοῦ, δεινὸν δὲ πυρίκμητοί τε λέβητες
Καὶ τρίποδες, πίπτοντες ἐπ' ἀλλήλοις, ἰαχεῦσι·
Τῆμος ἔγειντ' ἄραβος σάκεος τόσος εὐκύκλοιο.
Πηνειὸς δ' οὐκ αὖθις ἐχάζετο, μίμνε δ' ὁμοίως
Καρτερὸς ὡς τὰ πρῶτα. θοὰς δ' ἐστήσατο δίνας,
Εἰσόκεν οἱ Κοιηῒς ἐνέκλετο· Σώζεο χαίρων,
Σώζεο· μὴ σύγ' ἐμεῖο πάθῃς κακὸν εἵνεκα, τῆσδε
Ἀντ' ἐλεημοσύνης· χάριτος δέ τοι ἔσσετ' ἀμοιβή.
Ἦ, καὶ πολλὰ πάροιθεν ἐπεὶ κάμεν, ἔστιχε νήσους
Εἰναλίας· αἱ δ' οὔ μιν ἐπερχομένην ἐδέχοντο,
Οὐ λιπαρὸν νήεσσιν Ἐχινάδες ὅρμον ἔχουσαι,
Οὐδ' ἥτις Κέρκυρα φιλοξεινωτάτη ἄλλων·

Ἶρις

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

144 Θερμαύστραι] Αἱ κάμινοι.
150 Κοιηῒς] Κοίου τοῦ καὶ Φοίβης θυγάτηρ Λητώ. ἴσως Κοιαντίς.
156 Κέρκυρα] Ἡ Φαιακία.

μαυστραὶ, ut volebat Vir doctus, qui in edit. Vascos. puncta delevit. Illud quidem durum est, quod Spanhemio placet, item Jensio, apud Hesychium ex hoc loco omnia verba θερμαστρὰ, θερμαστρὶς corrigi, cum ea in scriptorum plurium bonis libris legantur. Vid. viros doctos ad Polluc. IV. 102. 104. 105. Atque etiam durius est, τὸ υ ante στρ corripi. Itaque prope malim θερμαυστραί.

Vs. 147. Τῆμος ἔγειντ' &c.] Hunc versum ὀβελίζουσι Viri elegantissimi ingenii atque doctrinae, Lennepius & Ruhnkenius, quem vid. Ep. Crit. I. p. 64. Versus sane est elumbis, quem nos ante sic emendaramus:

Τοῖος ἔγειντ' ἄραβος σάκεος τότ' εὐκύκλοιο.

Nam similitudinis verbum τοῖος aut aliud bis esse, ante & post comparationem, id non est rarum. vid. v. c. Hesiod. Scut. Herc. 41. 44. 374. 79. 401. 11. 421. 23. 425. 26. & 33. 436. 41. Sic & noster infra 228. 32.

Vs. 148. αὖθις] MSS. Ambr. Voss. αὖτις, ut supra vs. 99. Mox ἐστήσατο active. H. in Dian. erat activum ἐπιστήσας.

Vs. 150. Κοικηῒς] Certe omnino legendum est Κοηῒς *Coei filia*, ita Ὑψηῒς *Hypsei filia*, *Nereis Nerei filia*, & millia alia; & non est quod fidem adhibeas Frischlino, qui ait in Κοικηῒς, κ additum esse, ut vitetur hiatus. A. FABRI. Vidit hoc etiam anonymus Francii, qui in margine notat, dele κ. TH. GRAEV.

Ibid. Κοιηῒς] Recepimus scripturam Codicis Regii, εἰσόκεν οἱ Κοιηῒς, quomodo scribendum esse pro Κοικηῒς dudum magno consensu monuere viri docti. Nam Latonam esse Coei filiam constat satis. In Scholio est: ἴσως Κοιαντὶς, quod habet speciem emendationis adscriptae margini in libro vitioso in hoc nomine. Κοιαντὶς appellatur ab Onomacrito in hymno in Laton. 2. p. 132.

Fornacesque fremunt ſub Vulcani forcipe,
Unaque opera; horrendumque igni laborati lebetes
Et tripodes colliſi reſonant:
Tantus tum fragor exſtitit clypei rotundi.
Peneus tamen non refugit, ſed manſit
Fortis ab initio, celereſque cohibuit vortices,
Donec Coeeis ei clamavit: Vale & ſervare!
Servare! ne tibi mea cauſſa aliquid mali accidat, hacce
Pro benignitate. Gratia autem tibi referetur.
Dixit, &, multa ante paſſa, adiit inſulas
Aequoreas. Sed nec hae venientem recepere:
Non opportunum navibus portum habentes Echinades,
Non Corcyra, hoſpitaliſſima omnium.

Et-

132. Editi omnes: εἰσόκε οἱ Κοιηνίς. Verſu ſequente Edd. Ald. Froben. εὖγε vitioſe pro σύγε.

Vſ. 154. εἰναλίας] MSS. Ambr. & Voſſ. εἰναλίδας.

Vſ. 155. Οὐ λιπαρὸν] Cur Callimachus Echinadum portum, refragante licet antiquitate, navibus recipiendis opportunum duxerit, diligenter inquirit Arnaldus Animadv. p. 37. Sed non eſt a poëta, tanquam a jurato teſte, veritas exigenda. Sardiniam conſtat omnium vituperiis obnoxiam fuiſſe. Hoc ipſo tamen hymno vſ. 20. vocatur ἱμερόεσσα; nec temere illud mutem in ἠνεμόεσσα. Ceterum hunc locum expreſſit perpetuus Callimachi imitator, Dionyſius Perieg. vſ. 616.

Ἄλλαι δ' ἄλλοθι νῆσοι ἀπείριτοι, αἱ μὲν ὑπ' ἀνδρῶν
Ναιόμεναι, καὶ νηυσὶν ἐπήρατον ὅρμον ἔχουσαι.

Erudite, & ad Callimachum appoſite Phrynichus Arabius in Προπαρασκευῇ σοφιστικῇ MS. Ἁπαλὸς εἴσπλους λιμένος. Ὥσπερ Ὅμηρος τοὺς δυσόρμους λιμένας τραχεῖς λέγει, οὕτως Κρατῖνος ἐπὶ τοῦ εὐόρμου τὸ ἁπαλὸν ἐξ ἐναντίου λέγει. RUHNKEN. *Ep. Crit.* II. p. 31.

Vſ. 156. Οὐδ' ἥτις Κέρκυρα] Paullo durior eſt tranſpoſitio τοῦ ἥτις, omninoque languet illud verbum. An ſcripſit: Οὐδ' αὐτὴ Κέρκυρα, nec ipſa adeo Corcyra hoſpitalitatis laude prae ceteris omnibus nobilis? De ſcriptura Κερκύρας, pro quo e numis ubique reſcribi vult Ill. Spanhemius Κόρκυρα, bene reſpondet Quirinus Cardinalis in Primord. Corcyrae p. 11. uſus etiam Euſtathii teſtimonio ad Dionyſ. Perieg. 494. nominis utramque ſcripturam uſitatam fuiſſe, & in libris reperiri teſtantis. Etiam Andr. Marmoram in Hiſt. Corcyr. p. 2. ita ſtatuere docet, promiſcue appellatam inſulam eſſe Κόρκυραν & Κέρκυραν. p. 196. Quod denique Corcyram Callimachus vocat φιλοξεινωτάτην, in eo reſpicit ad fabulas de Jaſone, Ulyſſe; unde & ab Homero φιλόξεινοι Corcyraei dicti Od. Z. 121. In margine Stephani eſt varia lectio κακοξεινωτάτη: quae unde ſit, neſcio. Eam h. l. repudiandam eſſe recte judicant Anna Fabri & Ill. Spanhemius: nec enim contextus eam admittit. Adſcripſit margini, qui noverat ex Homero, quod monet etiam Spanhemius, Corcyraeorum etiam inhumanitatem apud Homerum commemorari. Idem ille, quem ante laudavi, Quirinus haec bene inter ſe componit l. c. c. x. cum docet hoſpitalitatis laudem ad principes pertinere, infamiam contrariam ad plebem.

Ibid.

Ἴεις ἐπεὶ πάσῃσιν ἀφ' ὑψηλοῖο Μίμαντος
Σπερχομένη μάλα πολλὸν ἀπέτραπεν· αἱ δ' ὑφ' ὁμοκλῆς
Πασσυδίῃ φοβέοντο κατὰ ῥόον ἥντινα τέτμοι.
Ὠγυγίην δ' ἤπειτα Κόων Μεροπηΐδα νῆσον
Ἵκετο, Χαλκιόπης ἱερὸν μυχὸν ἡρωΐνης.
Ἀλλά ἑ παιδὸς ἔρυκεν ἔπος τόδε· Μὴ σύ γε μῆτερ
Τῇ με τέκοις. οὔτ' οὖν ἐπιμέμφομαι, οὐδὲ μεγαίρω
Νῆσον, ἐπεὶ λιπαρή τε καὶ εὔβοτος, εἴ νύ τις ἄλλη·
Ἀλλά οἱ ἐκ μοιρέων τις ὀφειλόμενος θεὸς ἄλλος
Ἐστὶ, σαωτήρων ὕπατον γένος· ᾧ ὑπὸ μίτρην
Ἵξε-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

160 Μεροπηΐδα] Ἢ ὅτι ὑπὸ Μέροπος ἐβασιλεύθη, ἢ ὅτι Μέροπες αὐτὴν ᾤκησαν, ἢ ὅτι Μέροπος θυγάτηρ ἡ Κῶς.

165 Ἀλλά οἱ ἐκ μοιρέων] Διὰ τὸ ἐκεῖσε ἀνατραφῆναι τὸν Φιλάδελφον Πτολεμαῖον ἐν τῇ Κῷ.

166 Ὑπὸ μίτρην] Ὑπὸ τὴν βασιλείαν, ὑπὸ τὴν ἀρχήν.

Ibid. φιλοξεινωτάτη] Legitur & κακοξεινωτάτη: vulgatam lectionem retinerem, φιλοξεινωτάτη: hanc illi gloriam dedit Ulyssis hospitium apud Alcinoum. A. Fabri.

Vs. 157. ἐφ' ὑψηλοῖο] Veram scripturam esse ἀφ' ὑψηλοῖο dudum putaram, cum eam reperi in Excerptis cod. Voss. Supra vs. 136. Mars ὑψόθε, e monte σμαραγεῖ. Eurip. Phoeniss. 1229. Ἐτεοκλῆς δ' ὑπῆρξ' ἀπ' ὀρθίου σταθεὶς πύργου κελεύσας &c. ubi codd. quidam ἐπ', quod merito non recepit Cl. Valkenarius.

Vs. 158. αἱ δ' ὑφ' ὁμοκλῆς &c.] Videtur imitatus esse Hesiodi versum in Scuto Herc. 341. Τοὶ δ' ὑπ' ὁμοκλῆς Ῥίμφ' ἔφερον θοὸν ἅρμα. Atque etiam uterque Ambrosianus & Voss. habent ὑπ' ὁμοκλῆς, quod ut magis Ionicum propterque Hesiodi locum praetulerim. Iidem etiam πανσυδίη, quae est perpetua in libris varietas.

Vs. 159. Πασσυδίῃ] Πασσυδίῃ, πανσυδίῃ & πασσυδεὶ sive πανσυδεὶ, interdum est πανστρατιᾷ, universo agmine, omnibus copiis. Proprie significat cum omni impetu, cum summo impetu. Exponitur etiam παντελῶς, omnino. Caeterum nihil muta cum Frischlino, sed verte: *extimescebant juxta fluvium quamcunque deprehenderent.* hoc est, Metuebant omnes puerperas, ne forte Latona esset. Puerperae enim solebant recens editos partus in fluminibus abluere, ut supra notavimus. Tit. Graev.

Ibid. ἥν τινα τέτμοι] Vulcanius & Frischlinus legerunt μή τινα, *ne quam deprehenderet.* A. Fabri.

Ibid. κατὰ ῥόον ἥντινα τέτμοι] Torsit hoc interpretes. Itaque Vulcanius & Frischlinus corrigebant μή τινα. Sed sic commodus sensus non exsistit. Nec bene rem egit Graevius, in cujus explicatione τέτμοι pro plurali accipitur, quod fieri non potest. Verum vidit Bentlejus. Ῥόος h. l. non est flumen, sed mare, maris fluctus, de quo saepe apud Homerum hoc verbum. Κατὰ ῥόον

unam

Etenim Iris omnibus ab alto Mimante
Minitans, longe avertebat. Illae vero prae minis
Omnes una fugiebant per mare, ad quamcunque
venisset (Latona)
Antiquam autem postea ad insulam Con Meropeida
Contendit, sacram sedem Chalciopes heroinae.
Sed eam filii cohibuit oratio haec: Ne tu quaeso, mater,
Hic me ede: non ego quidem vitupero, aut contemno
Insulam: quippe pinguis & pascuis plena, si qua alia.
Sed ei e fatis alius quis debetur Deus,
Servatorum celsum genus: cujus sub diadema

Ve-

utrum ad *φοβέοντο*, an ad *τέτμοι* referatur, nil interest. Si ad *τέτμοι*, erit idem quod vs. 206. *παρὰ ῥόον*, in quamcumque incidisset gradiens in mari vel per mare. MS. Voss. *καταῤῥέον* & *τετμός*.

Vs. 160. *Μεροπηΐδα νῆσον*] Meropas eam olim inhabitasse Quintilianus docet a Merope quodam sic dictos, qui, ut tradit Hyginus, Coam Insulam tenuit regno, & a nomine filiae, Coon & homines ipsos a se Meropas appellavit. A. FABRI.

Vs. 162. *Ἀλλά ἑ παιδὸς ἔρυκεν ἔπος τόδε*] Non est *ἔρυκε* pro *defendit*, seu *defendebat*: sed potius pro *prohibuit facere quod volebat*, sive *prohibebat* STEPHAN.

Vs. 164. *ἐπεὶ λιπαρή τε καὶ εὔβοτος*] Ad Cretam transtulit Dionys. Periegeta 502. *Πολλή τε, λιπαρή τε, καὶ εὔβοτος*. Idem epitheton tribuit Corcyrae 494. quod ibi Eustathius interpretatur *πολύκαρπόν τε καὶ εὔκαρπον*, quod huic loco aptum: non quod Burmanno videbatur ad Ovid. Heroid. XXI. 82. id verbum respondere poëtarum Latinorum epithetis insularum, *candida*, *fulgens*, *nitens*. Nam ea omnibus insulis communia ex re. Nec hic locum habet interpretatio, quam Spanhemius ad vs. 155. accommodat ei verbo, *praestans*, *jucundus*.

Vs. 165. *Ἀλλά οἱ* &c.] Compara similem locum in insulam Con apud Theocritum XVII. 58. seqq.

Ibid. *Θεὸς ἄλλος*] Quippe Ptolemaeus in insula Co natus & educatus est. Theocrit. in Idyll. 17. ad Ptolemaeum:

Καί σε Κόως ἀτίταλλε βρέφος νεογιλὸν ἐόντα
Δεξαμένα παρὰ ματρὸς, ὅτε πρώταν ἴδες ἀῶ.

Infra etiam, ubi insulam loquentem inducit.

Ὄλβιε κῶρε γένοιο, τίοις δέ με τόσσον ὅσον πὲρ
Δῆλον ἐτίμασεν κυανάμπυκα Φοῖβος Ἀπόλλων. A. FABRI.

Vs. 166. *σαωτήρων ὕπατον γένος*] Ptolemaeus Lagi filius, vel ut Pausanias vult, Philippi, Alexandri Magni patris, unus ex Alexandri ducibus Persico bello, Aegyptum occupavit. a quo Soterum appellatio inter Aegyptios fluxit, a rebus magnifice gestis: ut & a virtute, Evergetae & Philadelphi & Philometoris. Periphrastice vero *σαωτήρων ὕπατον γένος* vocat Ptolemaeum Philadelphum. Blanditur vero Callimachus Ptolemaeo, cum ait deberi huic insulae alium deum. Ita etiam Hymno in Apollinem vers. 26.

Ὃς μάχεται μακάρεσσιν, ἐμῷ βασιλῆϊ μάχοιτο:

Ὃς

Ἵξεται οὐκ ἀέκουσα Μακηδόνι κοιρανέεσθαι,
Ἀμφοτέρη μεσόγεια, καὶ αἳ πελάγεσσι κάθηνται·
Μέχρις ὅπου περάτη τε, καὶ ὁππόθεν ὠκέες ἵπποι
Ἠέλιον φορέουσιν. ὁ δ' εἴσεται ἤθεα πατρός.
Καί νύ ποτε ξυνός τις ἐλεύσεται ἄμμιν ἄεθλος
Ὕστατον, ὁππότ' ἂν οἱ μὲν ἐφ' Ἑλλήνεσσι μάχαιραν
Βαρβαρικὴν καὶ Κελτὸν ἀναστήσαντες Ἄρηα
Ὀψίγονοι Τιτῆνες ἀφ' ἑσπέρου ἐσχατόωντος
Ῥώσωνται, νιφάδεσσιν ἐοικότες, ἢ ἰσάριθμοι

Τεί-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

167 Μακηδόνι] Τῷ Φιλαδέλφῳ Πτολεμαίῳ.

174 Τιτῆνες ἀφ' ἑσπέρου] Τῆς δύσεως. Τιτῆνες δὲ, διὰ τὸ ἐπιχείρημα.

175 Ῥώσονται, νιφάδεσσιν ἐοικότες] Βρένν⊙ ὁ τῶν Γαλλῶν βασιλεὺς, συναγαγὼν τοὺς Κελτοὺς, ἦλθεν ἐπὶ Πυθῶνα βουλόμεν⊙ τοῦ θεοῦ τὰ χρήματα

Ὅς τις ἐμῷ βασιλῆϊ, καὶ Ἀπόλλωνι μάχοιτο. VULCAN.

Ibid. ᾧ ὑπὸ μίτρην Ἵξεται οὐκ ἀέκουσα Μακηδόνι κοιρανέεσθαι] Potest Μακηδόνι jungi cum ἵξεται, vel cum κοιρανέεσθαι. & quidem dici etiam οὐκ ἀέκουσα κοιρανέεσθαι Μακεδόνι, *non recusans sub Macedonis imperio esse.* At μίτρην non *balteum* sed *mitram* dixerim, ipsam vocem Graecam Latinorum exemplo retinens. Ex iis autem quae sunt insignia imperii satis ipsum imperium intelligitur, adeo ut κοιρανέεσθαι addi necesse non fuerit. STEPHAN.

Ibid. ᾧ ὑπὸ μίτρην ἵξεται] *Sub cujus imperium venient.* Nam per μίτρην, *diadema regium*, vel κίδαριν insigne imperii intelligit. Eustathius certe μίτραν etiam de fascia qua caput obligatur dici ex Euripide & Herodoto docet. VULCAN.

Vs. 168. Ἀμφοτέρη μεσόγεια] Duas tantum continentes agnoscit. Vide Theocritum, qui ait 33339. urbes sub imperio Philadelphi fuisse. Idyll 17.

Οὐδέ τις ἄστεα τόσσα βροτῶν ἔχει ἔργα δαέντων.
Τρεῖς μέν οἱ πολίων ἑκατοντάδες ἐνδέδμηνται,
Τρεῖς δ' ἄρα χιλιάδες τρισσαῖς ἐπὶ μυριάδεσσι.
Δοιαὶ δὲ τριάδες, μετὰ δέ σφισιν ἐνδεκάδες τρεῖς,
Τῶν πάντων Πτολεμαῖ⊙ ἀγήνωρ ἐμβασιλεύει.

Et infra:

—— θάλασσα δὲ πᾶσα, καὶ αἶα,
Καὶ ποταμοὶ κελάδοντες ἀνάσσονται Πτολεμαίῳ.

Quod ad primum versum attinet, sine dubio intelligit non urbes tantum, sed κώμας. A. FABRI.

Ibid. Ἀμφοτέρη μεσόγεια] Hoc Callimachus dicit ex sententia veterum, qui mundum in duas tantum partes dividebant, Asiam nim. & Europam. Id testatur Varro de L. L. lib. IV. & Isocrates in panegyrico. Hinc intelligendus Tibullus lib. IV. eleg. I.

Solus utroque idem diceris magnus in orbe.

Utroque in orbe, dicit Asiam & Europam; in quas duas partes divisus erat orbis. Auctor autem istius divisionis Eratosthenes traditur, & deridet Strabo lib. I. TH. GRAEV.

Ibid. Ἀμφοτέρη μεσόγεια] Add. Cellar. Geogr. I. II. Post αἱ πελάγεσσι

Veniet, volens a Macedonibus regi,
Utraque continens, quaeque in mari ſedent,
Ad occaſum usque, & unde veloces equi
Solem vehunt. Ille autem imitabitur inſtituta patris.
Atque aliquando nobis veniet bellum commune,
Cum adverſus Graecos ferrum
Barbaricum & Celtam commoventes Martem
Poſteri Gigantum ab ultimo occidente
Ruent, nivibus ſimiles, aut pares numero

Stel-

γεσσι κάθηνται periphraſis inſularum. Κάθηνται redolet Hebraismum: nam & Hebraei inſulas & inſulanos dicunt in mari ſedere.

Vſ. 169. *περάτη*] Schol. Apollonii, *σημαίνει*, inquit, *κατά τινας καὶ τὸ ὑπὸ γῆν ἡμισφαίριον, λέγεται δὲ κυρίως ἡ ἀνατολή.* Et re vera ſic eſt: nam Sol ab eodem loco quo deſinit, curſum ſuum inſtaurat. Hic vero non ita intelligendum; nam eſt *Occidens, extremitas Oceani*. A. Fabri.

Ibid. *περάτη*] De occaſu eſt apud Homerum Od. Ψ. 243. ubi vid. Euſtathius. Scholiaſtes ergo Apollon. Rhod. non audiendus, qui ad l. 1281. proprie ait *περάτην* de oriente dici.

Vſ. 170. *ὁ δ' εἴσεται ἤθεα πατρός*] Sic Virgilius,

Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.

Theocrit. Hymn. xvii.

Μῶνος ὅδε προτέρων τοκέων ἔτι θερμὰ κονίη,
Στειβόμενος καθύπερθε, ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη. A. Fabri.

Ibid. *εἴσεται*] Ingenioſum eſt, & elegantius vulgato, quod venit in mentem Viro ſummo, T. Hemſterhuſio, *ἕσσεται ἤ. π. induet mores patris.* Sed quia etiam *oblivisci mores*, *dediſcere mores*, *memor moris paterni*, & ſimilia bene dicuntur Graecis & Latinis, vulgatum non ſpreverim.

Vſ. 171. *ξυνός τις ἐλεύσεται ἄμμιν ἄεθλος*] Vide Juſtinum, qui haec fuſe deſcribit lib. 24. A. Fabri.

Vſ. 172. *Ὕστατον*] *Ad ultimum*, poſtquam aliae nationes expertae fuerunt Celtarum vim. MSS. Ambr. Voſſ. Edd. vett. omnes *ὕστερον*, in quo eſſe videtur tautologia frigidior. Igitur *ὕστατον* ſervavi, quod e bono libro ductum puto. Mox MSS. Ambr. *ἀρὴν*.

Vſ. 173. *Κελτὸν ἀναστήσαντες ἄρηα*] hoc eſt *πόλεμον*. In qua ſignificatione Homerus verbis *ὀρίνειν*, *ὀτρύνειν*, & *ὀρσθύνειν* utitur. Κελτοὶ porro ſive Κέλται a fontibus Eridani ad Rhenum usque pertingunt. A quibus univerſi Europaei Γαλάται, Κελτοὶ a Graecis vocati ſunt. de Celtis ita Pauſanias, *εἰσὶ δὲ οἱ Κελτοὶ μακρῷ πάντας ὑπερηκότες μήκει τοὺς ἀνθρώπους.* Vulcan.

Vſ. 174. *Ὀψιγόνοι Τιτῆνες*] Perſiſtens in amplificatione potentiae ſui regis Philadelphi, hoſtes ejus vocat Τιτῆνας. quod ei tanquam Deo, ut Titanes Jovi, bellum inferant. Vulcan.

Ibid. —— *ἀφ' ἑσπέρου ἐσχατόωντος*] Repono ἐσχατόεντος. In Ald. & Frob. ἐσχατόεντος. Sed & ὀψίγονοι proparoxytone ſcribendum. Stephan.

Ibid. *ἀφ' ἑσπέρου ἐσχατόωντος*] Cave credas viro doctiſſimo. ἐσχατόω, verbum poëticum, *ultimus ſum*. Unde h. l. ἕσπερος ἐσχατόων, *occidens ultimus*. Sic Homer. Iliad. B. Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν, *Anthedonaque extremam*. Th. Graev.

Ibid. *ἐσχατόωντος*] Etiam edit. Vaſcoſ. ἐσχατόοντος. At MS. Ambr. 2. & Voſſ. ἐσχατόεντος, ut Stephanus voluit. Sed bene Graevius ἐσχατόωντος defendit.

Vſ. 175. *Ῥεύσονται*] Verbum τακτικώ-

Τείρεσιν, ἡνίκα πλεῖστα κατ' ἠέρα βουκολέονται.
Φρέρια καὶ [κῶμαι Λοκρῶν, καὶ Δελφίδες ἄκραι]
Καὶ πέδια Κεισσαῖα, καὶ ἠπείροιο πόληες]
Ἀμφιπεριστείνωνται. ἴδωσι δὲ πίονα καρπὸν

Γείτο-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

τα διαρπάσαι. πλησίον δὲ γενομένων, ὁ Ἀπόλλων χαλάζῃ χρησάμενος, ἀπώλεσε τοὺς πλείους αὐτῶν. ὀλίγων οὖν περιλειφθέντων, Ἀντίγονός τις φίλος τοῦ Φιλαδέλφου Πτολεμαίου, προξενεῖ αὐτοὺς αὐτῷ ὥστε ἐπὶ μισθῷ στρατεύεσθαι. καὶ γὰρ ἔχρηζεν ὁ Πτολεμαῖος τούτου στρατεύματος. οἱ δὲ ὁμοίως ἠβουλήθησαν καὶ τοῦ Πτολεμαίου διαρπάσαι τὰ χρήματα. γνοὺς οὖν συλλαμβάνει αὐτοὺς, καὶ ἀπάγει πρὸς τὸ στόμιον τοῦ Νείλου τὸ λεγόμενον Σεβεννυτικὸν, καὶ κατέκλυσεν αὐτοὺς ἐκεῖσε. ταῦτα οὖν φησὶ ξυνὸν ἀγῶνα ἔσεσθαι.

τικώτερον, quo usus Homerus Il. A. 50. ubi vid. Schol. Od. Ω. 69. ubi est ἐῤῥώσαντο ἐν τεύχεσιν, *armati decurrebant circa regem.* Item Nicander Ther. 350. &c. & alibi. v. Hesych. in Ἐῤῥώσαντο, & ibi interpretes. Usus tamen etiam ut aliis poëticis verbis Thucyd. II. 8. ἔῤῥωντο εἰς τὸν πόλεμον, *ad bellum cupide ferebantur.* Sed MS. Ambr. 2. Edd. Ald. Vascos. Froben. Benenat. ῥώσονται, quod non spreverim, cum alibi noster in hac forma cum ὁππότε & ἡνίκα futuro utatur: quamquam etiam ῥώσωνται rectum est: *cum venerint.* Voss. ῥώσαντο. Similis varietas mox in ἀμφιπεριστείνωντο.

Ibid. νιφάδεσσιν ἐοικότες] Brenno videlicet duce, qui qua occasione quove consilio Gallos in Graeciam duxerit, describit Pausanias in Phocicis. VULCAN.

Ibid. ἢ ἰσάριθμοι Τείρεσιν] Τείρεα dicuntur astra, ut & σείρια, unde & Sirius dictus. Τείρεα vero quasi τέρατα καὶ σημεῖα τῶν πλαζομένων, ut annotavit Scholiastes Apollonii lib. 2. quam etymologiam magis probaverim, quam Eustathii, qui ἀπὸ τοῦ τείρειν deducit. ὅτι πολλοὶ, inquit, ἐκ τῶν ἀστέρων καταπονοῦνται, γινόμενοι ἀστρόβλητοι. Apte vero addit Callimachus verbum βουκολέονται, metaphora sumta a pecudibus gregatim errantibus, sive pascentibus. VULCAN.

Vs. 176. Τείρεσιν] Hinc πολυτειρὴς epitheton coeli apud Aratum 604. quam vocem non habent lexica, item πολύτειρος apud Onomacritum Hymn. in Natur. 6. quod verbum jam notavit Scottus.

Ibid. κατ' ἠέρα βουκολέονται] Virgil. lib. 1. Aeneid.

—— *polus dum sidera pascet.*

Et ex hoc loco patet lectionem *palus*, quam intrudere quidam voluere, nullo modo recipi posse, cum noster dicat κατ' ἠέρα, & certo certius sit Virgilium hunc locum ob oculos habuisse. A. FABRI.

Ibid. βουκολέονται] Hoc verbum, hoc quidem sensu, scil. *errant*, quod & Latini de gregibus dicunt, ut Virgil. Ecl. 1. est ex audacioribus Callimachi, ad cujus similitudinem Moschus Id. II. 5. dixit ποιμαίνεσθαι· Εἶτε καὶ ἀτρεκέων ποιμαίνεται ἔθνος ὀνείρων. Sed non primus ita dixit. Xenoph. Cyrop. 1. p. 43. ed. Hutch. χαρίεν, εἰ ἕνεκα κρεαδίων τῇ θυγατρὶ τὸν παῖδα ἀποβουκολήσαιμι: *si —— natae filium alesse & errare sinam.* quod imitatus est Lucian. in Navig. c. 4. A Callimacho sumsit, opinor, Dionys. Per. 193.

Vs. 177. Φρέρια &c.] In hoc loco libri valde variant. A MSS. Ambr.

ictus

Stellis, cum plurimae coelo errant.
Castella & [vici Locrorum, & Delphica juga,]
Et campi Crissaei, & continentis [urbes]
Circumquaque gemant! Videant vero pingues fruges
Vici-

totus versus abest, sed relictum est spatium capax versus. In duobus Vaticanis n. 36. & 1379. solum verbum φρέρια est. MS. Reg. Voss. Edd. Flor. Ald. Vascos. Froben. tantum habent φρέρια καὶ. Lacunam explevit Benenatus, ut nunc editur. In versu sequente ab iisdem libris omnibus abest πόληες, & praeterea ἤπειροι, non ἠπείροιο. Supplementum a Callimachi manu esse, non ausim dicere. Rev. Checotius vidit exemplum Callimachi Aldinum, quod fuit olim Jo. Georgii Trissini Vicentini, nunc est in bibliotheca Barberiniana, in quo & haec & altera vs. 200. lacuna eodem modo expleta esset, ut nunc in vulgatis, sed ut pro ἠπείροιο πόληες esset φάραγγες. Ac prorsus eodem modo est in exemplo edit. Vascos. quod ipse habeo: manus autem cujus sit ignoro. Sed de hoc & ceteris locis talibus separatim agimus in praefatione. Auratus putabat, (ita adscriptum exemplo Aldino) perfectam esse sententiam, delendumque καὶ. Id sic accipiendum est, ut Callimachi versus sit:

Φρέρια καὶ πέδια Κρισσαῖα καὶ ἤπειροι.

Sed pro Κρισσαῖα legendum Κρισσαῖια, quod in exemplo Ger. in margine esse, notat vir doctus in exemplo Aldino, vel Κρισσάϊα, ut apud Homer. H. in Apoll. 446. corrigit Holstenius Κρισσαίων pro Κρισσαγῶν ad Stephanum Byz. in Κρίσα. Etiam Athenaeus XIII. p. 560. habet Κρισαϊκὸς πόλεμος. Pro ἀμφιπεριστείνωνται MS. Ambr. 1. Reg. Voss. Edd. Ald. Vascos. Froben. Benenat. ἀμφιπεριστείνονται. Ambr. 2. ἀμφιπεριστείναντα, v. ad vs. 175.

Ibid. καὶ Δελφίδες ἄκραι] Hic ἄκραι non esse adjectivum, sed substantivum, sicut vs. 104. Χειρωνίδες ἄκραι, antea monui. Aliquando autem per juga montium sive cacumina montes toti significantur. STEPHAN.

Vs. 178. πέδια Κρισσαῖα] Intelligitur campus, qui felix dictus. Strabo IX. 418. πρόκειται δὲ τῆς Κίῤῥας τὸ Κρισσαῖον πέδιον εὐδαιμον. Etiam commemorat Eustath. ad Hom. p. 272. ubi scripturam per σσ recentiorem esse dicit. Per simplex σ Κρισαῖα MS. Voss.

Vs. 179. Ἀμφιπεριστείνωνται] Lamentorum seu gemituum significationem huic verbo inesse non puto, sed ἀμφιπεριστείνεσθαι, a στεινὸς posito pro στενὸς, sonare *circumarctari.* Ex eo autem intelligitur valde oppletum esse. STEPHAN.

Ibid. Ἀμφιπεριστείνωνται] Verti, *circumquaque gement.* quae interpretatio non aliena est a significatione verbi στείνομαι, τὸ ὀδυνοῦμαι ἤτοι στένω, ut docet Hesychius, praecipue cum gemitus sive doloris rationem statim subjiciat, inquiens:

—— ἴδωσι δὲ πίονα καρπὸν
Γείτονος αἰθόμενον.

Si vero a στεινὸν, τὸ στενόχωρον deducamus, & interpretemur, *in arctum redigentur*, ad immensam multitudinem Gallorum referendum erit. VULCAN.

Vs. 179. 180. ἴδωσι —— Γείτονος αἰθομένοιο] ἴδωσι non ad Celtas, sed eodem quo ἀμφιπεριστείνωνται referendum. Vir doctus corrigit αἰθόμενον, ut ad καρπὸν referatur, quod non necessarium est. Nam si ager vicinus ardet, etiam fruges ardent. Ante audierant, Celtas quocumque venissent ferro ignique vastare omnia. Nunc etiam suis oculis in vicinia videbunt. Sententia ita clara est: sed inest tamen aliquid duri in altero versu, quod tollere ingeniose tentavit Cl. Valkenarius ad Eurip. Phoen. p. 503.

—— ἴδωσι δὲ πίονα καρπὸν
Γείτονος αἰθόμενον, καὶ οὐκέτι μοῦνον ἀκούῃ.

illustrata etiam sententia. Potuerunt libra-

Γείτονος αἰθομένοιο καὶ οὐκέτι μοῦνον ἀκουῇ,
Ἀλλ' ἤδη περὶ νηὸν ἀπαυγάζοιντο φάλαγγες
Δυσμενέων· ἤδη δὲ παρὰ τριπόδεσσιν ἐμεῖο
Φάσγανα καὶ ζωστῆρας ἀναιδέας, ἐχθομένας τε
Ἀσπίδας, αἳ Γαλάτῃσι κακὴν ὁδὸν ἄφρονι φύλῳ
Στήσονται· τέων αἱ μὲν ἐμοὶ γέρας, αἱ δ' ἐπὶ Νείλῳ
Ἐν πυρὶ τοὺς φορέοντας ἀποπνεύσαντας ἰδοῦσαι
Κείσονται, βασιλῆος ἀέθλια πολλὰ καμόντος
Ἐσσόμεναι. Πτολεμαῖε, τά τοι μαντήϊα φαίνω.
Αἰνήσεις μέγα δή τι τὸν εἰν ἔτι γαστέρι μάντιν
Ὕστερον ἤματα πάντα· σὺ δὲ ξυμβάλλεο μῆτερ·
Ἔστι διειδομένη τις ἐν ὕδατι νῆσος ἀραιή,

Πλα-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

185 Τέων] Ὧντινων ἀσπίδων αἱ μὲν ἐμοὶ ἐς γέρας, αἱ δὲ τῷ Πτολεμαίῳ δοθήσονται.

191 Διειδομένη] Φαινομένη.
Ἀραιή] Λεπτή.

librarii versus prioribus conformare, & facilis lapsus in γύπτον fuit.

Ibid. *αἰθομένοιο*] Dubitabat pater an legendum esset *αἰθόμενον*, *καρπὸν αἰθόμενον*. A. FABRI.

Ibid. *καὶ οὐκέτι μοῦνον ἀκουῇ*] Cum hoc nomine subaudiendum puto aliquod verbum: cujusmodi fuerit *πύθωνται*. ut Latine subaudiatur non *videant*, seu *viderint*, ex praecedente verbo *ἴδωσι* (quum hoc a sensu aurium sit alienum) sed *sciverint*, vel *acceperint*, seu *cognoverint*. Huic autem opponit *ἀπαυγάζοιντο*. est enim hic *ἀπαυγάζεσθαι*, *conspici*, *spectari*, non *refulgere*. Mutatur autem modus in *ἀπαυγάζοιντο*, propter versum, quum antea conjunctivo esset usus. STEPHAN.

Vs. 181. *περὶ νηὸν*] MSS. Ambr. Voss. Edd. Flor. Ald. Vascos. Froben. *παρὰ νηὸν*, e versu 182. recte correctum est *περὶ* in ed. Benenati: idque ceteri secuti sunt. Nam deberet esse *νηῷ*, ut mox *παρὰ τριπόδεσσι*. Herodotus tamen dixit *παρὰ τὸ ἱρὸν*, IV. 62. quem imitari potuit Callimachus.

Vs. 183. *Φάσγανα* —— *Ἀσπίδας*] In his verbis variant libri scripti & editi. Edd. veteres habent ubique accusativos, accepto *τῷ ἀπαυγάζοιντο* pro *videant*, ut *ἀπαύγασαι* vs. 125. pro *vide:* quod non patiuntur sequentia & verbum *φάλαγγες*. MSS. mei habent primo *ἀναιδέες* & *ἀσπίδες*, itemque Voss. a manu secunda *ἐχθόμεναι*. Unde pronum est corrigere, *Φάσγανα καὶ ζωστῆρες ἀναιδέες*, *ἐχθόμεναι τε Ἀσπίδες*, quod requirit sane verbum *ἀπαυγάζοιντο*. Sic correctum fuisse in Ger. testatur vir doctus in marg. Ald. Idem addit: *Auratus legendum putat οἱ pro αἱ*, *ut referatur ad τρίποδας*. Gloss. interlinearis Cod. Reg. ad *ἐχθομένας* monet, *τοῖς Γαλάταις*.

Vs. 185. *αἱ δ' ἐπὶ Νείλῳ*] v. Schol. Quae hic in Scholio traduntur, nuspiam ab aliquo historico tradita sunt, quod sciam. Sed Callimachi auctoritate satis confirmantur.

Vs. 187.

Vicini (agri) ardere; non modo audiant!
Atque adeo jam circa templum conſpiciantur phalanges
Hoſtium: jamque prope tripodas meos
Enſes & balthei impudentes, & infeſta
Scuta, quae Celtis, inſanae turbae, malum reditum
Efficient. Pars quidem eorum mihi cedet praemio, pars vero ad Nilum
In igni dominos exſpirare videns
Reponetur, regi praemia magni laboris
Futura. Haec, Ptolemaee, tibi oracula edo.
Valde certe laudabis adhuc latentem in utero vatem
Omne in tempus. Tu autem ſic intellige, mater:
Eſt conſpicua quaedam in aquis inſula, tenuis,
Errans

Vſ. 187. Κείσονται] Vulgati interpretes: *jacebunt:* ut referatur ad ἐν πυρί. Marti arma combuſta, honoris cauſſa, notum eſt. Atque etiam paullo durius refertur ad ἀποπνεύσαντας. Sed tamen, quia ſequitur ἄεθλια ἐσσόμεναι regi, verius eſt, accipere, ut de Apolline, *repoſitae jacebunt.*

Vſ. 189. τὸν εἰσέτι γαστέρι μάντιν] Non placebat patri meo τὸ εἰσέτι, cum ὕστερον quod ſequitur: itaque legebat τὸν ἐν ἔτι. A. FABRI.

Ibid. εἰσέτι] Verum vidit Faber: idque confirmat MS. Voſſ. a prima manu. Sic mox vſ. 196. ἐν ἁλί. Vellem Ezech. Spanhemius, qui nil mutandum ait, explicaſſet εἰσέτι & grammatice illuſtraſſet.

Vſ. 190. ξυμβάλλεο μῆτερ] Verti: *Tu vero ſic intellige, mater*, quae eſt formula demonſtraturi alicui aliquid, argumentis commemorandis, e Graeco Xenophontis: σκέψαι δ' ὧδέ πως. Poſſis etiam: *Tu vero hoc teneto.* συμβάλλεσθαι habere vim intelligendi e certis ſignis, unde & pro *conjicere* ſaepiſſime dicitur, multis exemplis planum factum a Cel. Alberto Obſerv. ad N. T. p. 188.

Vſ. 191. διειδομένη] Gallice explica: *Qu'on voit tantôt ici & tantôt là.* A. FABRI.

Ibid διειδομένη τις] Reſpicit ad nomen Deli. vid. vſ. 53. Bene Schol. φαινομένη. Male autem Ill. Spanhemius corruptam Heſychii gloſſam huc trahit, & ex ea locum hunc explicat, ut bene monuit ad Heſychium Cel. Albertus, a quo pro διείδεται recte editum eſt διείεται. Pertinet huc locus Apollon. Rhod. I. 546. de navigantibus: μακραὶ δ' αἰὲν ἐλευκαίνοντο κέλευθοι, Ἄτραπος ὡς χλοεροῖο διειδομένη πεδίοιο, ut *conſpicua* per gramineos campos, per prata, *ſemita.* Schol. ὡς δήλη ἐστὶν ἡ ὁδὸς &c. Eſt etiam verbum Homericum ſed ſine eliſione finalis in praepoſitione Il. N. 277. ἔνθα μάλιστ' ἀρετὴ διαείδεται ἀνδρῶν, *conſpicua* eſt *virtus.* Active eſt apud eundem, Θ. 535. Αὔριον ἣν ἀρετὴν διαείσεται, *demonſtrabit virtutem, conſpicuam reddet.* Euſtathius interpretatur ὡς ἐν ἡμέρᾳ διαφαίνεσθαι, p. 931. 53. Activum habet etiam Plato Phaedon. p. 62. B. Λόγος οὐ ῥᾴδιος διϊδεῖν, *oratio obſcura.*

Ibid. νῆσος ἀραιὴ] λεπτὴν interpretatur Scholiaſtes, hoc eſt στενὴν, *anguſtam* & *exilem.* VULCAN.

Ibid. νῆσος ἀραιὴ] Vulcanius explicat

Πλαζομένη πελάγεσσι· πόδες δέ οἱ οὐκ ἐνὶ χώρῳ,
Ἀλλὰ παλιρροίῃ ἐπινήχετο, ἀνθέρικος ὥς,
Ἔνθα νότος, ἔνθ' εὖρος, ὅπη φορέησι θάλασσα.
Τῇ με Φέροις. κείνην γὰρ ἐλεύσεαι εἰς ἐθέλουσαν.
Αἱ μὲν, τόσσα λέγοντος, ἀπέτρεχον εἰν ἁλὶ νῆσοι·
Ἀστερίη Φιλόμολπε, σὺ δ' Εὐβοίηθε καλῄεις,
Κυκλάδας ὀψομένη περιηγέας· οὔ τι παλαιὸν,
Ἀλλ' ἔτι τοι μετόπισθε Γεραίστιον εἵπετο Φῦκος·
[Ἔστης δ' ἐν μέσσῃσι. κατοικτείρασα δὲ Λητὼ,
Φῦκος ἅπαν κατέ]φλεξας· ἐπεὶ περικαίεο πυρὶ,
Τλή-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

193 Ἀνθέρικος ὥς] Ἀνθέρικος ἐστὶν ὁ τοῦ ἀσφοδέλου καρπός.
199 Γεραίστιον] Γεραιστὸς, ἀκρωτήριον Εὐβοίας.

plicat στενὴν, *angustam*, *exilem*, sed male: intellige *eam levi & pumicoso solo vel saxo esse.* A. Fabri.

Vs. 192. πόδες οὐκ ἐνὶ χώρῳ] Edd. Ald. Vascos. χώρα. Frobenius χώρῳ primus dedit, quod Benenatus cum ceteris imitatus est. Sed dudum conjeceram οὐκ ἐνὶ χώρα. quod est *non certo loco manere*, *non stabilem permanere*, cum idem vidi in mentem venisse viro docto in marg. ed. Vascos. De formula ἐν χώρα εἶναι vel μένειν egere plures. Κατὰ χώραν eodem modo dixit Thucyd. III. 22. 24. Herodot. IV. 97. 201. & alii. χώρα est certus, destinatus, fixus locus. Xenoph. Cyrop. IV. p. 298. ἀσύντακτα —— ἕως ἂν χώραν λάβῃ. Πόδες οὐκ ἐνὶ χώρῳ scil. εἰσί, bene dici, vix credo, aut commodum sensum habere. Immo πόδες ἐν οὐδεμιᾷ χώρᾳ erant.

Vs. 193. ἀνθέρικος] Virgultum dicunt esse *caulem asphodeli:* Latini *albucum* dicunt. A. Fabri.

Vs. 194. Ἔνθα νότος, ἔνθ' εὖρος] En tibi vetus Epigramma de Delo:

Delos jam stabili revincta terra,
Olim purpureo mari natabat,
Et moto levis hinc & inde vento
Ibat fluctibus inquieta summis:
Mox illam geminis Deus catenis
Hac alta Gyaro ligavit, illac
Constanti Myconae dedit tenendam.

A. Fabri.

Vs. 198. περιηγέας] Περιηγὴς apud poëtas ponitur pro *rotundus*, quasi dicas, *circumactus*, *circumactilis:* qua ratione etiam περιφερὴς pro eodem dicitur a περιφέρω. Interdum etiam *curvum* significat. Sic περιηγὴς ἀκτὴ apud Apoll. Rhod. quod apud Latinos *curvum littus.* Th. Graev.

Ibid. περιηγέας] Putem, non de insulis singulis intelligendum, sed de universis, quae κύκλον quendam efficiunt, (unde & nomen Cycladum) qui est περιηγής. Sed si non subtiliter rotunditatem capias, & περιηγέας dici insulas dicas, quia undique aqua cinctae sunt, de insulis quoque intelligi singulis potest.

Ibid. ἔτι παλαιὸν] Non jungo παλαιὸν cum nomine φῦκος, sed accipio pro πάλαι, ut dicatur non pridem descendisse, atque hoc ex alga, quam a tergo verrebat, potuisse cognosci. Steph.

Vs. 199. μετόπισθε Γεραίστιον] Forsan aliud intelligit ac interpres, nempe algam loci, *qui postea Geraestus est appellatus*, ut versu 71.

—— ὁ γέρων μετόπισθε Φεναιός.

qui

Errans in pelago, quae non uno in loco (defixos) pedes habet,
Sed aeſtui innatat, velut albucum,
Quo notus, quo eurus, quo mare ferat.
Ad hanc me defer. Ad hanc enim venies volentem.
Et aliae quidem, haec cum diceret, aufugerunt maris inſulae:
Tu vero, Aſterie, carminum amica, ab Euboea deſcenderas,
Cycladas viſura rotundas, neque diu ante:
Sed te adhuc pone Geraeſtia ſequebatur alga.
[Conſtiteras vero in mediis, miſerataque Latonam,
Omnem algam comburebas] Etenim valde commovebare,

Mi-

qui poſtea ſenex evaſit: ſed tamen ſimpliciter intelligere mallem. A. FABRI.

Ibid. Γεραίςιον εἵπετο φῦκος] MS. Vat. γερέςιον. Geraeſti alga eſt, quae ad promontorium & littus Geraeſtium collecta natat. Ovid. Heroid. VII. 172. *Nunc levis ejectam continet alga ratem.*

Vſ. 200. Ἔςης &c.] Hic verſus cum ſequente usque ad ſyllabas κατε abeſt a MSS. Ambroſianis, Vatic. utroque, Reg. & Voſſ. ſed ſpatio relicto vſ. 201. itemque ab Edd. Flor. Ald. Vaſcoſ. Froben. Supplevit primus, quod ſciam, Benenatus, quem Stephanus imitatus eſt. Sed de his ſupplementis idem judicandum eſt, quod de ſuperiori. In exemplo Aldino, quod mihi eſt ad manus, vir doctus alio ſupplemento lacunam explevit. Adſcripſit enim: *Sic & Ger. Sed eſt emendatum:* Ἥρη δ᾽ αὐτίκ᾽ ἔλεξας ἐπεὶ περικαίεο κῆρι. quod eſt multo melius quam vulgatum, ſed & ipſum recens. Quoad ultimum κῆρι, idem volebat R. Bentlejus, quem vide. Eodem modo correxerat Th. Canterus, ut in ſchedis ejus reperit Dorvillius. v. ad Chariton. p. 441. Πυρὶ quidem ſtare non poteſt ſalvo metro. Daweſius V. C. in Miſc. p. 107. etiam καίεο corrigit, & facit περὶ δαίεο κῆρι, ex Hom. Od. non I. ut ille habet, qui Bentlejis indices conſultos exprobrat, ſed A. 48. quod recte repudiat Dorvillius l. c. & vulgatam lectionem eſſe in MSS. Venet. & Eſthenſi refert. Bentlejus περὶ refert ad κῆρι, ut περὶ κῆρι ſit *valde*, & καίεσθαι de amore interpretatur, etſi nullo ejus ſignificationis exemplo allato: quod non improbem prorſus, ſed tamen non neceſſarium puto. Περικαίεσθαι de magno amore dixit Chryſoſtomus de Sacerdotio VI. c. 12. τὸν δὲ ταύτης μνηςῆρα μὴ διὰ ταῦτα μόνον περικαίεσθαι τῆς παρθένυ. Sed mox & καίεσθαι ſic dixit: μεταξὺ τῷ φίλτρῳ καιόμενον ἀκῦσαι πόθεν. Exemplum quod Th. Bentl. attulit ex Ariſtoph. Lyſiſt. 9. κάομαι τὴν καρδίαν, ibi eſt de ira, ut acerbe monet Daweſius, ſed tamen non alienum. Nam ſi de ira καίεσθαι dici poteſt, dicitur etiam recte de amore, ut in lingua Latina *ardere* dicuntur, qui vehementer amant, & qui vehementer iraſcuntur. Ceterum cum verſus initium & praecedens ſit ſpurius, non opus eſt quaerere, quomodo algam combuſſerit Delus, ne rideamur, ut illi philoſophi ab ancilla, qui quaerebant, quomodo lana in ficis naſci poſſet.

Vſ. 201. ἐπεὶ περικαίεο πυρὶ] Omnino mihi ſuſpecta eſt vox πυρὶ in iſto verſu, & vel ipſa certe quantitas

Τλήμον' ὑπ' ὠδίνεσσι βαρυνομένην ὁρόωσα·
Ἥρη τοῦτό με ῥέξον, ὅ τοι φίλον. οὐ γὰρ ἀπειλὰς
Ὑμετέρας ἐφύλαξα. πέρα, πέρα εἰς ἐμὲ Λητοῖ.
Ἔννεπες. ἡ δ' ἄῤῥητον ἄλης ἀπεπαύσατο λυγρῆς·
Ἵζετο δ' Ἰνωποῖο παρὰ ῥόον, ὅντε βάθιστον
Γαῖα τότ' ἐξανίησιν, ὅτε πλήθοντι ῥεέθρῳ
Νεῖλος ἀπὸ κρημνοῖο κατέρχεται Αἰθιοπῆος·
Λύσατο δὲ ζώνην, ἀπὸ δ' ἐκλίθη ἔμπαλιν ὤμοις
Φοίνικος ποτὶ πρέμνον, ἀμηχανίης ὑπὸ λυγρῆς
Τειρομένη· νότιος δὲ διὰ χροὸς ἔῤῥεεν ἱδρώς.
Εἶπε δ' ἀλυσθμαίνουσα, Τί μητέρα κοῦρε βαρύνεις;
Αὕτη τοι, φίλε, νῆσος ἐπιπλώουσα θαλάσσῃ.

Γεί-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

204 Ἐφύλαξα] Ἀντὶ τοῦ φυλάξω.

210 Φοίνικος ποτὶ πρέμνον] Καὶ παρ' Ὁμήρῳ· Δήλῳ δή ποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ βωμῷ Φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνόησα.

212 Ἀλυσθμαίνουσα] Πνευστιῶσα, ἀσθμαίνουσα.

titas syllabica merito suspectam illam reddiderit: quum producatur hic prior quae solet corripi. Fortasse autem adverbium quodpiam verbo περικαίεο metaphorice posito adjunxerat Callimachus. Quinetiam aliquid deesse praeter illa quae ad explendam lacunam adjecta fuerunt, non absimile vero videtur. STEPH.

Vs. 202. ὑπ' ὠδίνεσσι βαρυνομένην] Ald. καρυνομένην, solita aberratione in ea littera. v. ad H. in Dian. 38. Theocritus eadem formula usus est, sed sine praepositione, Id. XVII. 61. Ἀντιγόνας θυγάτηρ βεβαρημένα ὠδίνεσσιν. Mox MS. Reg. τοῦτο ῥέξον ὅ, τι τοι φίλον.

Vs. 205. ἄῤῥητον] Forsan legendum sit ἀῤῥήτου, ut ἄλης jungatur cum duplici epitheto λυγρῆς & ἀῤῥήτου, quod Homero, Hesiodo, & aliis solenne est. A. FABRI.

Ibid. ἡ δ' ἄῤῥητον ἄλης ἀπεπαύσατο λυγρῆς] Offendit viros doctos merito ἄῤῥητον. Dacieria corrigebat ἀῤῥήτου, quam vide. Sed non est hoc Callimachium, ut bene monet Cel. Ruhnkenius Ep. Crit. II. p. 32. Ipse e vestigiis MS. Voss. qui exhibet ἄλυτον, conjicit ἄρα δή ποτ', qua forma utitur inter alios Apollonius Rhod. Sed sensus primum postulat τότ', non πότ'. Est enim de praesenti aut praeterito sermo, non futuro. Et ita τότε reposito pro πότε correctio satis blandiretur. Sed mihi suspicio injecta est propior accedens scripturae librorum: Ἔννεπες. ἡ δ' ἅμα ῥητῷ ἄλης, statim finem erroris fecit, recepta statim requievit. Librarii fecerunt ὁμαῤῥητῷ, ut proximo versu in Ambr. utroque est παραῤῥόον pro παρὰ ῥόον. H. in Dian. vs. 200. ἱερὰ τεῤῥέζουσι, vs. 52. ὀιγεῤῥαστῆρας in iisdem: inde paullatim procusum est ἄῤῥητον. In MSS. Vat. est etiam ἄρητον ἄλλης.

Mox

Miferam doloribus vexatam videns.
Juno, fac me, quicquid vis. Non enim minas
Veftras curo. Tranfi, tranfi ad me, Latona.
Dixerat. At illa finem erroris nimis miferi fecit,
Confeditque ad Inopi flumen, quod altiffimum
Terra tum edit, cum redundante fluento
Nilus e cataractis defcendit Aethiopicis:
Solvitque zonam, & retro reclinavit humeris
Palmae ad truncum, difficultate gravi
Afflicta, copiofusque per corpus fluxit fudor.
Dixit vero mentis vix compos: Quid matrem, puer, gravas?
Haec tibi, care, infula innatans mari.

Na-

Mox Draco Stratoniceus de metris, & MS. Voff. ἕζετο pro ἵζετο.

Vf. 207. ἐξανίησιν] Huc refpicere Hefychii gloffam Ἐξανίησιν, ἀναπέμπει. putat Jenfius ad Hefych. in h. v. Poteft etiam pertinere ad Apoll. Rhod. IV. 293. Ὑμετέρης γαίης Ἀχελώϊος ἐξανίησιν. Add. Interpretes Hefychii. Poft Αἰθιοπῆος colon fieri juffu pro puncto.

Ibid. -- ὅτε πλήθοντι ῥεέθρῳ Νεῖλος] De Nili incremento, ut & ejus fontibus variae funt auctorum fententiae. Recte vero Seneca lib. Natur. Quaeft. 4. *Unde crefcere incipiat*, inquit, *fi comprehendi poffet, caufa quoque incrementi inveniretur.* Plinius caufam incrementi ad aeftivos Aethiopiae imbres refert, ut & Strabo. Vulg.

Ibid. ὅτε πλήθοντι ῥεέθρῳ] Hoc praeclare firmat fententiam Ortelii, quam vide in Notis ad vf. 171. Hymni Dianae. A. Fabri.

Ibid. ὅτε πλήθοντι ῥεέθρῳ Νεῖλος] Vera haec eft incrementorum Nili cauffa. Anniverfarii enim imbres tum cadentes magnam vim aquarum effundunt in altiffima Aethiopiae juga, qua delapfa Nili alveus intumefcit. Vid. Strab. lib. XVII. & in primis Ifaacum Voffium in eruditiffima differtatione de Nilo. Per κρημνὸν tamen Αἰθιοπικὸν, commode intelliges quoque catarractas Nili. Ex male vero intellecta fententia hujus verfus Ortelius collegit, non nullos ftatuiffe hunc fluvium oriri ex iisdem fontibus, ex quibus Inopus oritur, nim. ex infula Delo. fed perperam. Hoc enim dicit Callimachus Inopum tum pleniffimum fluere, cum Nilus quoque plenior ex Aethiopia defcendit in Aegyptum. Th. Graev.

Vf. 209. ἐκλίθη ἔμπαλιν] MS. Voff. Edd. Ald. Vafcof. Frob. ἐκλίνθη. Sed ita πάλιν fcribendum foret pro ἔμπαλιν, & eft ἐκλίνθη magis poëticum quam ἐκλίθη. Sed ἔμπαλιν h. l. aptius eft.

Vf. 212. ἀλυσθμαίνουσα] Sic conftanter fcripti & editi, nifi quod MS. Voff. habet ἀλυθμαίνουσα. Simile ἀλυδμαίνειν apud Hefychium, in quo tamen fofpitator ille Hefychii, Cel. Albertus putat effe vitiofam fcripturam: quod etiam de ἀλυσθμαίνουσα judico, fcribendumque ἀλυσθαίνουσα, quo verbo utuntur boni fcriptores. Vide praeter locum Nicandri, ad h. l. allatum, viros doctos ad Hefych. in Ἀλυσθενεῖ, quod bene corrigunt ἀλυσθαίνει. Euftathius ad Hom. Od. p. 1636. interpretatur ἀδυνατεῖ, quod huic loco aptum eft.

Vf. 213. Αὕτη τοι, φίλε, νῆσος] In verfione vulgata nulla eft fententia huic loco accommodata:

Haec tibi, care fili, infula fupernatans mari.

Cum vertendum fit, *ipfa tibi, care fili, in falo fupernatans mari*, fefe ti-

L 5 bi

Γείνεο, γείνεο κοῦρε, καὶ ἤπιος ἔξιθι κόλπου.
Νύμφα Διὸς βαρύθυμε, σὺ δ' οὐκ ἄρ' ἔμελλες ἄπυστος
Δὴν ἔμεναι· τοίη σε προσέδραμεν ἀγγελιῶτις.
Εἶπε δ' ἔτ' ἀσθμαίνουσα, φόβῳ δ' ἀνεμίσγετο μῦθος,
Ἥρη τιμήεσσα, πολὺ προὔχουσα θεάων,
Σὴ μὲν ἐγώ, σὰ δὲ πάντα· σὺ δὲ κρείουσα κάθησαι
Γνησίη οὐλύμποιο. καὶ οὐ χέρα δείδιμεν ἄλλην
Θηλυτέρην. σὺ δ', ἄνασσα, τὸ αἴτιον εἴσεαι ὀργῆς.
Λητώ τοι μίτρην ἀναλύεται ἔνδοθι νήσου.
Ἄλλαι μὲν πᾶσαί μιν ἀπέστυγον, οὐδ' ἐδέχοντο·
Ἀστερίη δ' ὀνομαστὶ παρερχομένην ἐκάλεσσεν,
Ἀστερίη πόντοιο κακὸν σάρον· οἶσθα καὶ αὐτή.
Ἀλλὰ φίλη, δύνασαι γάρ, ἀμύνειν πότνια δούλοις
Ὑμετέροις, οἳ σεῖο πέδον πατέουσιν ἐφετμῇ.
Ἦ, καὶ ὑπὸ χρύσειον ἐδέθλιον ἷζε, κύων ὥς
Ἀρτέμιδος, ἥτις τε, θοῆς ὅτε παύσεται ἄγρης,

Ἵζει

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

215 Νύμφα Διὸς] Πρὸς τὴν Ἥρην ὁ λόγος.
225 Σάρον] Τὸ κάλλυντρον.

bi dedit, aut tua erit. Αὕτη autem est *sponte sua*, *spontanea*, ut *ipse* ap. Latinos. Virg. *Ipsae veniunt ad mulctra capellae.* Plura congererem exempla, nisi doctioribus non essent ignota: dudum a viris elegantis ingenii & eruditionis ad Theocritum annotata. TH. GRAEV.

Ibid. Αὕτη] Frustra Graevius reprehendit vulgarem versionem, ut nullius sententiae: *haec tibi:* ipse explicans *sponte*, volens afferre observatiunculam de pronomine αὐτός. Sed aliud est αὐτὴ, aliud αὕτη.

Vs. 214. — ἔξιθι κόλπου] Supra duobus in locis usus est plurali hac ipsa de re, quum dixit ἀπεθήκατο κόλπων. Aliter autem versu 265.
Ἐν δ' ἐβάλευ κόλποισιν.
STEPHAN.

Vs. 216. τοίη — ἀγγελιῶτις] *Talis*, i. e. adeo velox: unde e ratione veterum Scholiastarum & Glossographorum possis interpretari ταχίστη. Sed v. ad vs. 27. Pro ἔμεναι MSS. Ambr. ἔμμεναι. Pro ἀσθμαίνουσα edit. Ald. ἀσωμαίνουσα, & versu sequente χρὴ pro ἥρη Edd. Ald. Vascos. & προύχουσα Ed. Ald.

Vs. 219. κάθησαι] *Sedes.* Per *sedere* autem intellige *firmum esse.* Virg.
Sedet haec sententia menti.
Idem est quod Terentio, *stat sententia*, Eun. Act. 2. Sc. 1. A. FABRI. Κρείουσα κάθησαι, *Regina sedes*, hoc est, *Regina es.* Regum & Reginarum est sedere in solio Regio, ut supra notatum. TH. GRAEV.

Vs. 222. Λητώ τοι μίτρην ἀναλύεται] At versu 209. Λύσατο δὲ ζώνην. Sed hymno in Jovem μίτρην itidem dixit, non ζώνην, & quidem simplex hoc non

Nafcere, nafcere, puer, & lenis exi utero.
Uxor Jovis faeva, tu vero non ignara futura eras
Diu: adeo celeriter ad te adcurrit nuncia,
Dixitque anhelans, timore admifto orationi:
Juno veneranda, longe prima Dearum,
Tua ego, tuaque omnia: tu fedes Domina
Germana coeli: neque aliam timemus manum
Femineam: tuque regina noxiam ulcifceris:
Latona tibi zonam folvit in infula.
Aliae quidem omnes eam repudiarunt, neque recceperunt:
Afterie autem nominatim vocavit advenientem,
Afterie, maris malum everriculum: nofti & ipfa.
Sed, cara, fer opem, potes enim, veneranda, miniftris
Tuis, qui tuo juffu in terra vadunt.
Dixit, & fub aureum thronum confedit, ut canis
Dianae, qui fcilicet, rapido ubi ceffavit a venatu,
Se-

non compofitum illud verbum ei adjungens--ὅτ' ἐλύσατο μίτρην. STEPHAN.

Vf. 224. παρερχομένην] Th. Bentlejus non vult intelligi *advenientem*, fed *praetereuntem.* At fic auctor H. in Apoll. vf 49. Πρίν γ' ὅτε δή ῥ' ἐπὶ Δήλου ἐβήσατο πότνια Λητώ. quo in loco mox vf. 51. lege: Δῆλ' εἰ γ' οὐκ ἐθέλεις &c. opponitur enim vf. 56. Εἰ δέ κ' —— ἔχησθα &c.

Vf. 225. σάρον] Male Vulcanius, qui vertit *colluvies*; fignificat enim *verriculum maris Aegei* ingeniofiffime, & ita Schol. accepit, qui κάλλυντρον vertit. A. FABRI.

Vf. 226. φίλη] Crediderim legendum effe φίλαι (nam refertur ad ἀμύνειν) φίλαι ἀμύνειν erit ἄμυνον vel ἄμυνε, *fubveni tuis:* neque enim adeo familiariter amicam appellaret heram *ancilla*, *miniftra:* neque hoc peritiffimum Poëtam feciffe credibile eft. A. FABRI. Nollem a libris difcedere. φίλη eft *mea* domina, ut φίλος apud poëtas faepe accipitur. hinc & hoftes fuos apud Homerum φίλους vocant, quod pluribus adftruerem, nifi occupaffent viri docti ad Theocritum. TH. GRAEVIUS. Et infinitivus locum imperativi obtinet.

Vf. 227. Ὑμετέροις] id eft τοῖς σοῖς, ut ante vf. 204. ὑμετέρας, τὰς σάς. A. FABRI.

Ibid. Ὑμετέροις pro σοῖς, *tuis.* Sed refertur etiam ad alios Deos, quibus miniftrat Iris, ut Jovi apud Hom. Il. Θ. 398. Λ. 185.

Ibid. οἳ σεῖο πέδον] Quid fani colliges ex Latina verfione:

Qui in tuo folo ambulant legitime.

Quafi σεῖο pertineret ad πέδον, & ἐφετμῇ fit *legitime.* Vertendum erat, *qui tuo terras perambulant juffu.* hoc eft, eunt quo eos mittis. Vidit & Vulcanius, qui fic interpretatur:

Qui peragrant late terras te Diva jubente. TH. GRAEV.

Vf. 228. κύων ὣς] Non indecorum eft Iridem ob vigilantiam cani comparari, cujus cauffa canes laudantur: & omnino Deorum miniftri honefte κύνες vocantur. v. D. Heinf. ad Hefiod. Schol. p. 89. b.

Vf. 229. ἄγρης] MS. Voff. εἴρης.

Vf. 233.

Ἵζε θηρήτειρα παρ' ἴχνεσιν· οὔατα δ' αὐτῆς
Ὀρθὰ μάλ', αἰὲν ἑτοῖμα θεῆς ὑποδέχθαι ὁμοκλήν.
Τῇ ἰκέλη Θαύμαντος ὑπὸ θρόνον ἵζετο κούρη.
Κείνη δ' οὐδέποτε σφετέρης ἐπιλήθεται ἕδρης,
Οὐδ' ὅτε οἱ ληθαῖον ἐπὶ πτερὸν ὕπνος ἐρείσει·
Ἀλλ' αὐτοῦ μεγάλοιο ποτὶ γλωχῖνα θρόνοιο
Τυτθὸν ἀποκλίνασα καρήατα λέχριος εὕδει.
Οὐδέποτε ζώνην ἀναλύεται, οὐδὲ ταχείας
Ἐνδρομίδας· μή οἵ τι καὶ αἰφνίδιον ἔπος εἴπῃ
Δεσπότις. ἡ δ' ἀλεγεινὸν ἀλαστήσασα προσηύδα,
Οὕτω νῦν, ὦ Ζηνὸς ὀνείδεα, καὶ γαμέεσθε
Λάθρια, καὶ τίκτοιτε κεκρυμμένα. μηδ' ἔθι δειλαὶ
Δυστοκέες μογέουσιν ἀλετρίδες, ἀλλ' ἔθι φῶκαι

Εἰ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

234 Οὐδ' ὅτε οἱ ληθαῖον] Τὸ λήθην τῶν κακῶν ἐμποιοῦν.

235 Ποτὶ γλωχῖνα] Πρὸς τὴν γωνίαν τοῦ θρόνου.

236 Λέχριος] Πλάγιος.

238 Ἐνδρομίδας] Κυρίως τῶν κυνηγῶν τὰ ὑποδήματα.

242 Ἀλετρίδες] Αἱ θεράπαιναι αἱ ἀλήθουσαι.

Vſ. 233. ἐπιλήθεται ἕδρης] Ne vertas cum vulgo, *ſuae obliviſcitur ſedis*, (quid enim hoc Latinis eſt) *ſed ſuae ſtationis.* Accipitur enim hic ἕδρα ut apud Latinos *ſtatio*, pro functione, munere. Th. Graev.

Ibid. Dictis Spanhemii adde obſervata Weſſelingio V. C. ad Diod. Sic. II. p. 114. ἕδρης recte Graevius *ſtationem* vertit. Heſych. Ἕδρα, συνέδρα. ſed συνέδρα interpretatur στάσις, ἣν νῦν στατίωνα λέγουσι.

Vſ. 234 ληθαῖον ἐπὶ πτερὸν ὕπνος ἐρείσει] Hoc imitatus eſt Virgil. lib. 5. Aeneid. ubi de Palinuro:

Ecce Deus ramum Lethaeo rore madentem
Vique ſoporatum Stygia ſuper utraque quaſſat
Tempora, cunctantique natantia lumina ſolvit.

A. Fabri.

Ibid. πτερὸν ὕπνος ἐρείσει] Πτερὸν bene illuſtrat Spanhemius. Add. Cuper. Apoth. Homer. p. 178. & Broukhuſ. ad Tibull. II. 1. extr. Sed quod ſomnus dicitur ἐπερείδειν πτερὸν Iridi, id proprie dictum & accurate. Callimachus Latinus Propertius, I. 3. 45. *Dum me jucundis —— ſopor impulit alis.*

Vſ. 237. Οὐδέποτε ζώνην ἀναλύεται] Longe aliter hic dicitur ζώνην ἀναλύεσθαι, quam verſu 209. ζώνην λύεσθαι, & verſ. 222. μίτρην (quod itidem ζώνην ſignificat) ἀναλύεσθαι. In his enim duobus locis, ſicut alibi, de pariente dicitur: at hic ζώνην ἀναλύεσθαι eſt cingulum ſolvere, ut ſolent qui vel quae exuere veſtes volunt. Dicens igitur illam non diſcingere ſe, ſeu recingere, intelligit illam veſtes non exuere, ut ſemper ſit parata & expedita, ſi domina eam aliquo repente amandare velit. Stephan.

Vſ. 238.

Sedet venator ad pedes, auribus
Alte ſublatis, ſemper parata, Deae excipere vocem.
Huic ergo ſimilis Thaumantis ſub throno ſedit filia,
Nec unquam illa ſuae obliviſcitur ſtationis,
Ne tum quidem, cum lethaeas ſomnus defixerit alas:
Sed ad ipſius magni throni fulcrum
Paullum reclinato capite obliqua dormit:
Nec unquam cinctum ſolvit, neque celeres
Calceos, verita, ne ipſi ſubito quid imperet
Domina. At illa, gravi dolore incenſa, dixit:
Sic ergo, o Jovis probra, & concumbatis
Clam, & pariatis occulte, nec ubi miſerae
In difficili partu laborant ancillae: ſed ubi phocae
Ma-

Vſ. 238. Ἐνδρομίδας] Ἐνδρομίδας Graeci ſemper de calceamenti genere accipiunt. Heſych. Ἐνδρομίδες, ὑποδήματα. Pollux lib. 3. cap. ult. athletis tribuit ἐνδρομίδας. Ἀθληταῖς δ' ἂν προσήκοιεν καὶ ἐνδρομίδες· οὕτω δ' ἐκαλοῦντο τὰ τῶν δρομέων ὑποδήματα. h. eſt. *Athletis etiam endromides conveniunt. Sic autem curſorum calceamenta vocantur.* & lib. 7. c. 22. Αἱ δὲ ἐνδρομίδες ἴδιον τῆς Ἀρτέμιδος τὸ ὑπόδημα. h. e. *endromides Dianae proprie calcei.* Ideo venatorum & curſorum calcei ita appellantur, uti notat Scholiaſtes noſter. Latini vero veſtem craſſam & ſolocem *endromidem* vocant. Tertull. de Pallio cap. 4. *Ita & endromidis ſolocem aliqua multicia ſyntheſi extruſit.* ad quem locum vide doctiſſimam obſervationem Cl. Salmaſii, ex qua haec delibavimus. TH. GRAEV.

Vſ. 239. ἀλεγεινὸν] Edd. Ald. Vaſcoſ. Froben. Benen. ἀλεγυνὸν. Sic ſupra in ed. Aldina ταχυνὸς pro ταχινὸς.

Vſ. 240. Οὕτω νῦν, ὦ Ζηνὸς ὀνείδεα] Non lego haec cum interrogatione, ſed imprecantis eſſe puto, hoc ſenſu: *Ita vobis contingat, o Jovis opprobria,* (id eſt, o quae Jovi opprobrio eſtis, ſeu probro: Ζηνὸς ὀνείδεα, pro Ζηνὶ ἐπονείδιστοι οὖσαι) *& clandeſtinas nuptias celebrare & in occulto parere: ac ne iis quidem in locis ubi miſerae piſtrices magno cum dolore foetum enituntur.* Alloquitur autem omnes pellices, in unius perſona: quamvis γαμεῖσθαι, ſi in propria ſignificatione accipiatur, non ſatis illis conveniat. Poteſt vero eſſe etiam optativus modus pro imperativo. Reſpondet autem ſignificatio quam dat verbo μογεῖν hoc in loco, epitheto quod Homerus dat Lucinae, eam appellans μογοστόκον. STEPH.

Ibid. Οὕτω νῦν] Simile illud Homeri Od. E. 204. Οὕτω δὴ οἶκόνδε φίλην —— νῦν ἐθέλεις ἰέναι; ubi v. Clark. Sed bene Stephanus ſine interrogatione iſtud accipit, cujus nec ſignum in edd. vett. Γαμεῖσθαι autem etiam alii de illegitimo concubitu dixere. Etiam γάμοι ſic dicuntur, ut μεθημερινοὶ γάμοι ſcorti apud Demoſth. de Coron. c. 40.

Vſ. 242. Δυσσκέες μογέουσιν] Eleganter δυσσκίοις corrigit Cl. Lennepius apud Ruhnken. Epiſt. Crit. II. p. 82. ut vitentur bina epitheta ſine copula. v. ad vſ. 205. De phocis reſpexit Homerum H. in Apoll. 77.

Ibid. ἀλετρίδες] Scholiaſtes Ariſtophanis annotat ἀλετρίδα vocari Calli-ma-

Εἰνάλιαι πίκτουσιν ἐνὶ σπιλάδεσσιν ἐρήμοις.
Ἀστερίῃ δ' οὐδέν τι βαρύνομαι εἵνεκα τῆσδε
Ἀμπλακίης, οὐδ' ἔστιν ὅπως ἀποθύμια ῥέξω
Τόσσα δέοι (μάλα γάρ τε κακῶς ἐχαρίσσατο Λητοῖ)
Ἀλλά μιν ἔκπαγλόν τι σεβίζομαι, οὕνεκ' ἐμεῖο
Δέμνιον οὐκ ἐπάτησε, Διὸς δ' ἀνθείλετο πόντον.
Ἦ μὲν ἔφη. κύκνοι δὲ θεοῦ μέλποντες ἀοιδοὶ
Μηόνιον Πακτωλὸν ἐκυκλώσαντο λιπόντες
Ἑβδομάκις περὶ Δῆλον· ἐπήεισαν δὲ λοχείῃ
Μουσάων ὄρνιθες, ἀοιδότατοι πετεηνῶν.
Ἔνθεν ὁ παῖς τοσσάσδε λύρῃ ἐνεδήσατο χορδὰς
Ὕστερον, ὁσσάκι κύκνοι ἐπ' ὠδίνεσσιν ἄεισαν.
Ὄγδοον οὐκ ἔτ' ἄεισαν, ὁ δ' ἔκθορεν. αἱ δ' ἐπὶ μακρὸν
Νύμ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

246 Μάλα γάρ τε κακῶς] Καὶ γὰρ κακῶς τῇ Λητοῖ ἐχαρίσατο.
250 Μηόνιον Πακτωλὸν] Ποταμὸς Λυδίας, χρυσοῦ ψήγματα φέρων.
251 Ἑβδομάκις] Ἑπταμηνιαῖος γὰρ ἐτέχθη ὁ Ἀπόλλων.

limacho τὴν μυλωθρὸν, & ἀλετρίβανον Asiaticam vocem esse, quae Atticis τὴν δοίδυκα significet. VULCAN. Scholiasten Aristophanis ad h. l. respicere, vix dubitari potest: nec est ulla idonea caussa, quare lectio vulgata sollicitetur.

Vs. 246. Τόσσα δέοι] Haec est vera lectio, quam habent Edd. Flor. Ald. Vascos. Frob. desiderantque sequentia. *Non ei aegre fecerim, quantum digna erat.* Itaque restitui. Ceterae fere τόσσα δέ οἱ. Sed τόσσα δὲ non habet, quo referatur. Primus vitiose edidit Benenatus τοσσάδε οἱ.

Ibid. μάλα γάρ τε κακῶς ἐχαρίσσατο Λητοῖ] Juno minus se iniquam Asteriae esse, neque graviter ei succensere testatur, quod Latonam hospitio exceperit. Dicit enim non esse censendum loco beneficii, Latonae praestiti, quod ei illic parere licuerit, ubi non vilissimum muliercularum genus, pistrices scilicet, sed phocae marinae enituntur. neque bene sed male potius hoc officio meritam esse de Latona Asteriam. Neque enim video quo pacto sensus ille ex Callimachi verbis elici possit,

— *immeritae quae fecit grata sorori*,

ut vertit Nicod. Frischlinus. VULCAN.

Ibid. μάλα γάρ τε κακῶς ἐχαρίσσατο Λητοῖ] *Nam pessime fecit, cum gratificata est Latonae.* Hic est sensus. Alias κακῶς χαρίζεσθαι etiam aliud significare potest. Sed accipiendum est, ut dictum, in parenthesi.

Vs. 247. ἔκπαγλόν τι σεβίζομαι] Imitatur Homerum Il. Γ. 415. Τὼς δέ σ' ἀπεχθήρω, ὡς νῦν ἔκπαγλ' ἐφίλησα. Simile est Il. Β. 356. Εἰ δέ τις ἐκπάγλως ἐθέλει.

Vs. 248. Διὸς δ' ἀνθείλετο πόντον] Vel hic locus corruptus est, vel Δία capit pro coelo, non pro Jove. Sat est,

Marinae pariunt, nudis in saxis:
Asteriae autem nihil irascor ob hocce
Delictum: nec est, ut illi male faciam,
Uti digna erat: (etenim improbe gratificata est La-
tonae)
Sed ei miris modis faveo, propterea, quod meum
Lectum nunquam pressit, Jovique praetulit pontum.
Illa quidem dixit. At cycni, canori Dei cantores,
Maeonio relicto Pactolo, circumvolarunt
Septies Delum, accinueruntque puerperio
Musarum aves, vocalissimae volucrum.
Hinc puer tot lyrae intendit chordas
Postea, quoties cycni partui accinuerant.
Octavum nondum canebant, cum puer prosilit. Cla-
re autem

Nym-

est, & plura non licet. A. Fabri. MSS. Ambr. & Voss. ἀνθέλλετο.

Vs. 249. θεοῦ μέλποντες ἀοιδοὶ] Omnes libri in hac lectione consentiunt. Nec in θεοῦ ἀοιδοὶ est dubitatio, quin recte dici possit, ut Euripides in Palamede apud Grotium in Exc. p. 391. dixit μουσᾶν ἀηδών. Sed μέλποντες ἀοιδοὶ frigere videntur Cl. Ruhnkenio Ep. Crit. II. p. 33. qui elegantissima conjectura rescribi vult μέλποντες ὀπηδοί. Cycnos vocari θεράποντας Apollinis notum est, beneque docetur a Viro clarissimo. Sed etiam sic restat difficultas. Nam ita attributum ὀπηδῶν fieret μέλποντες, quod intelligendum foret, *famuli cantores*; aliter enim sensus commodus non esset. Sed ὀπηδὸς μέλπων non est *famulus cantor*, ᾠδικὸς, sed *canens*, *qui canit*, ut κύκνος ἀείδει H. in Apoll. 5. Famulus cantor est ὀπηδὸς μελῳδὸς vel ᾠδικός. Fortasse lenietur verbum, si ad ἐκυκλώσαντο referas: Dei cantores, relicto Pactolo, *cum cantu* circumvolarunt Delum. Est trajectio paullo durior; sed non insolita poëtis. Interim verti *canori*, ut loco suo utcunque conveniret.

Vs. 251. λοχείη] Λοχεία, *partus dolor*, *curatio partus*, *puerperium*: at τὰ λοχεῖα, *purgamenta partum sequentia*, quae & λόχια dicuntur. A. Fabri.

Vs. 252. Μουσάων ὄρνιθες] Hic versus mihi semper frigidus visus est, quem nemo desideret, cum abfuerit. Unde suspicatus sum, eum ut parallelum adscriptum fuisse, & in textum venisse. Idem mecum sentire libens vidi acutissimum eruditissimumque Valkenarium ad Eurip. Phoeniss. p. 111. qui eum conflatum putat e Theocrit. Id. VII. 47. & XII. 7. Tales versus non dubito plures irrepsisse in poëtas veteres, quibus annumerem versus duos in Theocriti Idyll. XVII. 43. 44. ut hoc obiter addam.

Vs. 255. Ὄγδοον οὐκ ἔτ' ἤεισαν] Scribendum est ἄεισαν, quod est in proxime praecedente versu, ut stet versus: quamvis altera illa lectio sit & in superioris temporis editionibus. *Antequam*, inquit, *octavum cantum edidissent*, *ille ex utero prodiit*. Legi etiam posset Ὄγδοον οὐκέτι ᾖσαν. Stephan. Vidit etiam anonymus P. Francii. Th. Graev.

Ibid. οὐκ ἔτ' ἄεισαν] Sic MSS. Ambr. Reg. Voss. Edd. omnes ante Graevium ἤεισαν. Th. Bentlejus autem malebat servari ἤεισαν, propter consen-

Νύμφαι Δηλιάδες, ποταμοῦ γένος ἀρχαίοιο,
Εἶπαν Ἐλειθυίης ἱερὸν μέλος· αὐτίκα δ᾽ αἰθὴρ
Χάλκεος ἀντήχησε διαπρυσίην ὀλολυγήν.
Οὐδ᾽ Ἥρη νεμέσησεν, ἐπεὶ χόλον ἐξέλετο Ζεύς.
Χρύσεά τοι τότε πάντα θεμείλια γείνετο Δῆλε,
Χρυσῷ δὲ τροχόεσσα πανήμερος ἔῤῥεε λίμνη,
Χρύσειον δ᾽ ἐκόμησε γενέθλιον ἔρνος ἐλαίης·
Χρυσῷ δὲ πλήμμυρε βαθὺς Ἰνωπὸς ἑλιχθείς.
Αὐτὴ δὲ χρυσέοιο ἀπ᾽ οὔδεος εἵλεο παῖδα,
Ἐν δ᾽ ἐβάλευ κόλποισιν· ἔπος δ᾽ ἐφθέγξαο τοῖον,
Ὦ μεγάλη, πολύβωμε, πολύπτολι, πολλὰ φέρουσα,
Πίο-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

258 Ὀλολυγήν] Τὴν μετὰ εὐφημίας λέγει εὐχήν.

261 Λίμνη] Ἡ θάλασσα, διὰ τὸ περιτρέχειν κύκλῳ τὴν νῆσον· Ἡ λίμνη τὶς ἐν Δήλῳ περιφερής.

266 Πολύβωμε] Πρὸς τὴν γῆν λέγει πᾶσαν.

sensum editt. & delere ἔτ᾽. Verbum ἔκθορεν de partu bene illustrat Cel. Hemsterhus. ad Luciani T. I. p. 29. Sed eodem verbo de Apollinis partu usus est auctor H. in Apoll. 119. Ἐκ δ᾽ ἔθορε προφόωσδε.

Vs. 257. Εἶπαν Ἐλειθυίης ἱερὸν μέλος] Sic infra, hymno in Cererem Ἐλειθυία dicit pro Εἰλειθυία, versu 132. Χ᾽ ἅτις Ἐλειθυία τείνει χέρα. STEPHAN.

Ibid. Ἐλειθυίης] Primam contraxit, sublato ι. Nota interim Naeniam ad partum cantari solitam, quod satis infrequens. A. FABRI.

Ibid. Εἶπαν Ἐλειθυίης] Sic MSS. Ambr. Vitiose editt. vett. Ἐληθυίης. Cl. Lennepius ad Coluthum p. 9. legendum censet Ἐλειθυίη. Sed contextus docet, carmen illud pertinuisse ad prolem Latonae. Igitur servem vulgatum, & intelligam *carmen natalitium*. Apud Homerum H. in Apoll. 119. θεαὶ δ᾽ ὀλόλυξαν ἅπασαι.. Idque refertur ad celebrandos natales Apollinis & Dianae. Unde illustratur etiam mox ὀλολυγὴ de cantu Nympharum. Add. Theocrit. Id. XVII. 64.

Vs. 258. Χάλκεος] Theognis,

Ἐν μοι ἔπειτα πέσοι μέγας οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν
Χάλκεος, ἀνθρώπων δεῖμα παλαιγενέων.

Homerus autem χαλκοβατὲς δῶ. A. FABRI.

Ibid. διαπρυσίην ὀλολυγήν] Recte Nymphis ὀλολυγὴν tribuit. Est enim ὀλολυγὴ vox mulierum ad lamentationem composita, quam in templis precantes edunt. ut in Hym. in Lavac. Pall. vs. 139. Σύντ᾽ εὐαγορίᾳ, σύντ᾽ εὔγμασι, σύντ᾽ ὀλολυγαῖς. Διαπρυσίην vero μέγαν καὶ διαβόητον vocat. VULCAN.

Ibid. διαπρυσίην ὀλολυγήν] Pessime vertitur *ululatus*. Ὀλολύζειν, & ὀλολυγμὸς, dicitur etiam de rebus laetis, cum gratias deo agunt pro rebus secundis, quae nos gaudio perfundunt: & saepius est prae gaudio exclamare, exultare, canere. Aeschylus in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις vs. 831.

Πότερον χαίρω κἀπολολύξω
Πόλεως ἀσινεῖ σωτῆρι;

Quod

Nymphae Deliades, fluminis ſtirps antiqui,
Cecinere ſacrum Lucinae carmen: ſtatimque aether
Aeneus reſonuit ſonorum cantum.
Neque Juno iraſcebatur: nam iram exemerat Jupiter.
Aurea tibi tum omnia fundamenta facta ſunt, Dele,
Auroque rotundum per totum diem fluxit ſtagnum:
Aureo quoque fronde comavit oliva,
Auroque aeſtuavit alte fluens Inopus.
Ipſa autem aureo de ſolo ſuſtuliſti puerum,
Inque gremio repoſuiſti, & ſic dixiſti:
O! magna, (terra) aris & urbibus frequens, multa ferens,

Pin-

Quod recte vertit doctiſſimus Stanlejus:

Utrum gaudeam, & hymnum canam
Urbem incolumem ſervanti (Deo?)

Proprie hoc verbum pertinet ad ſacra facientes, cum mactata victima deo gratias agunt rebus ex ſententia provenientibus, aut illius pacem expetunt & opem. Vide quae maximi viri Iſaacus & Mericus Caſauboni notarunt, ille ad Marc. V. 38. hic in diatribe de Hackiana Homeri editione, quam parenti meo inſcripſit. Διαπρύσιος eſt proprie penetrans. Unde διαπρύσιον γεγωνὼς apud Homerum, eſt *alta voce clamans*, ut etiam in remotiſſimas aures ea penetret. TH. GRAEV.

Vſ. 260. Χρύσεά τοι τότε πάντα] Latius dixit, quae auctor hymni in Apoll. uno verſu 135. χρυσῷ δ' ἄρα Δῆλος ἅπασα βεβρίθει. Mox vſ. 260. MS. Voſſ. γείνατο, & poſt Ed. Ald. πλήμυρε βυθός.

Vſ. 261. τροχόεσσα] Theognis,

Ἀθανάτων κάλλιστον ἐπὶ τροχοειδέϊ λίμνῃ.

Ortelius, *Trochoeides*, Τροχοειδὴς lacus in Delo. Sed ego puto epitheton eſſe: Herodotus tamen plane affirmat hunc lacum ſic dictum fuiſſe. Locus eſt in Euterpe, Λίμνη τέ ἐστιν ἐχομένη, λιθίνῃ κρηπῖδι κεκοσμημένη, καὶ ἐργασμένη ἐν κύκλῳ, καὶ μέγαθος (ὡς ἐμοὶ ἐδόκεε) ὅσηπερ ὁ ἐν Δήλῳ, ἡ Τροχοειδὴς καλεομένη. A. FABRI.

Vſ. 262. ἐκόμισσε] Durum profecto eſt, κομίζειν dici de arbore, ex ſe efferente ac gignente aliquid: nec puto dici poſſe de arbore κομίζειν καρπούς. Itaque prorſus, ut certiſſimam, probo correctionem acutiſſimi Hemſterhuſii, ἐκόμησε. Κομᾷν & κόμη in compoſitis de arborum fronde dici, ut Latinis *comae*, *comare*, tralatitium eſt. Ἔρνος γενέθλιον ἐλαίης, olea ad quam natus eſt cum Diana Apollo, prope quam γενέθλιον οὖδας; ἐκόμησε χρυσείῳ, *auro comavit*. Talis *auricomus foetus* ap. Virgil. Aen. VI. 141. & *aurum frondens* ibid. 208.

Vſ. 263. Ἰνωπὸς] De Inopo ut fluvio in Delo; quae narrantur a Strabone & aliis veteribus, fabuloſa ſunt, teſte Sponio in itinerario ſuo: qui dicit nullum ſe in Delo repeſſe flumen, ſed torrentem potius vel fontem exiguum. A Plinio quoque lib. 2. c. 103. vocatur fons: *Et in Delo inſula Inopus fons eodem, quo Nilus, modo, ac pariter cum eo decreſcit augeturque.* TH. GRAEV.

Vſ. 264. Αὐτὴ δὲ &c.] Similis locus eſt apud Theocritum I. c. 65. ſeqq. ad ſimilitudinem hujus fortaſſe factus.

Vſ. 266. Ὦ μεγάλ', ὦ πολύβωμε] Malim ſcribere, Ὦ μεγάλη, πολύβωμε, quoniam dura eſt illa vocalis

Πίονες ἤπειροί τε, καὶ αἳ περιναίετε νῆσοι,
Αὐτὴ ἐγὼ τοιήδε δυσήροτος· ἀλλ' ἀπ' ἐμεῖο
Δήλιος Ἀπόλλων κεκλήσεται. οὐδέ τις ἄλλη
Γαιάων τοσσόνδε θεῷ πεφιλήσεται ἄλλῳ·
Οὐ Κερχνὶς κρείοντι Ποσειδάωνι Λεχαίῳ,
Οὐ πάγος Ἑρμείῃ Κυλλήνιος, οὐ Διῒ Κρήτη,
Ὡς ἐγὼ Ἀπόλλωνι· καὶ ἔσσομαι οὐκ ἔτι πλαγκτή.
Ὧδε σὺ μὲν κατέλεξας· ὁ δὲ γλυκὺν ἔσπασε μαζόν.
Τῷ καὶ νησάων ἁγιωτάτη ἐξέτι κείνου
Κλῄζῃ, Ἀπόλλωνος κουροτρόφος· οὐδέ σ' Ἐνυὼ,
Οὐδ' Ἀΐδης, οὐδ' ἵπποι ἐπιστείβουσιν Ἄρηος·
Ἀλλά τοι ἀμφιετεῖς δεκατηφόροι αἰὲν ἀπαρχαὶ
Πέμπονται. πᾶσαι δὲ χοροὺς ἀνάγουσι πόληες,
Αἵ τε πρὸς ἠοίην, αἵ θ' ἕσπερον, αἵ τ' ἀνὰ μέσσην
Κλήρους ἐστήσαντο, καὶ οἳ καθύπερθε βορείης

Οἰκία

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

271 Λεχαίῳ] Λεχαῖον καὶ Κερχνὶς ἀκρωτήρια, ἔνθα ὁ Ποσειδῶν τιμᾶται.
280 Αἵ τ' ἀνὰ μέσσην] Ἐν μεσημβρίᾳ.
281 Καὶ οἳ καθύπερθε] Οἱ Ὑπερβόρειοι.

η elisio. Videtur autem in hoc epitheto intelligendum & quod sequitur ex eo quod praecedit: ut ita vocetur cui a multis preces funduntur, & vota fiunt. Sic infra postquam dixit πολύβωμε, addit πολύλλιτε. STEPHAN.

Ibid. Ὦ μεγάλη] Idem quod Stephano, placebat viro docto in marg. ed. Vascos. quod & ipse rectum puto. Et quia sic est in MS. Reg. & Voss. ita rescripsi. Sed insuper mihi in mentem venit scribendum esse Γῆ μεγάλη. Nam de terra universa hunc versum accipiendum esse, dubitari non potest: mirumque est, Ill. Spanhemium de Delo accipere potuisse, de qua demum vs. 268. sermo est, cum attributis plane contrariis. Sed in principio γῆν intelligi, durum est. Sequitur deinde partitio in continentem & insulas.

Vs. 268. Αὐτὴ] An Αὕτη ἐγὼ &c.?

Vs. 271. Κερχνὶς] Κερχνὶς Ionice dixit, pro Κεγχρίς. Nam Κεγχρὶς vocatur communiter hic locus a Geographis. Iones autem ut κερχνὸς pro κεγχρὸς dicebant, ita etiam Κερχνὶς pro Κεγχρὶς. Isthmus Corinthiacus duos habuit portus, ut notum, Cenchridem sive Cenchreas, & Lechaeum. Callimachus utrumque eleganter uno versu designat. Vocat Neptunum Λεχαῖον; qui in Lechaeo habebat templum & simulacrum Neptuni, ut testatur Pausanias in Corinthiacis. TH. GRAEV.

Ibid. Οὐ Κερχνὶς &c.] Imitatus est hunc locum Ovid. Trist. I. 6. init. De scriptura verbi Κερχνὶς adeundus Spanhemius.

Ibid. Λεχαίῳ] Lechaeum dictum Neptunum nec reperit quisquam, nec dici posse crediderim. Itaque cer-

cer-

Pinguesque terrae, & circumjectae insulae:
Ipsa quidem sterilis sum: sed a me
Delius Apollo vocabitur: neque ulla alia
Terrarum tantopere Deo amabitur alii:
Non Cerchnis Neptuno, domino Lechaei,
Non mons Mercurio Cyllenius, non Jovi Creta,
Ut ego Apollini; neque amplius ero vaga.
Sic tu quidem dixisti: ille autem dulcem suxit mammam.
Igitur etiam insularum sanctissima ab illo tempore
Vocaris, Apollinis nutrix; neque te Bellona,
Aut Pluto, aut Martis equi contingunt.
Sed tibi quotannis decimae semper & primitiae
Mittuntur: omnesque choros celebrant urbes,
Quaeque ad orientem, quaeque ad occidentem, & versus meridiem
Sedes posuere, & supra boreale

Litus

certam puto correctionem Cel. Hemsterhusii, Λεχαίε, *Neptuno*, *Lechaei domino.*

Vs. 272. πάγος] *rupem*, *saxum* intellige: male Interpres qui *vicum.* A. Fabri.

Vs. 277. Οὐδ' Ἀΐδης] Non placet, quod hoc referunt viri docti ad ritum mortuos extra insulam sepeliendi, ne sanctitas ejus violaretur, auctore Thucyd. III. 104. Pluto inducitur, ut Bellonae & Martis comes, sensusque est, nullum ibi bellum, nulla caedes fit.

Vs. 278. δεκατηφόροι —— ἀπαρχαί] Durior forma dicendi, quae aut *primitias decumanas* significat, h. e. *decumas ipsas*, quae primae acervo detrahuntur, & ante, quam alii inde aliquid vel capiant vel sumant: unde commode primitiae dici possunt, sicut Graeci de libatione ἀπάρχεσθαι dicunt, quod proprie est de primitiis: aut *primitias & decumas.*

Vs. 281. καὶ οἱ καθύπερθε] *Hyperborei:* adeundus est Pindarus, qui haec fuse describit, Od 3. Olymp. & illos Apollinis θεράποντας vocat.

Δᾶμον ὑπερβορέων πείσαις, Ἀπόλλωνος θεράποντα

Vide & Melam lib. 3. c. 5. A. Fabri.

Ibid. οἱ καθύπερθε βορείης] Hos vs. 291. vocat Arimaspos. Itaque non dubito, quin huc respexerit Stephan. Byz. v. Ὑπερβόρεοι Ἀντίμαχος δὲ τοὺς αὐτοὺς φησιν εἶναι τοῖς Ἀριμασποῖς. Nam pro Ἀντίμαχος corrigendum est Καλλίμαχος· quorum nominum perpetua est confusio. Hinc etiam patet, male a Berkelio tentari, εἶναι πρὸς τοῖς Ἀριμασποῖς. Eodem Stephani loco Spanhemius utitur, sed sine vitii suspicione. Ruhnken.

Ibid. οἱ καθύπερθε βορείης] Sunt Hyperborei, h. e. maxime versus boream populi. De Hyperboreis, & primitiis ab iis Delum missis, loca classica sunt Herodoti IV. 33. sqq. Pausaniae I. 31. p. 77. Hecataei apud Diod. Sic. II. p. 130. In hac ipsa consuetudine primitiarum mittendarum indicium est, originis Graecae fuisse Hyperboreos, & per coloniam eo e Graecia ductos; ut placet Wesselingio V. C. ad Diod. Sic. III.

Οἰκία θινὸς ἔχουσι, πολυχρονιώτατον αἷμα.
Οἱ μέν τοι καλάμην τε καὶ ἱερὰ δράγματα πρῶτοι
Ἀσταχύων φορέουσιν· ἃ Δωδώνηθε Πελασγοὶ
Τηλόθεν ἐκβαίνοντα πολὺ πρώτιστα δέχονται;
Γηλεχέες, θεράποντες ἀσιγήτοιο λέβητος.
Δεύτερον ἱερὸν ἄστυ, καὶ οὔρεα Μηλίδος αἴης
Ἔρχονται· κεῖθεν δὲ διαπλώουσιν Ἀβάντων
Εἰς ἀγαθὸν πεδίον Ληλάντιον. οὐδ' ἔτι μακρὸς
Ὁ πλόος Εὐβοίηθεν· ἐπεὶ σέο γείτονες ὅρμοι.
Πρῶταί τοι τάδ' ἔνεικαν ἀπὸ ξανθῶν Ἀριμασπῶν
Οὔ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

282 Οἰκία θινὸς] Θῖνα νῦν τὴν Ὠκεανοῦ ζώνην λέγει.

283 Οἱ μέν τοι καλάμην τε] Λέγεται ὅτι οἱ Ὑπερβόρειοι δῶρα πέμπουσι τῷ Ἀπόλλωνι, ἅτινα δέχονται πρῶτοι Δωδωναῖοι.

286 Γηλεχέες] Καὶ Ὅμηρος, χαμαιεῦναι.

287 Μηλίδος] Μηλὶς, πόλις Τραχῖνος.

289 Ληλάντιον] Ἐν Εὐβοίᾳ πεδίον Ληλάντιον ἀπὸ Λήλαντος βασιλέως.

291 Ἀριμασπῶν] Ἔθνος τῶν Ὑπερβορέων.

II. p. 159. & Bayero in diff. de Hyperboreis T. XI. Comm. Petropol. p. 334. Hyperboreos exiſtimanti Graecos fuiſſe eos, qui inde a Trojano bello in Thracia & tractu Ponti Euxini ſeptentrionem quaeſiverunt; quos ille populos diligenter perſequitur. Miror virum doctum praeteriiſſe hunc Callimachi locum, ex quo apparet, hunc ritum ſacrorum mittendorum ab Hyperboreis Ptolemaeorum tempore adhuc viguiſſe, non, quod illi videbatur, jam ante Herodotum aboleviſſe. p. 324. Adde ad vſ. 289.

Vſ. 282. πολυχρονιώτατον] Imo ipſi Hyperborei populi ſunt fabuloſi, & poëtarum commenta. TH. GRAEV.

Vſ. 284. δράγματα Ἀσταχύων] Sunt mergites. Mergites vero, ut omnes ſciunt, ſunt ſpicarum manipuli. In illis mergitibus ſacrorum primitiae erant occultatae, non ipſi mergites pro frugum primitiis perlati: quod Plinium fefellit, & ex eo Solinum, qui capite XVI. ſcribit de Hyperboreis: *Ajunt etiam ſolitos per virgines probatiſſimas primitiva frugum Apollini Delio miſſitare.* Magnum ſane diſcrimen eſt inter primitias frugum, quae in ſpicis offeruntur, & primitias ſacrorum, quae in ſpicarum manipulis occultatae adferuntur. Primitiae ſacrorum nihil aliud ſunt quam θυμάτων ἀπαρχαὶ, proſiciae ſcilicet ex immolata hoſtia, extorumque partes. Has innexas ſtipula frumenti Delum mittebant. Cl. Salmaſius ad Solinum. Quis poſſit in animum inducere ut credat Hyperboreas virgines proſicias ex immolata hoſtia mergitibus ſpicarum involutas per tanta terrarum ſpatia deportaſſe Delum? Quomodo tam diu potuerint in illis mergitibus ſervari, ne putreſcerent? Dein quis praeſicias unquam dixit primitias ſacrorum aut hoſtiae? Sed nec vivae hoſtiae mergitibus occultari poterant. Itaque nullus dubito, recte Plin. IV. c. 12. ἱερὰ δράγματα ἀσταχύων

Litus domos habent, antiquiſſimum genus:
Qui tibi ſpicas & ſacros manipulos primi
Ariſtarum ferunt: quos Dodonaei Pelasgi
E longinquo venientes primi omnium excipiunt
Selli, miniſtri nunquam tacentis lebetis.
Dein ſacram in urbem & montes Melidis terrae
Veniunt: hinc vero navigant Abantum
In fertile ſolum Lelantium: neque ſupereſt longus
Ab Euboea curſus: nam propinqui ſunt portus tui.
Primae hos tibi tulerunt fulvis ab Arimaſpis
Upis

χύων vertiſſe primitias frugum, ſive fuerint ipſi mergites, ſive aliae fruges, quae illa beata Hyperboreorum terra tulit, his mergitibus tectae. Apud Melam III. 5. *Sacris operati, maxime Apollinis: quorum primitias Delum miſiſſe*, &c. *ſacrorum primitiae.* Dicuntur primitiae ad ſacra facienda, quas primitias frugum fuiſſe Callimacho & Plinio credendum. Sed quid πρῶτει ſibi vult apud Callimachum? Num quod primi ante omnes homines primitias Delum miſerint Hyperborei, quod poſtea ſint alii populi imitati? In Salmaſ. Plin. Exercit. ſcribitur πρῶτον, Quod ſi ex libris, ſcripſiſſe Callimachum cenſeo

—— ἱερὰ δράγματα πρώτων
Ἀσταχύων.

Poëtice πρώτων ἀσταχύων δράγματα ſunt ἀπαρχαὶ frugum, quas Hyperborei Apollini, ut Hebraei vero Deo offerebant. Alii vero populi offerebant decimas Apollini, ut ex praecedentibus conſtat. TH. GRAEV.

Vſ. 283. Οἱ μέντοι —— πρῶτοι] Fruſtra Graevius tentat πρώτων. Hyperborei primi omnium populorum hoc inſtituere: imitati ſunt ceteri: niſi quis malit accipere de eo, quod ab iis initium ſit mittendi primitias, quae poſt per aliorum populorum manus in Delum perferuntur.

Vſ. 284. ἃ Δωδώνηθε] Anonymus Francii legit, ἃ Δωδώνηθι. *Dodoni, in Dodone.* Verum Πελασγοὶ Δωδώνηθεν, *Dodone Pelaſgi*, ſunt Dodonei Pelaſgi, ut apud Latinos *Hoſpes Jacyntho* eſt Jacynthius. TH. GRAEV.

Vſ. 285. πολὺ πρώτιστα] Scilicet inter Graecos. v. Pauſan. l. c.

Vſ. 286. Γηλεχέες] Homerus,

—— ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ
Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται, ἀνιπτόποδες,
χαμαιεῦναι.

Sophocles χαμαικοιτῶντας vocat. VULCAN.

Ibid. Γηλεχέες] Virg. de Sacerdote,

—— *& caeſarum ovium ſub nocte ſilenti*
Pellibus incubuit ſtratis.

A. FABRI. Vide de hac re eruditam diſſertationem V. Cl. Jacobi Gronovii ad Stephani fragmentum de urbibus integrum de Dodone. TH. GRAEV.

Vſ. 287. Μηλίδος] Schol. Μηλίς, πόλις Τραχῖνος: male: eſt in Theſſalia. A. FABRI.

Ibid. οὔρεα Μηλίδος αἴης] Vid. Spanhem. Anna Fabri fruſtra Scholion reprehendit. Thucyd. III. 92. Μηλιεῖς οἱ ξύμπαντες εἰσὶ μὲν τρία μέρη, Παράλιοι, Ἱερῆς, Τραχίνιοι. Montes autem illi dicti Trachinii.

Vſ. 289. De dubitatione Spanhemii ad h. l. an Deliis redditum, poſt inſtaurationem inſulae per Hadrianum, ſit jus, quod interea Euboenſes vindicarant ſibi, ut ipſi reciperent ſacra Hyperboreorum, vid. Dorvill. Obſ. Miſc. VII. p. 53.

Ibid. οὐδ' ἔτι μακρὸς Ὁ πλόος &c.] Herodotus l. c. alia praeter haec loca interponit. Diſcrepat etiam Pauſanias, qui ab Hyperboreis ad Arimaſpos primum venire tradit, ſed noſter utroſque eoſdem facit. v. Spanh.

 Vſ. 292.

Οὖπίς τε, Λοξώ τε, καὶ εὐαίων Ἑκαέργη,
Θυγατέρες Βορέαο, καὶ ἄρσενες οἵ τότ' ἄριστοι
Ἠιθέων· οὐδ' οἵγε παλιμπετὲς οἴκαδ' ἵκοντο·
Εὔμοιροι δ' ἐγένοντο, καὶ ἀκλέες ὅποτ' ἐκεῖνοι.
Ἤτοι Δηλιάδες μὲν, ὅτ' εὐηχὴς ὑμέναιος
Ἤθεα κουράων μορμύσσεται, ἥλικα χαίτην
Παρθενικαὶ, παῖδες δὲ θέρος τὸ πρῶτον ἰούλων
Ἄρσενες ἠιθέοισιν ἀπαρχόμενοι φορέουσιν
Ἀστερίη θυόεσσα, σὲ μὲν περί τ' ἀμφί τε νῆσοι
Κύκλον ἐποιήσαντο, καὶ ὡς χορὸν ἀμφεβάλοντο·
Οὔτε σιωπηλὴν, οὔτ' ἄψοφον οὖλος ἐθείραις

Ἕσπε-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

292 Οὖπίς τε] Αἱ τρεῖς κόραι τῶν Ὑπερβορέων Σκυθῶν.
Εὐαίων] Ἡ μακαρία.
295 Εὔμοιροι] Εὔφημοι.
298 Παρθενικαὶ] Ἀπὸ κοινοῦ τὸ φορέουσιν.
299 Ἄρσενες] Οἱ καθαροί.
302 Οὖλος ἐθείραις] Ὁλόκληρος ταῖς θριξί· τουτέστι, λαμπρὸς ταῖς ἀκτῖσιν.

Vſ. 292. εὐαίων] ἡ μακαρία, Schol. Sed non video cur hoc ſignificet in hoc loco: nam adjective ſumi debet, & *beata* ſignificat, ut & in Lavacr. Pallad vſ 117.

Ὀλ ἴσαν ἐρέει σὲ καὶ εὐαίωνα γενέσθαι. A. FABRI.

Vſ. 294. ἵκοντο] Hanc ob cauſſam inſtitutum ait Herodotus l. c. ut poſtea per manus variorum populorum traderentur Deliis.

Vſ. 295. Εὔμοιροι δ' ἐγένοντο, καὶ ἀκλέες ὅποτ' ἐκεῖνοι] Ambo adjectiva quae ſunt in hoc verſu, non junguntur cum ὅποτε ἐγένοντο (alioqui cum εὔμοιροι non ἀκλέες ſed εὐκλέες conveniret: hoc modo, ὅποτε ἐγένοντο εὔμοιροι καὶ εὐκλέες: quod Delo, cujus hic eſt encomium, non laudi ſed dedecori eſſet) ſed cum εὔμοιροι dicendum eſt tantum ἐγένοντο: cum ἀκλέες autem, ὅποτε ἐγένοντο. Diſtinguendum igitur poſt ἐγένοντο. STEPHAN.

Ibid. Εὔμοιροι] Εὔφημοι, Schol. ergo εὔμολποι legit ille; nam εὔμοιροι nunquam ſignificabit εὔφημοι. A. FABRI.

Vſ. 297. Ἤθεα κουράων] Puto intelligere *thalamos puellarum*, in quibus ſervabantur puellae: vel ἤθεα κουράων, pro κόρας, ut *mitis ſapientia Laeli*, pro *Laelius*; *ſententia dia Catonis*, pro *Cato*. A. FABRI.

Ibid. Ἤθεα κουράων μορμύσσεται] Inepte interpres Latinus *mores*, ut alii. In margine libri Ger. fuit στήθεα, quod expreſſit N. Gulonius: *pectora puellarum perterrefacit*. Fruſtra. Nata correctio e non intellecto verbo ἤθεα.

Vſ. 298. Παρθενικαὶ] Si pro παρθενικαὶ reponatur παρθενικαῖς, ſententia multo & clarior erit & aptior: neque nomen ἥλικα mutare oportebit. Intelligemus autem παρθενικαῖς de illis virginibus filiabus Boreae, quarum facta fuit in verſibus proxime praecedentibus mentio. STEPH.

Ibid. — ἰούλων] Servari non poteſt ἰούλω, ſed in ἰούλε aut ἰούλων mutare neceſſe.

Upis & Loxo, & felix aevi Hecaerge,
Filiae Boreae, & mares, qui tum optimi
Juvenum: neque illi retro domum rediere.
Beati autem facti, nec unquam illi inglorii futuri sunt.
Nam Deliades quidem, cum sonorus Hymenaeus
Thalamos puellarum terret, aequaevam comam
Virgines; pueri autem primam lanuginis messem
Juvenibus primitias ferunt.
Asterie odorata, te quidem insulae
Orbe ambiere, & veluti choro circumdedere:
Neque tacitam te, aut sine strepitu pulcher comis
Hespe-

cesse est. pluralem tamen numerum malo: quia verisimile est, quum ἰούλω scriptum esset omissa litera ν, postea temere subscriptum fuisse ι illi ω, ut fieret dativus. Elegantissima certe periphrasi dicit τὸ πρῶτον θέρος ἰούλων, id est, *primam messem lanuginis.* Persequendo autem illum de virginibus illis filiabus Boreae, & de juvenibus qui eas deduxerunt, sermonem, ut ostendat eas nunquam esse ἀκλέας, mentionem facit cujusdam honoris qui inter alios ipsis habeatur: scribens, hoc esse apud Deliacas virgines solenne, ut quum nuptiarum tempus adveniat, ipsae quidem aequaevam comam illis tribus παρθενικαῖς virginibus, at pueri primam lanuginis messem juvenibus seu adolescentibus, qui tres illas virgines deduxerunt, consecrent, offerendo tanquam primitias. Possumus autem fortasse ἥλικα & primaevam interpretari, quanvis aequaevam proprie significet: quod quum aequaeva sit, simul etiam est primaeva. STEPH.

Ibid. ἰούλῳ] Legendum ἰούλου, ut recte Stephanus: aliter enim Ἰούλω erit cognomentum Apollinis. A. FABRI.

Ibid. Παρθενικαὶ —— ἰούλων] MS. Reg. habet παρθενικαῖς & ἰούλων. Dativum non audeo recipere, ut placet Cl. Ruhnkenio Ep. Crit. II. p. 35. illius libri auctoritate. Quia post est ἤϊθέοισι, quod de juvenibus maribus accepere, putarunt hic requiri παρθενικαῖς. Immo respondent παρθενικαὶ & ἄρσενες παῖδες: estque ille nominativus prope necessarius. Contra vs. 299. ex ἠϊθέοισιν factum erat in margine libri Ger. ἠϊθέοιτοι. Sed ἰούλων non dubitavi recipere. Qui deleto jota subscripto ἰούλω correxere, Doricam formam alieno loco obtrudere tentarunt. Si tamen necessarius putetur dativus virginum, quibus primitiae comarum sacrentur, nihil impedit, quo minus ἠϊθέοισιν commune utrisque, virginibus & maribus, dicamus, sicut ἀπαρχόμενοι φορέουσιν. Nam ἤϊθεος commune esse, atque etiam de virginibus dici lexica docent. Add. Strunz. ad Rutgersii Glossar. p. 8.

Vs. 299. Ἄρσενες] Scholiastes interpretatur καθαροί. ita Hym. εἰς λουτρ. Παλλ. vers. 29. ἄρσεν τε κομίσσατε μοῦνον ἔλαιον. interpretatur καθαρὸν, ἄμικτον. VULCAN.

Ibid. ἀπαρχόμενοι] Modus rei hic erat. Ponebantur primitiae istae in sepulcris utrorumque: virginum inclusae fuso, marium herbis. Herodotus tamen tantum de virginibus tradit.

Vs. 300. Θυόεσσα] Male Vulcanius, *divina*: nam est *odora suffitu*, *thure plena.* Homer. Hymn. Apoll. vs. 58.

—— κνίσση δέ τοι ἄσπετος αἰεί.

A. FABRI.

Ibid. Θυόεσσα] Verti *odorata*, plena scilicet odoribus, e multitudine sacrificiorum. Gulonius: *sacris plena*: qua sensum, bene.

Vs. 302. σιωπηλὴν] Sic correxi e MSS.

Ἕσπερος, ἀλλ' αἰεί σε καταβλέπει ἀμφιβόητον.
Οἱ μὲν ὑπαείδουσι νόμον Λυκίοιο γέροντος,
Ὅν τοι ἀπὸ Ξάνθοιο θεοπρόπος ἤγαγεν Ὠλήν·
Αἱ δὲ ποδὶ πλήσσουσι χορήτιδες ἀσφαλὲς οὖδας.
Δὴ τότε καὶ στεφάνοισι βαρύνεται ἱρὸν ἄγαλμα
Κύπριδος ἀρχαίης ἀριήκοον· ἥν ποτε Θησεὺς
Εἵσατο σὺν παίδεσσιν, ὅτε Κρήτηθεν ἀνέπλει.
Οἳ χαλεπὸν μύκημα καὶ ἄγριον υἷα φυγόντες
Πασιφάης, καὶ γναμπτὸν ἕδος σκολιοῦ λαβυρίνθου,
Πότνια, σὸν περὶ βωμὸν ἐγειρομένου κιθαρισμοῦ
Κύκλιον ὠρχήσαντο· χοροῦ δ' ἡγήσατο Θησεύς.

Ἔνθ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

305 Ὠλήν] Ὠλὴν γάρ τις Λύκιος εὗρε τὸν ὕμνον τοῦτον.

308 Ἀριήκοον] Ἀφροδίτης ἱερὸν ἐν Δήλῳ· ὅπερ Θησεὺς ἔκτισε, διὰ τὸ εὐχερῶς τὴν Ἀριάδνην ὀλισθῆσαι εἰς πόθον τοῦ Θησέως, καὶ χειρώσασθαι τὸν Μινώταυρον.

312 Σὸν περὶ βωμὸν] Τοῦτο καὶ Πλάτων ἔφη ἐν τῷ Φαίδωνι.

MSS. meis pro vulgato σιωπαλὴν, quae est forma Dorica, aliena ab Ionica dialecto. Illud est etiam H. in Apoll. 12. Nimis patienter talia feruntur in editis. Similiter etiam sine MSS. correxit Dorismum talem post Barnesium Cl. Valkenarius in Eurip. Phoeniss. vs. 549. ubi vide, & Kingius ibid. 360. duplicem, alii alibi. σιωπηλὴν refertur ad sonum canentium, ἄψοφον ad strepitum saltantium.

Ibid. — οὔτ' ἄψοφον] Post ἄψοφον delenda est stigme, ut dicatur, ἕσπερος καταβλέπει σε οὔτε σιωπαλὴν οὔτ' ἄψοφον, ἀλλ' αἰεὶ ἀμφιβόητον. sed post ἀμφιβάλοιτο aliud interpunctionis genus ponendum fuerit: quum velut ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς dicantur haec, Οὔτε σιωπαλὴν, &c. Conjunguntur autem accusativi σιωπαλὴν & ἄψοφον, referendo σιωπαλὴν ad cantica, ἄψοφον autem ad choreas. q. d. nec strepitu chorearum carentem. Non video autem cur σιωπαλὴν (tanquam Dorico more posito α pro η) potius quam σιωπηλὴν, dicere Callimachus debuerit: & quidem hoc loco potius quam in alio, ubi haec ipsa copulat: nimirum hymno in Apollinem, non procul a principio.

Μήτε σιωπηλὴν κίθαριν μήτ' ἄψοφον ἴχνος
Τοῦ Φοίβου τοὺς παῖδας ἔχειν ἐπιδημήσαντος.

qui locus probat etiam quod de significatione illorum adjectivorum dixi. Steph.

Ibid. οὖλος ἐθείραις Ἕσπερος] Recte Scholiastes interpretatur, ὁλόκληρος ταῖς θριξί. Unde etiam jubar Latinis haec stella dicitur, quod splendor ejus diffundatur in modum jubae leonis, ut ait Festus. Graecis etiam

φαε-

Hesperus videt, sed semper personantem.
Alii quidem succinunt modos Lycii senis,
Quos tibi a Xantho vates adduxit Olen:
Aliae autem saltatrices pede percutiunt stabile solum.
Atque tum etiam coronis gravatur sacrum simulacrum
Veneris antiquae nobile; quod olim Theseus
Dedicavit cum liberis, cum e Creta solvisset.
Qui cum saevum mugitum, ferumque filium effugissent
Pasiphaes, & implicatas curvi labyrinthi sedes,
Diva, tuam circa aram ad citharae cantum
In orbem saltarunt, chorumque duxit Theseus.

Hac

φωσφόρος, Latine lucifer dicitur; Plauto, vesperugo. Hom.

> Ἕσπερος ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ.

Cat.

> *Hespere qui coelo luces jucundior ignis.*

Vulcan.

Vs. 303. Ἕσπερος] Nempe quod ad exortum Hesperi incipiebantur choreae, ut alia sacra. v. H. in Cer. 7. ἀμειβόντον male interpres vulgaris *recantatam:* immo *circumsonantem*, ut bene Gulonius, scil. symphoniis & cantibus.

Vs. 304. ὑπαείδουσι] *Accinunt saltantibus.* De hoc verbo vide Cl. Piersonum Verisim. p. 227. Litera α in ὑπαείδω producitur non sine exemplo alio. Theocrit. Charit. 3. & 4. &c.

Ibid. νόμον] νόμον, id est ὕμνον, *canticum.* Sic Theognis,

> — γίγνονται δ' ἐκτραπέλοισι νόμος.

ubi manifeste νόμος est ὕμνος, *canticum.* Hunc Theognidis versum nemo adhuc assequutus est: legendum enim, ut Pater meus restituit, εὐτραπέλοισι νόμος, *c'est une chanson aux railleurs, urbanis, dicacibus*, γελωτοποιοῖς, Suid. A. Fabri.

Vs. 306. πλήσσουσι] *alterno terram quatiunt pede.* Horat. A Fabri.

Vs. 308. ἀριήκοον] Reprehenditur a Meursio Scholiastes, quod dicit Theseum aedificasse Veneri fanum, quod tam facile Ariadnen in amorem ipse sui pertraxisset, vicissetque Minotaurum, cum tantum sigillum ejus in Delum pertulerit. Vide Meursii librum de Theseo cap. 15. Th. Graev.

Ibid. ἀριήκοον] Male interpres Latinus vulg. *attente audiens.* Pejus Gulonius: *Ariecoon*, tanquam nomen proprium esset. Immo est *celebre, famosum*, ut apud Apoll. Rhod. IV. 1707. Hesychius, apud quem vitiose legitur ἀρίηκος, interpretatur πολυήκοος. Scholiastes Apollonii λίαν εὐήκοος.

Vs. 310. υἷα] MS. Voss. οἶδμα. Alterum in marg.

Vs. 311. σκολιοῦ λαβυρίνθου] MS. Voss. σκολιῆς.

Vs. 313. Κύκλιον ὠρχήσαντο] Hinc in Onomacriti Hymn. in Ven. 21 p 152. κύκλιοι χορείαι, & alibi κύκλιοι χορεί. de quibus choris cycliis diximus etiam ad Xenophontis Memorabilia. Ad locum prolatum h. l. e Luciano v. Cel. Gesneri notam.

Vs.

Ἔνθεν ἀειζάοντα θεωρίδος ἱερὰ Φοίβῳ
Κεκροπίδαι πέμπουσι τοπήϊα νηὸς ἐκείνης.
Ἀστερίη πολύβωμε, πολύλλιτε, τίς δέ σε ναύτης
Ἔμπορος Αἰγαίοιο παρήλυθε νηῒ θεούσῃ;
Οὐχ οὕτω μεγάλοι μιν ἐπιπνείουσιν ἀῆται,
Χρειὼ δ' ὅττι τάχιστον ἄγει πλόον· ἀλλὰ τὰ λαίφη
Ὠκέες ἐστείλαντο καὶ οὐ πάλιν αὖθις ἔβησαν
Πρὶν μέγαν ἢ σέο βωμὸν ὑπὸ πληγῇσιν ἑλίξαι
Ῥησσόμενον, καὶ πρέμνον ὀδακτάσαι ἁγνὸν ἐλαίης,
Χεῖρας ἀποστρέψαντας. ἃ Δηλιὰς εὕρετο νύμφη
Παίγνια κουρίζοντι καὶ Ἀπόλλωνι γελαστύν.

Ἱστίη

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

314 Θεωρίδος ἱερὰ] Τὸ ἑξῆς, θεωρίδος νηός. νῦν τῆς τὰ ἱερὰ φερούσης· κυρίως δὲ θεωρὸς, ὁ τὰ θεοῦ ὤρων, ὅ ἐστι φυλάσσων. ἐκ δὲ τούτου ὁ ἱερεύς.

315 Τοπήϊα] Ὅπλα νεὼς παρὰ Λάκωσι· σχοινία, κάλοι.

321 Βωμὸν ὑπὸ πληγῇσι] Ἐν Δήλῳ περὶ τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἔθος ἦν τρέχειν καὶ τύπτειν τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος μάστιγι, καὶ ἀποδάκνειν ἐξηγκωνισμένους ἐκ τῆς ἐλαίας.

322 Ῥησσόμενον] Πλησσόμενον.
Ὀδακτάσαι] Δράξασθαι, δακεῖν.

Vſ. 314. Ἔνθεν &c.] De hac conſuetudine Athenienſium praeter dicta Spanhemio v. Interpretes ad marmor Sandvicenſe, ut Corſinum V. C. in appendice ad opus de notis Gr. Diſſ. VI. p. 122. De navi (θεωρίδι) Theſei conſervata, & in illa re ſemper uſurpata, eſt locus lectu dignus Plutarchi in Theſeo p. 10. C.

Vſ. 314. θεωρίδος] Schol. Θεωρίδος νηός. νῦν τῆς τὰ ἱερὰ φερούσης· κυρίως δὲ θεωρὸς, ὁ τὰ θεοῦ ὤρων, ὅ ἐστι φυλάσσων, id eſt *curans*: nam ὤρη apud Veteres vel ὥρα, cum leni, eſt *cura*. Itaque θεωροὶ ii erant qui εἰς θεὸν χρησμοῦ ἕνεκα ἦλθον. A. FABRI.

Vſ. 316. τίς δέ σε ναύτης &c.] Hunc locum in animo habuiſſe Statius Silv. III. I. 106. 107. videtur viro docto in Obſ. Miſc. II. p. 229. Mos non praetervehendi loca illuſtris religionis ſine adoratione numinis, antiquiſſimus eſt, cujus veſtigia ſunt etiam apud Hom. Il. Θ. 238. Vide Interpretes ad Sueton. Aug. c. 93.

Vſ. 318. Οὐχ οὕτω μεγάλοι] Similis locus eſt apud Virgil. lib. 3. Aeneid.

Hic tibi ne qua morae fuerint diſpendia tanti,
Quamvis increpitent ſocii, & vi curſus in altum
Vela vocet, poſſisque ſinus implere ſecundos,

Quin

Hac de causa perennia theoridis sacra Phoebo
Cecropidae mittunt, arma navis illius.
Asterie, frequens aris, plena religione, quis tandem te nauta,
Mercator maris Aegaei, transiit nave veloci?
Non adeo magni illi adspirant venti,
Vel cum necessitas maxime urget cursum: sed vela
Celeres subducunt, nec abeunt
Prius, quam aram tuam circuierint verberibus
Discissi, & truncum sanctum oleae momorderint,
Manibus in tergum religatis. Quem Delias reperit Nympha
Lusum & risum Apollini tenero.

O!

Quin adeas vatem, precibusque oracula poscas.
A. Fabri.

Vs. 319. 320. —— ἀλλὰ τὰ λαίφη Ὠκέες ἐστείλαντο] Vela seu carbasa contraxerunt, seu collegerunt. ut Maro dicit, *Colligere arma jubet.* Steph.

Vs. 321. Πρὶν μέγαν ἤ σέο βωμὸν ὑπὸ πληγ.] Vide Hesychium, ubi exponit quid sit Δήλου κακὸς βωμός. Steph.

Ibid. βωμὸν ὑπὸ πληγῆσιν ἑλίξαι Ῥησσόμενον] Benigniores hi erga seipsos erant, qui aram Apollinis flagellabant, quam qui in suum ipsorum tergum saeviebant. quales fortasse erant apud Lacedaemonios μαστιγώσεις ἑορταστικαί de quibus Eustathius Ιλ. β quem morem hodie Hispani retinent, & eos qui annua flagellatione delicta sua expiant, *disciplinantes* vocant. Vulcan.

Ibid. Πρὶν μέγαν &c.] Nullus editorum distinguit post ἑλίξαι, sed hoc verbum omnes cum sequente conjungunt. Sed eruditissimus editor Tibulli, Chr. Gottl. Heynius ad Tib. p. 216. putat, distinguendum post ἑλίξαι. Nam absurdum esse, ῥησσόμενον, cum Scholiaste & Vulcanio, referre ad βωμὸν, cum ii, qui circum aram currerent, religatas post tergum manus haberent. Quod est sane verissimum. Sed nec ad πρέμνον referri potest. Quid enim ῥησσόμενον πρέμνον ἁγνὸν ἐλαίης? Immo evidens est, legendum esse ῥησσόμενοι, scil. ὑπὸ πληγῆσιν, *discissi verberibus*, ut plane Latini: (In ed. Ald. adscriptum ad ῥησσόμενον: *Sic & Ger. Sed est emendandum* ῥησσόμενοι) vel ῥησσομένους, quia in sequenti membro est ἀποστρέψαντας: nisi quis hoc in ἀποστρέψαντες mutare malit. MS. Voss. vitiose habet λισσόμενον. De re vide Interpretes ad Hesychium in Δήλου κακὸς βωμός.

Vs. 323. Χεῖρας ἀποστρέψαντας] Repono ἀποστρέψαντες. Steph

Ibid. χεῖρας ἀποστρέψαντας] Malo retinere ἀποστρέψαντας, quam reponere ἀποστρέψαντες, ut Henricus Stephanus. ut sit sensus, οὐκ ἀπέβησαν, πρὶν αὐτοὺς ἀποστρέψαντας χεῖρας, ὀδακτάσαι, &c. Vulcan.

Vs. 324. —— καὶ Ἀπόλλωνι γελαστύν] Non minus παίγνια quam γελαστὺν referre oportet ad dativum Ἀπόλλωνι. est enim trajecta conjunctio, pro παίγνια καὶ γελαστὺν Ἀπόλλωνι κουρίζοντι· Sic trajicitur a Tibullo conjunctio *que* hoc in versu, *Messalam terra dum sequiturque mari.* Stephan.

Ibid. γελαστύν] Hoc verbum bene ex hoc loco restituit Hesychio Cl. Heringa Observ. p. 211.

Vs. 325.

Ἱστίη ὦ νήσων, εὐέστιε, χαῖρε μὲν αὐτή,
Χαίροι δ' Ἀπόλλων τε, καὶ ἣν ἐλοχεύσατο Λητώ.

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

325 Ἱστίη ὦ νήσων] Ἔστι μὲν κυρίως ὁ βωμὸς ὁ ἐν μέσῳ τοῦ δόμου ἑστώς· ἐπειδὴ οὖν ἡ Δῆλος ἐν μέσῳ τῶν Κυκλάδων ἕστηκε, δοκεῖ ὥσπερ ἑστία τὶς καὶ βωμὸς εἶναι.

Εὐέστιε] Εὔοικε.

V. 325. Ἱστίη] Sive focus, sive Vesta. Delus est in medio insularum: inde dicitur ἑστίη, vel ἱστίη, quae est forma Ionica, unde & Herodot. I. 35. ἐπίστιος pro ἐφέστιος & IV. 35. ἱστιητόριον pro ἑστιατόριον. Sed ipsum ἱστίη est IV. 59. de Vesta, at de foco, laribus, aedibus, ibid. 68. De verbo & quantitate mediae, quae est communis, v. Vann. Crit. p. 311.

Vs. 326. —— καὶ ἣν ἐλοχεύσατο Λητώ] Si χαίροι ad Λητὼ referendum pu-



ΕΙΣ

O! Vesta insularum, pulcherrima sedes, salve tu ipsa,
Salvebit vero & Apollo, & quam peperit Latona.

temus, scribendum erit, καὶ ἣ ἐλοχεύσατο Λητώ. ut salvere jubeatur & Apollo, & mater ejus Latona. Retinendo autem hanc lectionem, salvere jubebitur & Apollo, & cum eo Diana, quam peperit Latona. STEPH.

Ibid. καὶ ἣν ἐλοχεύσατο Λητώ] Pessime Vulcanius qui vertit, *Latona puerpera salve.* vertendum ad verbum, *Salvo, Phoebe, tuque, o Artemi quam Latona peperit.* A. FABRI.



ΕΙΣ ΛΟΥΤΡΑ
ΤΗΣ ΠΑΛΛΑΔΟΣ
ΥΜΝΟΣ.

1 ὍΣΣΑΙ λωτροχόοι τᾶς Παλλάδος, ἔξιτε πᾶσαι,
Ἔξιτε. τᾶν ἵππων ἄρτι Φρυασσομενᾶν
Τᾶν ἱερᾶν ἐσάκουσα, καὶ ἁ θεὸς εὔτυκος ἕρπει·
Σοῦσθέ νυν, ὦ ξανθαί, σοῦσθε Πελασγιάδες.

Οὐ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

1 ὍΣΣΑΙ λωτροχόοι] Ἐν τινι ἡμέρᾳ ὡρισμένῃ ἔθος εἶχον αἱ Ἀργεῖαι γυναῖκες λαμβάνειν τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ τὸ Διομήδους, καὶ ἄγειν ἐπὶ τὸν Ἴναχον, κἀκεῖ ἀπολούειν.

2 Φρυασσομενᾶν] Ποιὸν ἦχον ἀποτελουσῶν.

4 Σοῦσθέ νυν] Ὁρμᾶτε.

Hoc Poëmatium Dorice ſcriptum eſt, quia tunc Argis erat Callimachus: ideoque cuncta illi gratificari volens ejus dialecto utitur: neque enim perpetuo Aegyptum aut Cyrenen incoluit; nam & in Sicilia vixit.

Quemadmodum autem Romani Cybelen Almone, ita Argivi Palladem ad Inachum abluebant, & hocce Feſtum ante diem celebrabatur, ut & pleraque Dearum ſacra, Theocrit. Idyll. 15.

Ἀῶθεν δ' ἄμμες νιν ἅμα δρόσῳ ἀθρόαι ἔξω
Οἰσεῦμες ποτὶ κύματ' ἐπ' ἀϊόνι πτύοντα
Στήθεσι φαινομένοις λιγυρᾶς ἀρξώμεθ' ἀοιδᾶς.

A. Fabri.

Vſ. 2. ἵππων] Deabus ſuus currus erat. Virg.

— hic illius arma,
Hic currus fuit, —

& Horat.

Jam galeam Pallas & aegida,
Currusque & rabiem parat.

A. Fabri.

Ibid. φρυασσομένων] Γαυριώντων, ac fortaſſe χρεμετιζόντων, hinnientium, quod equorum proprium eſt. Vulcan. Equi bellici fere frementes a poëtis deſcribuntur, quia ſtrepitu armorum & fremitu equorum audientes percelluntur, ut teſtatur Suidas: κτύπου τῶν ὅπλων καὶ φρυμαγμοῦ (lege φριμαγμοῦ) τῶν ἵππων κατακούοντες ἐξεπλήσσοντο. Tales equi Palladis fuere, de quibus hic Callimachus; & in Statio lib. 3. Theb. equi Martis, qui Venerem ita compellat,

— Soli cui tanta poteſtas
Divorumque hominumque, meis occurrere telis,
Impune &, media quamvis in caede frementes,
Hos aſſiſtere equos.

& equus a Neptuno editus, de quo Poëta lib. 1. Georg.

— Tuque o, cui prima frementem

Fu-



G. Hoet del. I. v. Vianen fec.



IN LAVACRUM
PALLADIS
HYMNUS

QUOTQUOT lotrices eſtis Palladis, exite omnes,
Exite; equarum jam hinnitum
Sacrarum audivi, & Dea bene ornata incedit.
Properate quaeſo jam, flavae, properate Pelasgides.

Nun-

Furit equûm tellus, magno percuſſa tridente.

Ita in apparatu belli lib. 7. Aeneid.

Hic galeam tectis trepidus rapit, ille frementes
Ad juga cogit equos.

Plura qui deſiderat exempla, adeat Cl. Bochartum tom. I. de animalibus S. Scripturae pag. 127. cui haec debentur. TH. GRAEV.

Ibid. φρυασσομέναν] MSS. Ambr. φρυασσομένων. Voſſ. ἔτι φρυασσομένων. Sed illi codices ſaepe Doricam dialectum in vulgarem aut Ionicam mutant. (v. praefat.) Sed etiamſi feminini generis ſunt articulus & attributa ἵππων, tamen intelligendi ſunt equi mares, qualibus Pallas uſa eſt. v. Valer. Flacc. V. 184. Nam Graecos libentius genere feminino uti in hoc verbo, etiam ſine reſpectu ad genus animalis, ut in κύων, notiſſimum eſt. Genere feminino etiam utitur Statius Theb. II. 724. ubi tamen quidam codices genus maſculinum habent. Similis varietas eſt in equis Diomedis. v. Heinſius ad Ovid. Heroid. VIII. 67. Ceterum hunc locum imitatus eſt auctor epigrammatis editi a Dorvillio ad Charit. p. 158. ubi tamen eſt φρυασσομένων.

Vſ. 3. καὶ ἁ θεὸς εὔτυκος ἕρπει] Ponitur εὔτυκος pro εὔτυκτος: aut certe eſt a τύκος, unde & τυκίζω. Videtur autem ſignificari *bene ornata*. STEPHAN

Ibid. εὔτυκος] Fortaſſe legendum ſit εὔτεκος, *bene genita*, ſcilicet e cerebro patris: aut explica εὔτυκος, *bene parata, bene compoſita, bene ornata*: ita & apud Theocrit Idyll. 24.

Ἀλλὰ γύναι πῦρ μέντοι ὑπὸ σποδῷ εὔτυκον ἔσω.

A. FABRI.

Ibid. εὔτυκος] MSS. Ambr. Reg. Voſſ. εὔτυκτος. De verbo εὔτυκος praeter Spanhemium v. Interpretes Heſychii in h. v.

Ibid. ἕρπει] Vox Doribus de inceſſu uſitata. Theocr. I. 105. &c. Marmor. Oxon. 3. Caſaub. ad Athen. p. 64. 417. Reſpicitur tamen hoc quidem in loco etiam ad tarditatem & gravitatem inceſſus, quae Deae convenit. v. Graev. ad Cic. ad Attic. V. 2.

Vſ. 4. Σοῦσθε] Σόεσθε, ὁρμᾶτε. verbum celeritati accommodatum. VULCAN.

Ibid. Σοῦσθέ νυν] Ὁρμᾶτε, a σέω, παρακινῶ. σοῦσο, ἴθι, ὅρμα, ἔρχου, πορεύου. σοῦται, ἔρχεται, πορεύεται. σόομεν, ὁρμῶμεν. Νυν inclinativa particula, quare haec legenda ſunt καθ' ὁμαλισμὸν, ut ſcilicet nec attollatur ſyllaba, nec deprimatur: ſignificat autem δὴ Sic apud Theocrit.

Οὐδαμά νυν συνέβα τοι ἀγρυπνῆσαι δι' ἔρωτα. A. FABRI.

Ibid.

Οὔ ποκ' Ἀθαναία μεγάλως ἀπενίψατο πάχεις,
Πρὶν κόνιν ἱππείαν ἐξελάσαι λαγόνων·
Οὐδ' ὅκα δὴ λύθρῳ πεπαλαγμένα πάντα φέροισα
Τεύχεα τῶν ἀδίκων ἦνθ' ἀπὸ γηγενέων.
Ἀλλὰ πολὺ πράτιστον ὑφ' ἅρματος αὐχένας ἵππων
Λυσαμένα, παγαῖς ἔκλυσεν Ὠκεανῶ
Ἱδρῶ καὶ ῥαθάμιγγας· ἐφοίβασεν δὲ παγέντα
Πάντα χαλινοφάγων ἀφρὸν ἀπὸ στομάτων.
Ὦ ἴτ' Ἀχαιϊάδες· καὶ μὴ μύρα, μηδ' ἀλαβάστρως,
(Συρίγγων ἀΐω φθόγγον ὑπαξονίων)

Μὴ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

5 Ἀπενίψατο πάχεις] Ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον.
8 Γηγενέων] Τῶν γιγάντων.
11 Ἐφοίβασεν] Ἐκάθηρεν.
13 Μηδ' ἀλαβάστρως] Ἀπὸ κοινοῦ τὸ οἴσατε.
14 Συρίγγων] Τῶν χοινικίδων.

Ibid. Σοῦσθέ νυν] Hac ipsa forma usus est verbo Sophocles, auctore Eustathio T. I. p. 62. 63. T. III. p. 1192. init. quem de hac voce adi. Locus Sophoclis est in Ajace 1429. σούσθω, βάτω. Schol. σούσθω, παρακινείσθω. Add. Spanhem. ad h. l. Ed. Polit. ξοῦσθε.

Vs. 5. Οὔ ποκ'] Ed. pr. οὔπογ'. unde Ald. fecit οὔποτ'. quod etiam in MS. Voss.

Vs. 6. λαγόνων] Λαγὼν proprie dicitur lateris cavitas laxior, & exossis. Ilia Latini dicunt. παρὰ τὸ λήγειν ἐκεῖ τὰ ὀστώδη πλευρὰ, ut vult Eustathius. MEURS.

Vs. 7. λύθρῳ πεπαλαγμένα] Proprie. Est enim λύθρον cruor pulvere perfusus. Aspersa enim Palladis arma recenti Gigantum caede describit, in qua bonam Jovi operam navavit. Horatius,

Quid Rhoecus, evulsisque truncis
Enceladus jaculator audax,
Contra sonantem Palladis aegida
Possent ruentes? VULCAN.

Etymologicum ineditum: Λύθρος ἡ ἀκαθαρσία. κυρίως δὲ τὸ μετὰ κόνεως αἷμα. παρὰ τὸ λύματος καὶ καθάρματος δεῖσθαι. TH. GRAEV.

Ibid. δὴ λύθρῳ] MS. Voss. νυν λεύθρῳ. Forma λύθρῳ πεπαλαγμένος est Homerica. v. Il. Z. 268. Λ. 169. quam imitatur Pseudo-Orph. Argon. 1233.

Vs. 9. αὐχένας ἵππων] *Equum fumantia solvere colla.* Virgilius. A. FABRI.

Vs. 10. Λυσσαμένα] Nihil est necesse geminare literam σ, in hac voce. & recte in alio hujus hymni loco non geminatur hac in editione, sicut in aliis. STEPH.

Ibid. Λυσαμένα] Sic MS. Voss. & Polit. quos secutus sum. Nemo sibilam in hoc verbo duplicavit, nec est necesse. Sed librarii propter inscitiam prosodiae centies consonantes temere vel duplicarunt vel eliserunt. Λυσσαμένα infra vs. 70. pariter editiones veteres usque ad Froben. At MSS. mei & ceterae editiones λυσαμένα.

Vs. 11.

Nunquam Minerva divinos lavit lacertos
  Ante, quam pulverem equinis deterſerit iliis:
Ne tum quidem, cum cruore foedata omnia ferens
  Arma ab impiis rediit gigantibus.
Sed relictis omnibus a jugo colla equorum
  Solvit, & fontibus abluit Oceani
Sudorem ſtillantem, purgavitque craſſum
  Omnem frena mordente ſpumam ab rictu.
O! ite Achaides, neve unguenta, aut alabaſtra
  (Modiolorum audio crepitum axes continentium)

Ne

Vſ. 11. *ῥαθάμιγγας*] τὴν ἐξ ἵππων κονιορτόν. VULCAN.

Ibid. *ἐφοίβασεν*] A *φοιβάω*, quod *luſtro*, *purgo*, non autem a *φοιβάζω*, quod plane diverſa ſignificat. Sic Theocrit XVII. 134.

> *Χεῖρας φοιβήσασα μύροις ἔτι παρθένος Ἶρις.*

A. FABRI.

Ibid. *ἐφοίβασεν*] Recte Daceria reprehendit, qui a *φοιβάζω* ducunt, quod fit in lexicis vulgaribus. Sed non reprehendendi erant propter eam, quam dicit, cauſſam. Neque enim dubitari debet, quin *φοιβάζω* idem ſignificare poſſit quod *φοιβάω* per analogiam linguae. Sed quantitas diverſa ſyllabarum in verbis puris & impuris docet, *ἐφοίβασεν* eſſe a *φοιβάω*. Nam ſi eſſet a *φοιβάζω*, penultima eſſet brevis. Apud Theocritum ſcripſerim *φοιβάσασα*. Verbo *φοιβᾶν* uſus eſt etiam Apollon. Rhod. II. 302. ubi vid. Schol.

Vſ. 12. *χαλινοφάγων ἀφρὸν ἀπὸ στομάτων*] Epitheti vim explicat Virgilius,

> *Stat ſonipes, & frena ferox ſpumantia mandit.*

Apollon. lib. 4.

> —— *ἀργινόεντα δ' ἐπὶ στομάτεσσι χαλινὰ*
> *Ἀμφὶς ὀδακτάζοντι παραβλήδην κροτέονται.*

Nicand. Alexiph. *παραφρίζει δὲ χαλινοῖς*. & Calab. 4. *χαλινὰ γενειάσιν ἀφρίζοντες δάπτον*. Plutarchus lib. *περὶ τύχης*: *ἕνα μέν τοι φασὶν ἵππον ζωγραφοῦντα τοῖς μὲν ἄλλοις κατορθοῦν εἴδεσι καὶ χρώμασι, τοῦ δὲ ἀφροῦ τὴν παρὰ τῷ χαλινῷ κοπτομένην χαυνότητα καὶ συνεκπίπτουσαν τῷ ἄσθματι μὴ ἀρέσκειν ἐπ' αὐτῷ γράφοντα, πολλάκις οὖν ἐξαλείφειν, τέλος δὲ ὑπ' ὀργῆς προβαλεῖν τῷ πίνακι τὸν σπόγγον ὥσπερ εἶχε τῶν φαρμάκων ἀνάπλεων. τὸν δὲ προσπεσόντα θαυμαστῶς ἐναπομάξαι καὶ ποιῆσαι τὸ δέον, τοῦτο ἐντεχνον τύχης μόνον ἔργον ἱστορεῖται.* Ex quo conſtat, pictores ſpumam circa frenum, tanquam generoſi equi ſpecimen, arte & fortuna imitari ac repraeſentare ſolitos. quod ipſum Callimachus per ſpumantes Palladis equos ob oculos ponit. VULCAN.

Vſ. 13. *ἀλαβάστρως*] Ἀλάβαστρον & ἀλάβαστρος vaſculum lapideum vel vitreum, in quo unguenta conduntur, *μυροθήκη*. VULCAN.

Ibid. *ἀλαβάστρως*] *unguenta in ſacris.* Theocrit. in Adonidis feſto.

> *Παρ' δ' ἁπαλοὶ κᾶποι πεφυλαγμένοι ἐν ταλαρίσκοις*
> *Ἀργυρέοις, Συρίῳ δὲ μύρῳ χρύσε' ἀλάβαστρα.*

nam & dicitur *ἀλάβαστρος* & *ἀλάβαστρον*. A. FABRI.

Vſ. 14. *Συριγγῶν ἀίω φθόγγον ὑπαξονίων*] Vide quae ſupra annotata ſunt hymn. in Apollinem verſ. 3. VULCAN.

Ibid. *Συριγγῶν*] *χοινικίδων*, *modiolorum.* Theocrit.

> —— *καὶ περὶ νύσσαν*
> *Ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχῷ σύριγγα φυλάξαι.*

A. FABRI.

Ibid. *Συριγγῶν ἀίω*] Hoc per enthuſiasmum dicitur, cui ſimilis eſt apud Aeſchylum S. c. Theb. 211. Muſaeum 5. Claudianum R. P. 7. &c.

Μὴ μύρα λωτροχόοι τᾷ Παλλάδι, μηδ' ἀλαβάστρως
(Οὐ γὰρ Ἀθαναία χρίματα μικτὰ φιλεῖ)
Οἴσετε, μηδὲ κάτοπτριν. ἀεὶ καλὸν ὄμμα τὸ τήνας.
Οὐδ' ὄκα τὰν Ἴδαν Φρὺξ ἐδίκαζεν ἔριν,
Οὐδ' ἐς ὀρείχαλκον μεγάλα θεὸς, οὐδὲ Σιμοῦντος
Ἔβλεψεν δίναν ἐς διαφαινομέναν·
Οὐδ' Ἥρα· Κύπρις δὲ διαυγέα χαλκὸν ἑλοῖσα,
Πολλάκι τὰν αὐτὰν δὶς μετέθηκε κόμαν·
Ἁ δὲ, δὶς ἑξήκοντα διαθρέξασα διαύλως,
Οἷα παρ' Εὐρώτᾳ τοὶ Λακεδαιμόνιοι

Ἀστέ-

Σ Χ Ο Λ Ι Α   Π Α Λ Α Ι Α.

15 Ἀλαβάστρως] Τὰς μυροθήκας.
24 Παρ' Εὐρώτᾳ] Ποταμὸς Λακεδαιμονίας.
Τοὶ Λακεδαιμόνιοι] Οἱ Διόσκουροι.

&c. Politianus, ὑπαξόνιον, quod est magis poeticum; sed vulgatum praefero.

Vs. 17. κάτοπτριν] MS. Voss. κάτεπτρον, ut scribi voluit Spanhem.

Ibid. ἀεὶ καλὸν ὄμμα τὸ τήνας] Semper illa pulcra, scilicet sua sponte, quippe Dea. Pars pulcritudinis ponitur pro universa. Et erat haec periphrasis apta hoc loco, & nota Minervae epitheta, εὐῶπις, γλαυκῶπις &c. De hac periphrasi pulcritudinis per ὄμμα agit bene Stanlejus ad Aeschyl. Pers. 428. p. 768. a. ubi hunc locum non praetermisit. Add. Cl. Valkenar. ad Euripid. Phoeniss. p. 152. 153. Sed quod Stanlejus ridet interpretes vertentes: *semper oculus ejus pulcer:* in eo mitius sentiam. Quidni enim Latinis quoque liceat pulcritudinem Minervae aut cujuscumque per oculum περιφράζειν. Virgil. Aen. 1. 591. de Aenea: mater *laetos oculis afflarat honores.*

Vs. 18. ὄκα τὰν Ἴδαν —— ἔριν] Rich. Bentlejus egregie & verissime corrigit τὰν Ἴδᾳ ἔριν, & exemplis illustrat. Probat Cel. Hemsterhusius ad Luciani T. 1. p. 252. Sic Eurip. Androm. 437. 438. Ἦ ταῦτ' ἐν ὑμῖν τοῖς παρ' Εὐρώτᾳ σοφά; Καὶ τοῖς γε Τροίᾳ; *& Trojanis.* cf. 462. Politianus edidit porro ἐδίκασσεν.

Vs. 19. ἐς ὀρείχαλκον] Orichalcum est aeris genus, quod flavum & auro concolor ars reddebat, admixta cadmia. Non enim fuit naturale, sed artificiale. Hinc optime illam doctorum concertationem, non esse, aut esse, aut fuisse, nec amplius esse contendentium, explicavit magnus ille Salmasius in exercitationibus de homonymis hyles iatricae cap. CXXII. Antiquissimis Graecorum & Romanorum temporibus, uti hic constat ex Callimacho, cum nondum luxu deperditi essent, laudatissima speculorum materia erat orichalcum; postea vero argentea facta sunt specula crescente luxu populorum. Plin. lib. XXXII. c. 9. *Ut omnia de speculis agantur hoc loco, optima*

Ne unguenta Palladi, neve alabaſtra
 (Non enim Minerva mixta unguenta amat)
Ferte, neve ſpeculum. Semper pulchra lumina illius.
 Nec quando in Ida Phryx judicavit litem,
Vel orichalcum magna Dea, vel Simoentis
 Inſpexit vortices pellucidos:
Nec Juno. Venus autem nitidum aes capiens,
 Saepe eandem bis aliter diſpoſuit comam.
Ipſa autem bis ſexaginta emenſa diaulos,
 Sicut ad Eurotam Lacedaemonia

Side

tima apud majores fuerant Brunduſina, ſtanno & aere miſtis. Praelata ſunt argentea. Primus fecit Praxiteles Magni Pompeji aetate. Th. Graev.

Vſ. 19. 20. οὐδὲ Σιμοῦντος Ἔβλεψεν] Reddit enim etiam aqua & repraeſentat intuentis formam, inſtar ſpeculi. Theocritus,

 Ἦ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον, ἦν δὲ γαλάνα.

Virgil.

 Nuper me in littore vidi,
 Cum placidum ventis ſtaret mare.

Vulcan.

Ibid. οὐδὲ Σιμοῦντος Ἔβλεψεν δίναν] Apud veteres, paſtores & dii agreſtes ſaepiſſime introducuntur in fluminibus ſe, ſpeculorum vice, contemplari. Ovid. Metamorph. 13.

 Certe ego me novi, liquidaeque in imagine vidi
 Nuper aquae, placuitque mihi mea forma videnti.

Nemeſianus Eclog. II.

 Quin etiam fontis ſpeculo me mane notavi.

Duo autem apud veteres ſpeculorum erant genera, quae *Uda* & *Suda* vocat Apulejus in Apologia: quae utraque hic complectitur Callimachus. Meurs.

Vſ. 20. διαφαινόμεναν] Ambr. Voſſ. Polit. διαφαινομένην. Mox Ed. Ald. ἔβλαψεν, vitioſe.

Vſ. 21. Οὐδ' Ἥρη &c.] In toto h. l. de Minervae uſitato more lavandi, ungendi & pectendi comas habuit ante oculos locum Homeri de Junone; quod etiam mentio Junonis arguit, Iliad. Ξ. 170 — 177.

Ibid. χαλκὸν] Ex aere ſpecula fiebant, ut & hodie, item ex argento: Plaut. in Moſella:

 Ut ſpeculum tenuiſti, metuo ne oleant argentum
 Manus.

A. Fabri.

Vſ. 22 Πολλάκι &c.] Imitatur Tibullus I. 9. 10. *Saepeque mutatas diſpoſuiſſe comas.* ut vidit vir doctus in Obſ. Miſc. V. p. 262. MS. Voſſ. τὰν αὐτᾶς.

Vſ. 23. διαύλως] δίαυλος *duplex ſtadium*, eundo ſcilicet & redeundo. Sunt autem certaminum genera octo: ςάδιον, *centum & viginti quinque paſſuum;* δίαυλος *duplex ſtadium, ducentorum quinquaginta paſſuum.* Δόλιχος, *ſtadia duodecim*, vel, ut vult Suidas, *viginti quatuor.* Ὁπλίτης, ὁπλιτόδρομος, *eorum qui armati curſu certabant.* Πυγμὴ, παγκράτιον, quod ſuperiora complectitur, ut alicubi docet Plato. Πάλη, καὶ ἅλμα. Vulgo tamen ad quinque referuntur; quae in unum verſum conjecit Simonides,

 Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

id autem continebat quinquertium ſeu Pentathlon. A. Fabri.

Ἀςέρες, ἐμπεράμως ἐτρίψατο λιτὰ λαβοῖσα
Χρίματα, τᾶς ἰδίας ἔκγονα φυταλιᾶς.
Ὦ κῶραι, τὸ δ' ἔρευθος ἀνέδραμε, πρώϊον οἵαν
Ἢ ῥόδον ἢ σίβδας κόκκος ἔχει χροιάν.
Τῷ καὶ νῦν ἄρσεν τι κομίσσατε μῶνον ἔλαιον,
Ὧι Κάστωρ, ᾧ καὶ χρίεται Ἡρακλέης·
Οἴσετε καὶ κτένα οἱ παγχρύσεον. ὡς ἀπὸ χαίταν
Πέξηται, λιπαρὸν σμασαμένα πλόκαμον.
Ἔξιθ' Ἀθαναία· πάρεστί τοι καταθύμιος ἴλα,
Παρθενικαὶ μεγάλων παῖδες Ἀκεστοριδᾶν.
Ὦ Ἀθάνα, φέρεται δὲ καὶ ἁ Διομήδεος ἀσπὶς,
Ὡς ἔθος Ἀργείων τοῦτο παλαιότερον

Εὐ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

25 Ἐμπεράμως] Ἐμπείρως.
Λιτὰ λαβοῖσα] Ἀσκεύαστα, ἄμικτα.
29 Ἄρσεν τε] Ἤτοι καθαρὸν, ἄμικτον.
33 Ἴλα] Ἡ τῶν νυμφῶν φρατρία καὶ ἄθροισις.
34 Ἀκεστοριδᾶν] Ἀκεστορίδαι, φυλὴ ἐπίσημος ἐν Ἄργει.

Vſ. 25. Ἀςέρες] *Sic fratres Helenae, lucida ſidera.* Horat. A. Fabri.

Ibid. ἐμπεράμως] ἐμπείρως, Schol. Heſychius, ἐμπέραμον, ἔμπειρον. explicarem *ſixo more*, vel *celeriter, alacriter.* A. Fabri.

Ibid. λιτὰ] *ſimplicia* tantum. Sic Horat.

Simplici myrto nihil allabores.

& bene Scholiaſtes exponit ἄμικτα. A. Fabri.

Ibid. λαβοῖσα] Ger. & editt. Ald. Vaſc. Froben. Benenat. βαλοῖσα.

Vſ. 26. Χρίματα] Draco Stratoniceus profert hunc locum ita, ut χρίσματα in ſuo libro habuiſſe videatur. Liber Ger. in margine habuit τὰν ἰδίαν. An fuit in libro vetere, τᾶν ἰδιᾶν ἔκγονα φυταλιᾶν?

Ibid. τᾶς ἰδίας ἔκγονα φυταλιᾶς] Φυταλιὰ, ut ait Euſtathius, eſt terra plantas ſeu ſtirpes ferens. Homerus conjungit cum ἀρούρα. Dicitur autem φυταλιὰ quoque pars poſtrema hiemis, quod eo tempore inſitiones potiſſimum fiant. Veteres enim hiemem in tres partes dividebant, ac primam σπορητὸν, ſecundam χειμῶνα, tertiam φυταλιὰν appellabant. Hoc autem loco eſt circumſcriptio oleae, quae Minervae eſt ſacra, ut teſtis eſt Plinius lib. 12. Th. Graev.

Vſ. 27. —— ἀνέδραμε πρώϊον] Politianus πρώϊον jungit cum ſequentibus. id eſt, ad ſequentia refert. Ita enim hunc locum vertit,

O puerae, emicuit rubor illico, matutina
Quem roſa, quem grano Punica mala ferunt.

Ac malim certe cum hac in re ſequi, quam πρωϊον cum ἔρευθος jungere: ut interpunctio quae eſt poſt πρώϊον, ponatur poſt ἀνέδραμε. Steph.

Ibid.

Sidera, apte intrivit purum
  Oleum, ſua natum ab arbore.
O puellae, at rubor ei ſuffuſus eſt, matutina qualem
  Aut roſa, aut punici mali granum habet colorem.
Igitur & nunc maſculum modo ferte oleum,
  Quo Caſtor & quo ungitur Hercules.
Ferte etiam pectinem aureum, ut comam
  Depectat, nitidumque detergat cincinnum.
Exi Minerva: adeſt tibi grata turba,
  Virgines, magnorum filiae Aceſtoridarum.
O! Minerva, fertur etiam Diomedis clypeus,
  De more Argivorum antiquo,

Quem

Ibid. πρώϊον] Miror peritiſſimum & omni laude majorem Politianum τὸ πρώϊον ad ῥόδον retuliſſe, cum ad ἔρευθος referendum ſit. Deſcribit enim ortum diei, quia ſcilicet circa crepuſculum matutinum haec ſacra fiebant, ut & Adonia, quod ſupra praefata ſum. Dicit igitur, O Puellae, matutinus rubor coelum occupat, τῶ καὶ νῦν. Quapropter illi nunc, antequam ſcilicet tempus matutinum abeat, ferte oleum quo mares unguntur. A. FABRI.

Ibid. ἀνέδραμε, πρώϊον οἷαν] Sic interpungit MS. Reg. Sic habuit & vertit Politianus: quamquam in Graecis Politiani, ut apud Aſcenſium edita ſunt, interpungitur, ut in vulgatis, poſt πρώϊον. Miror Dacieriam, Spanhemium, & Arnaldum Animadv. p. 76. vulgatam interpunctionem defendere. Ἔρευθος πρώϊον ſenſum nullum commodum habet. Nam ſi ad auroram referas, ut facit Spanhemius, articulus τὸ abeſſe debet, ἀνέδραμε αὐτῇ ἔρευθος πρώϊον: nec ἔρευθος πρώϊον, *matutinus rubor*, ſimpliciter pro aurora dici poteſt, ſed ἔρευθος οὐρανοῦ: at ῥόδον πρώϊον, *matutina roſa*, optime dicitur, recentis & vigentis coloris, nondum a ſole fracti. Pro χροιὰν MSS. Ambr. Voſſ. Edd. vett. χροιὴν, item Polit. & ante edd. οἴην, MS. Voſſ. οἷον. Mox pro μῆνον Doriſmus deſiderat μᾶνον.

Vſ. 29. —ἄρσεν τε κομίσσατε μόνον ἔλαιον] Non video cur interpres ἄρσεν expoſuerit καθαρὸν & ἄμικτον. quum manifeſtum ſit ἄρσεν (id eſt maſculum) vocari quod virile eſt, & *mares animos* (ut loquutus eſt Horatius) decet: quum contra unguenta eos omnino dedeceant. Verum καθαρὸν & ἄμικτον quum dixit ſcholiaſtes, ad ſignificationem vocis ἄρσεν non reſpexit, ſed fortaſſe intellexit, id quod ἄρσεν vocatur, debere eſſe καθαρὸν & ἄμικτον, id eſt, cui nihil unguenti eſſet admixtum. STEPH.

Vſ. 31. χαίταν] MSS. Ambr. Voſſ. χαίτης, tanquam a praepoſitione ἀπὸ regeretur. Vitioſe. Mox vſ. 33. pro ἴλα Voſſ. ἕδρα.

Vſ. 32. σμασαμένα] σμάω, id eſt σμήχω, ῥύπτω, καθαίρω, *purgo*, *expurgo*. A. FABRI.

Vſ. 33. ἴλα] *turma*, *coetus puellarum*, Schol. unde ἰλαδὸν, *turmatim*. A. FABRI.

Ibid. ἴλα] Ἴλη eſt proprie vocabulum militare, & ſignificat turmam equitum ſexaginta quatuor. Interdum vero accipitur pro qualibet turba. TH. GRAEV.

Vſ. 36. Ὡς ἔθος Ἀργείων] Sic ſcripti & editi. Sed vir doctus in margine Aldinae notat in libro Ger. eandem quidem lectionem, ſed correctam in Ἀργείως fuiſſe: quod mihi valde arridet. Eumedes olim hunc ritum docuit Argivos. Ed. Ald. vitioſe, παλλιέτιον.

 Vſ. 37.

Εὐμήδης ἐδίδαξε, τεῒν κεχαρισμένος ἱρεύς·
Ὅς ποτε βουλευτὸν γνοὺς ἐπί οἱ θάνατον
Δᾶμον ἑτοιμάζοντα, φυγᾷ τεὸν ἱρὸν ἄγαλμα
Ὤιχετ' ἔχων, Κρεῖον δ' εἰς ὄρος ᾠκίσατο·
Κρεῖον ὄρος· σὲ δὲ, δαῖμον, ἀπορρώγεσσιν ἔθηκεν
Ἐν πέτραις, αἷς νῦν οὔνομα Παλλατίδες.
Ἔξιθ' Ἀθαναία περσέπτολι, χρυσεοπήληξ,
Ἵππων καὶ σακέων ἁδομένα πατάγῳ.
Σάμερον ὑδροφόροι μὴ βάπτετε· σάμερον Ἄργος
Πίνετ' ἀπὸ κρανᾶν, μὴ δ' ἀπὸ τῶ ποταμῶ.
Σάμερον αἱ δῶλαι τὰς κάλπιδας ἢ 'ς Φυσάδειαν,
Ἢ ἐς Ἀμυμώνην οἴσετε τὰν Δαναῶ.
Καὶ γὰρ δὴ χρυσῷ τε καὶ ἄνθεσιν ὕδατα μίξας
Ἥξει φορβαίων Ἴναχος ἐξ ὀρέων,
Τᾷ 'θάνᾳ τὸ λοετρὸν ἄγων καλόν. ἀλλὰ, Πελασγὲ,
Φράζεο, μ' οὐκ ἐθέλων τὰν βασίλειαν ἴδῃς.
Ὅς κεν ἴδῃ γυμνὰν τὰν Παλλάδα τὰν πολιοῦχον,
Τὦργος ἐσοψεῖται τοῦτο πανυστάτιον.
Πότνι' Ἀθαναία, σὺ μὲν ἔξιθι· μέσφα δ' ἐγώ τι
Ταῖσδ' ἐρέω. μῦθος δ' οὐκ ἐμὸς, ἀλλ' ἑτέρων.

Παῖ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

37 Εὐμήδης ἐδίδαξε] Ποτὲ τῶν Ἡρακλειδῶν ἐλθόντων κατὰ τῶν Ὀρεστιαδῶν, Εὐμήδης ἱερεὺς τῆς Ἀθηνᾶς ὑπενοήθη ὑπὸ τῶν Ἀργείων ὡς βουλόμενος προδοῦναι τὸ παλλάδιον τοῖς Ἡρακλείδαις. φοβηθεὶς οὖν ὁ Εὐμήδης ἔλαβε τὸ παλλάδιον, καὶ παρεγένετο εἰς ὄρος τὸ καλούμενον Ἴφειον.

41 Κρεῖον δ' εἰς ὄρος] Ὄρος Ἄργους.

Ἀπορρώγεσσιν] Ἐν πέτραις ἐρρηγμέναις.

42 Οὔνομα Παλλατίδες] Οὕτω γὰρ καλοῦνται ἀπὸ τοῦ Παλλαδίου.

47 Ἢ 'ς Φυσάδειαν] Φυσάδεια καὶ Ἀμυμώνη, θυγατέρες Δαναοῦ. ὅθεν τὴν ὀνομασίαν ἔσχον αἱ κρῆναι.

Vs. 37. κεχαρισμένος] Non video quid in mentem venerit Politiano, qui vertit *meditans tibi grata*. cum vertendum sit *tibi gratissimus*, ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ centies apud Homerum. A. Fabri.

Vs. 40. Κρεῖον δ' εἰς ὄρος] Κρεῖος Argiae mons: & error est apud Scho-

Quem Eumedes instituit, gratus tibi sacerdos:
Qui olim decretam sibi cum cognosset mortem
Populum parare, fuga sacrum tuum simulacrum
Abiit ferens, inque Creum montem commigravit,
Creum montem: teque, Diva, abruptis collocavit
In saxis, queis nunc nomen est Pallatidum.
Exi Minerva, urbium vastatrix, auro galeata,
Equorum & scutorum gaudens strepitu.
Hodie aquariae ne haurite flumine: hodie Argos
Bibit e fontibus, non e fluminibus.
Hodie, servae, urnas aut in Physadeam
Aut in Amymonem ferte Danai filiam.
Etenim auro & floribus miscens aquas
Veniet pascuis Inachus a montibus,
Minervaeque pulcrum vehet lavacrum. Sed, Pelasge,
Vide, ne vel nolens reginam adspicias.
Quicunque viderit nudam Pallada, arcis praesidem,
Argos videbit hacce die postremum.
Diva Minerva, tu quidem exi; interea ego aliquid
Hisce dicam. Nec meus hic sermo est, sed aliorum.
Vir-

Scholiastem, ut opinor, ubi legitur, *παρεγένετο εἰς ὄρος τὸ καλέμενον ἴρειον.* Repone Κρεῖον. A. FABRI.

Vs. 41. Κρεῖον ὄρος] Postea Παλλατίδες πέτραι dici coeperunt, nimirum ἀπὸ τῆς Παλλάδος. Meminit etiam Euripides in Hippolyto. TH. GRAEV.

Vs. 45. *μὴ βάπτετε*] Intellige κάλπιδας εἰς Ἴναχον.

Vs. 47. Φυσάδειαν] Nullam hujus mentionem fieri, ait Spanhemius, inter Danai filias. Sed nec Callimachi verba innuunt nomen hujus fontis ductum de filia Danai. Ipsum nomen Φυσαδείας in fragmento Euphorionis, apud Steph. Byz. in Ἄσβωτος, deprehendit acumen Cel. Ruhnkenii, in quo est καλὰ νάοντα φυγάδεια, pro quo haud dubie legendum Φυσάδεια. Polit. ἐς pro ἃ ς.

Vs. 49. *χευσῷ*] Quia forte stipem ea die in fluvium projiciebant Argivi, A. FAB. Vix verosimile hoc est, sed potius credendum arenam habuisse Amymonen, cui non nihil auri fuerit admixtum, qualis balux in plerisque omnibus invenitur fluviis, in aliis majore copia, ut olim in Pactolo, Tago, hodie in Africae regionibus, praecipue in illa, quae Guinea dicitur, & ora aurifera, in aliis minore. TH. GRAEV.

Vs. 50. φορβαίων ὀρέων] *e montibus pabulo laetis, pascuis abundantibus.* A. FABRI.

Vs. 52. *μ' οὐκ ἐθέλων*] Arnaldus mavult scribi *μὴ οὐκ*, & per synizesin in unam syllabam contrahi, ut apud Homerum ἢ οὐχ, & alia, ne longa vocalis elidatur. Sed elisionis ejus exempla jam supra vidimus.

Vs. 53. *τὰν πολιοῦχον*] v. dicta ad H. in Jov. 82.

Vs. 54. *ὀψεῖται πανυστάτιον*] *postremum videbit.* Terent. in Andria,

Nunc postremum me vides.

A. FABRI.

Παῖδες. Ἀθαναία νύμφαν μίαν ἔν ποκα Θήβαις
Πουλύ τι καὶ πέρι δὴ φίλατο τᾶν ἑταρᾶν,
Ματέρα Τειρεσίαο, καὶ οὔποκα χωρὶς ἔγεντο·
Ἀλλὰ καὶ ἀρχαίων εὖτ' ἐπὶ Θεσπιέων,
Ἢ 'πὶ Κορωνείας, ἢ εἰς Ἁλίαρτον ἐλαύνοι
Ἵππως, Βοιωτῶν ἔργα διερχομένα,
Ἢ 'πὶ Κορωνείας, ἵνα οἱ τεθυωμένον ἄλσος,
Καὶ βωμοὶ ποταμῷ κεῖντ' ἐπὶ Κουραλίῳ·
Πολλάκις ἁ δαίμων μιν ἑῷ ἐπεβάσατο δίφρῳ,
Οὐδ' ὄαροι νυμφᾶν, οὐδὲ χοροστασίαι
Ἁδεῖαι τελέθεσκον, ὅτ' οὐχ ἁγεῖτο Χαρικλώ.
Ἀλλ' ἔτι καὶ τήναν δάκρυα πόλλ' ἔμενε,
Καίπερ Ἀθαναίᾳ καταθύμιον εὖσαν ἑταίραν.
Δή ποτε γὰρ πέπλων λυσαμένα περόνας,
Ἵππω ἐπὶ κράνᾳ Ἑλικωνίδι καλὰ ῥεοίσᾳ
Λῶντο· μεσαμβρινὰ δ' εἶχ' ὄρος ἁσυχία.

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

57 Νύμφαν μίαν] Τὴν Χαρικλὼ, μητέρα τοῦ Τειρεσίου.
60 Ἐπὶ Θεσπιέων] Θέσπεια, Κορώνεια, Ἁλίαρτος, πόλεις Βοιωτίας.
71 Ἵππω ἐπὶ κράνᾳ] Οὕτω καλεῖται Ἵππου κρήνη ἐν Ἑλικῶνι.

Vſ. 57. ἔν ποκα Θήβαις] Cel. Valkenarius ad Eurip. Phoeniſſ. p. 111. rectiſſime corrigit ἔκ ποκα Θηβᾶν, vel, quod malim, Θήβας. ἐκ a Politiano editum ait, ſed in meo (Aſcenſiano) exemplo eſt ἐν.

Vſ. 58. τᾶν ἑταρᾶν] Sic Polit. e MS. edidit: quod vulgato ἑτερᾶν merito praetuli; placetque ſic etiam eidem Cel. Valkenario l. c. ἑτερᾶν peperit clauſula vſ. 56. Adde Spanhemium. MS. Voſſ. ἑταιρᾶν.

Vſ. 60. εὖτ'] Fruſtra tentat Ill. Spanhemius σεῦτ' pro ἐσεύετο. Neceſſario requiritur particula, quae ſignificet *quando*, *cum*, *quoties*.

Vſ. 61 ſqq. Haec duo diſticha permutata puto. Repetitio ἢ 'πὶ Κορωνείας in ordine recepto eſt inepta: ſed ſi poſterius diſtichon praeponitur, poſt parentheſin ἵνα —— Κουραλίῳ, apta eſt.

Vſ. 62. Ἵππως] Sic reſcripſi contra libros, quia ſemper ita in hoc hymno Callimachus accuſativos format, nec euphoniae cauſſa potuit vulgarem terminationem ſervaſſe. Etſi enim ter τὸ ω concurrit: tamen id offendere poëtam non potuit, quem non offenderant quinque α in duobus verbis vſ. 69. Ceterum hic verſus ab Vaticanis abeſt.

Vſ. 63. τεθυωμένον ἄλσος] Simile Theocrit. Id. XVII. 123. θυώδης ναός. De verbo v. Barneſ. ad Homer. H. in Apoll. 184.

Vſ. 66. χοροστασίαι] Proprie; nam ἱστάναι, ἵστασθαι χορὸς dicitur. Theocrit. in Helenae Epithalamio:

Παρθενικαὶ θάλλοντα κόμαις ὑάκινθον ἔχοισαι
Πρόσθε νεογράπτω θαλάμω χορὸν ἐστάσαντο. A. FABRI.

Vſ. 67. τελέθεσκον] Nota, hic paſſive ſumitur. τέλω, τελέθω, τελεθέσκω. A. FABRI.

Ἀμ- Ibid.

Virgines, Minerva nympham unam olim Thebis
Vehementer & praeter ceteras amavit,
Matrem Tiresiae, nec unquam sine illa fuit.
Sed et, cum priscos ad Thespienses,
Aut ad Coroneam, aut ad Haliartum ageret
Equos, Boeotorum peragrans culta,
Aut ad Coroneam, ubi illi odorifer lucus,
Et arae ad flumen sitae Curalium,
Saepe Dea ipsam suo sustulit curru:
Nec conventus nympharum, aut choreae
Suaves erant, ubi non prima esset Chariclo.
Enimvero & hanc multae manebant lacrimae,
Quamvis Minervae gratam sodalem.
Etenim aliquando, peplorum solutis fibulis,
In Heliconia Hippocrene, pulcre fluente,
Lavabantur, & meridiana montem tenebat quies:
Am-

Ibid. ἔθ᾽ ἐχ] Sic MS. Ambr. 2. Edd. Vett. Polit. quod restitui pro ἔτ᾽.

Vs. 68. Ἀλλ᾽ἔτι] Sic explica, *sed sic tamen multae illam expectabant lacrymae.* A. FABRI.

Vs. 69. εὖσαν] Ambr. 1. ἔσσαν. Ambr. 2. & Voss. ἦσαν.

Vs. 70. λυσαμένα περόνας] Nisi λυσαμένα esset in duali, scribendum fuisset λυσάμεναι. STEPHAN. Politiani sane codex λυσαμέναι habet, quae lectio non displicet. TH. GRAEV. v. ad vs. 10. λυσαμένα in duali numero accipiendum. In Ascensiano exemplo Politiani non est λυσαμέναι.

Vs. 71. Ἵππω ἐπὶ κράνα] Ut hic Ἵππου κρήνην Callimachus, ita fontem caballinum dixit Persius,

Nec fonte labra prolui caballino.

Credebant autem veteres, qui ex fonte hoc bibissent, eos statim poëtas fieri. MEURS.

Vs. 72. Λῶντο] Legendum est λῶντο, nam in superiori versu est λυσαμένα περόνας, nisi λυσαμένα sit in duali; nam tunc λῶντο retinendum, quod pro ἐλέοντο, λέοντο, λῶντο. A. FABRI.

Ibid. μεσαμβρινὰ δ᾽ εἶχ᾽ ὄρος ἀσυχία] Ἡσυχία & tranquillitatem & solitudinem significat. quod nimirum solitudinem comitetur tranquillitas. Politianus eleganter utrumque complexus est: *Utque die vacuus mons tacet in medio.* Nam *vacuus* idem est quod ἔρημος. Pind. ἐρήμας δι᾽ αἰθέρος. quod Latini, *vacuum per inane* VULCAN.

Ibid. μεσαμβρινὰ δ᾽ εἶχ᾽ ὄρος ἀσυχία] *De silentio meridiei.* Theocrit. Idyll. 1.

Οὐ θέμις, ὦ ποιμὰν, τὸ μεσαμβρινὸν, οὐ θέμις ἄμμιν
Συρίσδεν, τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες, ἦ γὰρ ἀπ᾽ ἄγρας
Τηνίκα κεκμακὼς ἀμπαύεται.

& Horat. Od. 29. lib. 3.

Jam pastor umbras cum grege languido
Rivumque fessus quaerit, & horridi
Dumeta Sylvani: caretque
Ripa vagis taciturna ventis.

Ita Plinius alicubi meridiem omnino conticescere dicit. A. FABRI.

Ibid. μεσαμβρινὰ δ᾽ εἶχ᾽ ὄρος ἀσυχία] Attribuerunt veteres meridiei quietem, quia somnum tum capere deos arbitrabantur. Unde pastor ille apud Theocritum negat sibi licere fistula canere, quia meridies esset, & Pan deus suus dormiret.

Ἀμφότεραι λώοντο, μεσαμβριναὶ δ' ἔσαν ὧραι·
  Πολλὰ δ' ἁσυχία τῆνο κατεῖχεν ὄρος.
Τειρεσίας δ' ἔτι μῶνος ἅμα κυσὶν, ἄρτι γένεια
  Περκάζων, ἱερὸν χῶρον ἀνεστρέφετο·
Διψάσας δ' ἄφατόν τι, ποτὶ ῥόον ἤλυθε κράνας,
  Σχέτλιος· οὐκ ἐθέλων δ' εἶδε τὰ μὴ θέμιδες.
Τὸν δὲ χολωσαμένα περ, ὅμως προσέφασεν Ἀθάνα,
  Τίς σε, τὸν ὀφθαλμὼς οὐκ ἔτ' ἀποισόμενον,
Ὦ Εὐηρείδα, χαλεπὰν ὁδὸν ἄγαγε δαίμων;
  Ἁ μὲν ἔφα, παιδὸς δ' ὄμματα νὺξ ἔβαλεν.
Ἑστάθη δ' ἄφθογγος· ἐκόλλασαν γὰρ ἀνίαι
  Γώνατα, καὶ φωνὰν ἔσχεν ἀμηχανία.

Ἁ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

76 Περκάζων] Μελαινόμενος ὑπὸ τῆς φύσεως τῶν τριχῶν.
81 Ὦ Εὐηρείδα] Εὐήρους υἱὸς ὁ Τειρεσίας.

Ea ipsa de caussa meridie templum intrare nefas credebant, ne somnum deorum tunc perturbarent. Imo propterea Pythagorici & sapientes apud Aegyptios, ne quis januam aut portam templorum praeteriens loqueretur, vetabant. Tum enim silentio colendum esse Deum, qui principii rerum omnium auctor est. Qua de re elegans est locus apud Porphyrium in libro de nympharum antro. Hinc & intelligendus Elias lib. III. Regum cap. 18. *Cum esset jam meridies, illudebat illis Elias dicens, Clamate voce majore: Deus enim est & forsitan loquitur, aut in diversorio est, aut in itinere, aut certe dormit, ut excitetur.* Forte respiciunt ad hanc superstitionem interpretes Graeci & Latini, qui in hymno Davidis XCI. 6. ajunt hominem pium, qui spem suam in Deum collocat, sibi non metuere ἀπὸ δαιμονίου μεσημβρινοῦ, *a daemone meridiano*. TH. GRAEV.

Vs. 73. Ἀμφότεραι λώοντο] Vide quam differant hominum sensus. P. Cunaeus ad Nonnum p. 115. διλογίαν docens in exili genere occurrere saepe & laudari, subjicit: *Quin Callimachi quoque singulare quoddam artificium apparuit in ista tautologia* Ἵππω &c. *Nihil felicius est, nihil quod magis admiremur. Et tamen hoc ipsum in alio quodam charactere culpandum esset, nec defendi a quoquam posset.* At contra Ruhnkenius V.C. Ep. Crit. II. p. 36. alterum pro manifeste spurio rejicit, auctorem hujus sententiae laudans etiam Cel. Hemsterhusium. Utra te, lector, crisis magis delectat? Ego posteriorem praetulerim: praesertim cum τὸ τῆνο frigeat, & sapiat juvenem scholasticum, versus explentem inanibus verbis. Nec correctiones R. Bentleji τηνικάδ' εἶχεν & Fabri incommodo medentur. Itaque nec illud credo, ex alio poëta adscriptum hoc distichon in textum venisse, sed ad similitudinem Callimachi factum adscripsisse quem puto. Ceterum ed. Flor. habet ἀμφότεραι ἐλόωντο, unde Ald. ἀμφ. λόωντο. Hinc factum post λώοντο in ed. Benenati. Pro εἶχ' edit. Ald. vitiose ἔχ'.

Vs. 74. τῆνο κατεῖχεν ὄρος] Aman-

tissi-

Ambae lavabantur, meridianaeque erant horae,
Altumque montem illum obtinebat ſilentium:
Tireſias autem ſolus adhuc cum canibus, jam genis
Nigreſcens, ſacro vagabatur in loco.
Cum autem praeter modum ſitiret, ad rivum fontis venit,
Miſer, invitusque vidit, quae nefas erat videre.
Hunc vero, quamvis irata, tamen allocuta eſt Minerva:
Quis te, non ablaturum hinc lumina,
O! Euerida, infelicem duxit viam Deus?
Illa quidem dixit, pueri autem lumina nox operuit,
Conſtititque mutus: devinxerat enim pavor
Genua, & vocem incluſerat conſilii inopia.

Nym-

tiſſimo patri meo inclinabat animus ut legeret τετάκις εἶχεν ὄρος; quid enim τῆνο, cum de illo non alibi loquutus ſit? Scio fore qui dicant non eſſe cur recepta lectio tentetur, cum praecipue nulla in τῆνο ſint veſtigia quibus ad τετάκις perveniatur. Ego vero certa ſum τετάκις in τῆνο κατ facillime depravari potuiſſe, & leviſſima immutatione. A. FABRI.

Vſ. 75. μοῦνος] Correxi μᾶνος. Mox ποτίῤῥοον MSS. Ambr.

Vſ. 76. Περκάζων] Proprie de uva quae maturitate nigreſcit, hic metaphorice de barba. A. FABRI.

Vſ. 78. εἶδε τὰ μὴ θέμιδες] Sic edd. omnes. At MSS. Ambr. Reg. Voſſ. θεμιτὰ, quod eſſe a correctoris manu puto. A Vatic. tota vox abeſt. Quae vidit, non fuere ἀθέμιτα, ſed ἀθέμιτον erat τὸ ἰδεῖν. Formula frequens eſt, ἰδεῖν ἃ μὴ θέμις, ſcil. ἰδεῖν, quam illuſtrat Cl. Pierſon. Veriſim. p. 85. Tentavi aliquando: τὰ μὴ θέμις ἦν, ex Heſiod. Scut. Herc. 22. ὃ οἱ θέμις ἦεν. cf. vſ. 447. unde patet eſſe, quae fata prohibeant. Sed ſi vulgata illa formula ἃ μὴ θέμις proprie intelligitur ſic, *quae fatum ſ. fas non concedit*, & hinc formula ducta eſt: nihil impedit, quo minus dicatur etiam ἃ μὴ θέμιδες, *quae fata, jura divina videre negant, probibent*, etſi id inſolentius eſt. Callimachus voluit more ſuo verſum claudere verbo triſyllabo. Pluralis eſt apud Pindarum Ol. X. 29. ἀγῶνα ἀεῖσαι θέμιδες ὦρσαν Διὸς, *Themides juſſere, impulere.* Virgilius Georg. I. 268. *fas & jura ſinunt.*

Vſ. 81. χαλεπὰν] Sic reſcripſi pro χαλεπήν.

Vſ. 82. νὺξ ἔβαλεν] Paullo durius eſt ἔβαλεν νὺξ, unde maluere Viri docti ἔλαβεν, quod nec mihi diſplicet. Sed tamen & illud ferri poteſt. Stanlejus comparat illud Aeſchyli Sept. c. Theb. 409. νὺξ ἐπ' ὀφθαλμοῖς πέσοι. Sonus dicitur ὦτα βάλλειν & ἐμπίπτειν ὠσί.

Vſ. 83. 84. ἐκόλλασαν γὰρ ἀνίαι Γώνατα] Schol. Voſſ. ad Homer. Il. XXII. 452. habet ἐκόλλησαν —— γόνατα, ubi vide Cl. Valkenarium, qui hanc Rhapſodiam e Cod. Voſſ. ad calcem Virgilii cum Graecis collati edidit.

Simi-

Ἁ νύμφα δ' ἐβόασε, Τί μοι τὸ κῶρον ἔρεξας
Πότνια; τοιαῦται δαίμονες ἐστὲ φίλαι;
Ὄμματά μοι τῶ παιδὸς ἀφείλεο. τέκνον ἄλαστε,
Εἶδες Ἀθαναίας στήθεα καὶ λαγόνας·
Ἀλλ' οὐκ ἀέλιον πάλιν ὄψεαι· ὢ ἐμὲ δειλάν.
Ὦ ὄρος, ὦ Ἑλικὼν οὐκ ἔτι μοι παριτέ.
Ἦ μεγάλ' ἀντ' ὀλίγων ἐπράξαο· δόρκας ὀλέσσας
Καὶ πρόκας οὐ πολλὰς, φάεα παιδὸς ἔχεις.
Ἁ μὲν ἐπ' ἀμφοτέραισι φίλον περὶ παῖδα λαβοῖσα
Μάτηρ μὲν γοερᾶν οἶτον ἀηδονίδων

Ἆγε

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

87 Ἄλαστε] Ἤτοι ἀνεπίληστα ὑπομείνας.

Similiter locutus est Lycophron vs. 1202. Ἐν γυιοκέλλοις σπαργάνοις εἰλιγμένον.

Vs. 85. ἐβόασε] Sic ex ed. Politiani rescripsi. MSS. & editiones ceterae ἐβόησε. Pro τοῦ vs. 87. scripsi τῶ. At στήθεα non ausim mutare in στάθεα sine libris.

Vs. 87. τέκνον ἄλαστε] Apud scholiastem in praeced. edit. legitur ἄλαστα, quod ad στήθεα referendum esset. sed ipsum legisse ἄλαστε, ostendit ejus expositio: nec certe video quomodo στήθεα dici ἄλαστα possent. At τέκνον ἄλαστε ita dicitur ut φίλε τέκνον ab Homero, respiciendo ad significationem vocabuli, non ad genus. Rectius autem στάθεα scriberetur, & quidem ita scribendum esset, si ubique hic Dorica scriptura poneretur: quod in multis vocibus fieri non videmus. STEPH.

Ibid. τέκνον ἄλαστε] Est enallage generis. ἄλαστε pro ἄλαστον. ἄλαστος autem idem est quod ἄληστος. inobliviscibilis, cujus memoria deleri non potest. Sic ἄλαστα κακὰ, mala non obliviscenda, & per consequens gravissima. Accipitur etiam pro σχέτλιος, τάλας, miser, aerumnosus. & ita hoc loco accipi debet. TH. GRAEV.

Ibid. ἄλαστε] Huc respicere Suidam in Ἄλαστος· τέκνον ἐμὸν ἄλαστε, & ἐμὸν delendum, vidit Cl. Ruhnkenius Ep. Crit. I. p. 54. ubi bene idem verbum restituit Hesychio pro λαιστὸν, quod interpretatur ἀχθεινόν.

Vs. 91. Ἦ μεγάλ' ἀντ' ὀλίγων ἐπράξαο] Magna pro parvis exegisti Id est, Magnam mercedem pro re parva tibi persolvi voluisti. Politianus non satis expressisse videtur sensum, ita hos versus reddens,

Magna nimis parvis mutas, quae lumina nati
Pro cervis paucis dorcadibusque habeas. (perperam autem *qui* in edit. Basil. legitur pro *quae*)

Ego malim ita,

Magna rei parvae merces, quum lumina nati
Pro servis paucis dorcadibusque rapis.

Male autem in praeced. edit. scriptum est ὀλέσσας, pro ἐλέσσας. alioqui enim non masculino sed foeminino participio utendum fuerat, sed hoc versum ingredi non potuisset. STEPH.

Ibid. Ἦ μεγάλ' ἀντ' ὀλίγων ἐπράξαο] Politianus vertit, *Magna nimis parvis mutas:* quod mihi magis arridet, quam quod Hen. Stephanus dicit se malle, *Magna rei parvae merces*, quod contentione utriusque versionis inter se planum faciam. Nam cum Politianus vertit *Magna nimis*, exprimit illud ἦ Callimachi, quod magnam emphasim, magnamque diversitatis in commutatione significa-

Nympha autem exclamat: Quid mihi puerum facis,
Diva? tales Deae eſtis amicae?
Lumina mihi abſtuliſti pueri. Miſer nate,
Vidiſti Minervae pectus & ilia:
Sed ſolem non videbis amplius. O! me miſeram!
O! mons, o! Helicon, non amplius adeunde mihi.
Magna certe pro parvis exegiſti: damis amiſſis
Et capreis non multis, lumina filii habes.
Et ipſa quidem utrisque carum filium amplexa brachiis
Mater, flebilium luctum luſciniarum

Egit

cationem habet. Deinde, *ἀντ' ὀλίγων*, quis non malit, ut numerus numero reſpondeat, *paucis*, quam *parvae rei* vertere? praeterea *mutas* melius reſpondet τῷ ἐπράξαο, utpote verbo verbum, & quidem mercium commutationem figurate ſignificans, quam *merces*, quam abſurdum fuerit deam ab homine capere. adhaec in pentametro, cur malis *rapis*, quam *habeas*? an quia tuis auriculis diſſyllabo melius clauditur pentametrum, quam triſyllabo? Praeterea anne honeſtius de dea, & convenientius verbo ἔχειν dicitur quod *habeat* oculos alterius, quam quod *rapiat*. cum ipſamet Pallas infra verſ. 100. declaret alienum hoc a ſe *ὄμματα παίδων ἁρπάζειν*. & nihil certe habet commune *merces* cum *rapina*. imo vero potius, ut Callimachi verbis utar, *τόσσον ὅσον διὰ πλεῖστον ἔχουσιν*.

> *Ergo tuum fruſtra eſt, niſi vox ſit Cimbrica, Malle.*
> *Malle etenim, ſapere eſt, hac ratione male.*

Atque haec quidem tuendi Angeli cauſa a me dicta, boni conſule. Vulcan.

Ibid. Ἦ μεγάλ'] Male hic Vulcanius, qui ἦ cum *μεγάλ'* jungit: male etiam Politianus in verſione ſua, ubi *magna nimis parvis mutas*: quam tamen Vulcanius verſioni Stephani praefert, qui vertit *magna rei parvae merces*: at quanto melius! quid hoc, *magna nimis*? Etiamnum dico τὸ ἦ nullo modo ad *μεγάλ'* referri poteſt. A. Fabri.

Ibid. ὀλέσσας] Sic MSS. & edd. quod fruſtra mutavit Stephanus in ὀλέσσας, ſecutique ſunt alii, quod putabant referri ad Minervam, cum pertineat ad Helicona, qui perdidit paucas per Tireſiam feras, ut bene monet Th. Bentlejus.

Vſ. 92. φάεα] Φάεα pro oculis ponunt poëtae, ut *lumina* Latini. Sic apud Poëtam.

> *Olli ſupremo clauduntur lumina ſomno.*

Meursius.

Vſ. 94. —— γοερᾶν οἶτον ἀηδονίδων] Affertur & alia lectio, *οἶκτον*, quam malim. Jungo autem *ἁ*, quod eſt in proxime praecedente verſu, cum *μάτηρ*, hoc modo, *ἁ μὲν μάτηρ περιλαβοῦσα τὸν παῖδα ἀμφοτέραις χερσὶ, ἦγεν οἶκτον ἀηδονίδων γοερῶν*. pro *οἷός ἐστιν ὁ τῶν ἀηδονίδων*. ut hic ſit totius loci ſenſus, Mater ambabus manibus charum filium complexa, in tali luctu qualis eſt aëdonidum, verſabatur. Sed quum particula *μὲν* duobus in locis ponatur, fortaſſis in alterutro pro alia irrepſit. Steph.

Ibid. γοερᾶν οἶτον ἀηδονίδων] h. e. lugubri conqueſtione filium deplorans ad inſtar luſciniae. Cantus enim luſciniae apud veteres proverbio locum dedit, quo utuntur de maxime triſtibus. Th. Graev.

Ibid. Clariſſimus Ruhnkenius Ep. Crit. II. p. 36. *φίλον* corrigit *σιφλὸν*, & in verſu altero *μάτηρ αἰνογόων*:

Ἄγε βαρὺ κλαίοισα. θεὰ δ' ἐλέησεν ἑταίραν,
Καί μιν Ἀθαναία πρὸς τόδ' ἔλεξεν ἔπος,
Δῖα γύναι, μετὰ πάντα βαλεῦ πάλιν ὅσα δι' ὀργὰν
Εἶπας· ἐγὼ δ' οὔτοι τέκνον ἔθηκ' ἀλαόν.
Οὐ γὰρ Ἀθαναίᾳ γλυκερὸν πέλει ὄμματα παίδων
Ἁρπάζειν· Κρόνιοι δ' ὧδε λέγοντι νόμοι·
Ὅς κέ τιν' ἀθανάτων, ὅκα μὴ θεὸς αὐτὸς ἕληται,
Ἀθρήσῃ, μισθῷ τοῦτον ἰδεῖν μεγάλῳ.
Δῖα γύναι, τὸ μὲν οὐ παλινάγρετον αὖθι γένοιτο
Ἔργον· ἐπεὶ μοιρᾶν ὧδ' ἐπένευσε λίνα,

Ἁ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

97 Μετὰ πάντα βαλεῦ] Τὸ ἑξῆς, μεταβαλεῦ.

γόων: acute utrumque. Ego in φίλον non haeserim, quod epitheton cum saepe abundet, & Scholiastae interpretentur *suum*, hic etiam cum emphasi dicitur. Sed μάτηρ μὲν γοερᾶν vitiosum esse, planum est. Nam μὲν prorsus locum habere non potest. Cl. Th. Bentlejus tentat ὡς, quod nescio an cui se probaturum sit. Ego dudum tentavi τᾶν γοερᾶν. Post in margine editionis Aldinae reperi notatum, in margine libri Ger. sic esse, nec dubito amplius, hanc esse veram Callimachi manum. Stephanus etiam non concoquebat οἶτον, malebatque οἶκτον, quod & Palmerius adscripserat. Cujus rei caussam putat Th. Bentlejus, quod ἄγε retulerit ad οἶτον, cum referendum sit ad filium. Enimvero ducendi vis hic locum non habet. Res omnis eodem loco acta est. Poëta videtur ante oculos habuisse loca poëtarum, in primis haec: Sophocl. Ajac. 633. μάτηρ —— οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς ἥσει &c. Homer. Il. I. 559. Μήτηρ, ἀλκυόνος πολυπενθέος οἶτον ἔχουσα, Κλαῖε &c. *mater luctuosae alcyonis fatum habens, flebat:* quo loco jam usus est Ruhnkenius l. c. ad refellendum Bentlejum; quamquam paullo aliter est apud nostrum: nam οἶτον ἄγειν aliud est, quam ἔχειν, & constructio quoque aliter se habet. Ex quo mihi venit in mentem, Callimachum sic scripsisse: Μάτηρ τᾶν γοερᾶν οἶτον ἀηδονίδων ἄγε βαρὺ κλαίοισα. Edd. Flor. Ald. Vasc. Froben. non habent in versu primo ἐπ', sed habet Politianus, qui & videtur legisse οἶμον: vertit enim, *carmen aëdonidum iterat.* Primus in Callimachi textu edidit Benenatus. MS. porro Ambr. 2. γοερόν. Pro κλαίουσα rescripsi κλαίοισα.

Vs. 97. Δῖα γύναι] Has leges innuens eleganter, & docte, ut solet Ovidius, in 2. Trist. sic queritur:

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi?
Inscius Actaeon vidit sine veste Dianam:
Praeda fuit canibus non minus ille suis.
Scilicet in superis etiam fortuna luenda est;
Nec veniam laeso numine casus habet.

& alibi:

In-

Egit valde plorans: Dea autem miserta est amicae,
Ipsamque sic Minerva allocuta est:
Praestantissima femina, omnia rursum retracta, quaecunque per iram
Dixisti. Ego quidem filium tibi non feci coecum:
Non enim Minervae dulce est lumina puerorum
Rapere: sed Saturniae sanciunt leges:
Quicunque aliquem immortalium, invito numine ipso,
Viderit, eum magna mercede videre.
Eximia femina, haec quidem non revocabilis est
Res. Nam Parcarum huc movebantur fila,

Cum

Inscia quod crimen viderunt lumina plector,
Peccatumque oculos est habuisse meum.

tanquam vidisset quae non cernere fas homini. Scribit etiam Placidus in 2. Thebaid. ad illud

Tunc si fas oculos non unquam longa tuendo,

Mortalibus concessum non esse videre coelicolas, ut est quoque apud Plutarch. in parallelis. ad quod respexisse Virgilium placet Servio, cum sub persona Sileni dixit eclog. 6.

Satis est potuisse videri.

B. Realinus.

Vs. 100. ὧδε λέγοντι νόμοι] MS. Voss. πέλοντι, quod placet Cl. Ruhnkenio l. c. p. 23. Sed mihi id ortum videtur e versu praecedente, ubi est πέλει, nec voluisse poëta idem verbum in eodem disticho bis ponere: nec constructio sequentium versuum pati videtur. Infinitivus ἰδεῖν melius convenit τῷ λέγοντι, quam πέλοντι.

Vs. 101. Ὅς κε τιν' ἀθαν.] MS. Voss. Οὐκ ἐστιν ἀθαν.

Vs. 102. μισθῷ τοῦτον ἰδεῖν μεγάλῳ] Sic de hac ipsa re Propertius lib. IV. eleg. X.

Magno Tiresias aspexit Pallada vates,
Fortia dum posita Gorgone membra lavat.

Dicit *magno* quod Callimacho μισθῷ μεγάλῳ. Th. Graev.

Vs. 104. μοιρᾶν ὧδ' ἐπένευσε λίνα] Rich. Bentlejus corrigit ἐπένησε λίνα ex Homero Il. Υ. 128. Ω. 210. quod & imitatur Lucianus Jov. Conf. c. I. idque probat, post Ill. Spanhemium, Th. Bentlejus, fassus tamen constructionem esse hic insolentiorem: quod admonere debebat potius virum doctissimum, ἐπένησε hic locum non habere: debebat enim esse, ἐπεὶ μοῖραι ὧδ' ἐπένησαν λίνοις. Non fila nent, sed Parcae. ἐπένευσε est verum. Sed non duxerim ab ἐπινεύειν, *nuere*, *jubere*, *velle*, quamquam id non absurdum; sed ab νέω, νεύσω, quod de motu dicitur. v. Hemsterh. ὁ πάνυ ad Luciani T. I. p. 306. Sensus est: *Parcarum huc vergebant fila*, *Parcarum ita (huc) voluta sunt fila*, ut Politianus bene. In filis Parcarum non modo attributa spectantur, ut *dura*, *candida* &c. dicantur, sed etiam motus. Lucian. Jov. Conf. c. II. ἢ Ἄτροπος οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο, εἴ τις εἰς τοὐναντίον τρέψειε τὸν ἄτρακτον. (forte στρέψειε) Proclus H. in Solem 16. de Parcis:

Ἂψ δὲ μεταστρωφῶσιν ἀναγκαίης λίνον αἴσης,
Εἴκε θέλεις. Virg. Aen. X. 632. (quanquam de Jove) *in melius tua orsa reflectas.*

Ἁνίκα τοπρῶτόν νιν ἐγείναο· νῦν δὲ κομίζευ,
Ὦ Εὐηρείδα, τέλθος ὀφειλόμενον.
Πόσσα μὲν ἁ Καδμηῒς ἐσύστερον ἔμπυρα καυσεῖ,
Πόσσα δ' Ἀρισταῖος, τὸν μόνον εὐχόμενοι
Παῖδα τὸν ἁβατὰν Ἀκταίονα τυφλὸν ἰδέσθαι.
Καὶ τῆνος μεγάλας σύνδρομος Ἀρτέμιδος
Ἔσσεται· ἀλλ' οὐκ αὐτὸν ὅ, τε δρόμος, αἵ τ' ἐν ὄρεσσι
Ῥυσεῦνται ξυναὶ τᾶμος ἑκαβολίαι,
Ὁππόταν, οὐκ ἐθέλων περ, ἴδῃ χαρίεντα λοετρὰ
Δαίμονος· ἀλλ' αὐταὶ τὸν πρὶν ἄνακτα κύνες
Τουτάκι δειπνησεῦντι· τὰ δ' υἱέος ὀστέα μάτηρ
Λεξεῖται, δρυμὼς πάντας ἐπερχομένα·
Ὀλβίσταν ἐρέει σε καὶ εὐαίωνα γενέσθαι,
Ἐξ ὀρέων ἀλαὸν παῖδ' ὑποδεξαμέναν.
Ὦ ἑτάρα, τῷ μή τι μινύρεο· τῷδε γὰρ ἄλλα
Τεῦ χάριν ἐξ ἐμέθεν πολλὰ μενεῦντι γέρα.
Μάντιν ἐπεὶ θησῶ νιν ἀοίδιμον ἐσσομένοισιν,
Ἦ μέγα τῶν ἄλλων δή τι περισσότερον.

Γνώ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

108 Πόσσα δ' Ἀρισταῖος] Ἀκταίων, υἱὸς Αὐτονόης καὶ Ἀρισταίου. οὗτος ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν ἐσπαράχθη, διὰ τὸ τὴν Ἄρτεμιν ἰδεῖν λουομένην.

109 Τὸν ἁβατὰν] Τὸν ἡβητήν.

115 Τουτάκι] Τηνικαῦτα.

flectas. MS. Ambr. 1. λίναν. Ambr. 2. & Voss. λῖνα. Versu sequente iidem MSS. ἡνίκα & κομίζε. vs. 107. 108. semel pro πόσσα est πᾶσα, semel πολλὰ in MSS. Ambr.

Vs. 106. τέλθος] χρέος, Hesych. Sed non hic, opinor: puto esse *fatum.* A. Fabri.

Ibid. ὀφειλόμενον] Explico *futurum*, in ista significatione legitur apud Menecratem Comicum de Senectute,

— ἔστι δ' ἀεὶ κρεῖσσον ὀφειλόμενον. A. Fabri.

Vs. 107. ἔμπυρα] dicebantur victimae, quae non immolabantur tantum, sed & igne comburebantur. Unde ἐμπυρία dicebatur jusjurandum ad victimam igne crematam fieri solitum. Apud Boeotos quoque vaticinii genus erat, quod ἐμπυρία dicebatur. Th. Graev.

Vs. 109. Ἀκταίονα] Ed. Polit. Ἀκταίωνα: quam scripturam Diodoro e codicibus restituit Cl. Wesselingius IV. p. 324. Sed hic versus vulgatum tuetur. vs. sequ. MS. Voss. τῆμος.

Vs. 112. ἑκαβολίαι] MSS. Ambr. Voss. Ed. Polit. ἐκηβολίαι.

Vs. 114. τὸν πρὶν ἄνακτα] De domino

Cum primum eum peperiſſes. Nunc ergo fer,
O! Euerida, quod tibi debetur.
Quot poſtea Cadmeis victimas adolebit,
Quot vero Ariſtaeus, unum orantes
Filium puberem Actaeona ut coecum videant.
Atqui ille magnae comes venanti Dianae
Erit: & tamen ipſum neque curſus, neque in montibus
Servabunt tum communes venationes,
Cum quamvis invitus viderit grata lavacra
Deae; ſed ipſae dominum ante ſuum canes
Tum comedent: filiique oſſa mater
Recipiet, ſaltus omnes peretrans.
Fortunatiſſimam te dicet, beatamque fuiſſe,
Quae coecum e montibus filium receperis.
O! ſodalis, propterea noli queri. Hunc enim alii
Tua gratia ex me manent honores.
Etenim vatem reddam ipſum clarum poſt futuris,
Longe profecto ſupra ceteros.

Intel-

mino quolibet dici id verbum, dudum notatum eſt. Sic & Pſeudo-Orpheus in prooemio carminis de Lapidibus vſ. 42. Mox pro δειπνησεῦντι malim δειπνασεῦντι.

Vſ. 116 Δέξεῖται] Apud Politianum eſt λέξεῖται: agnoſcitque in ſua interpretatione hanc lectionem,

—— *ſed enim nemora omnia luſtrans*
Dum genitrix nati colliget oſſa ſui.

Ipſe quoque hanc lectionem in locum alterius reponendam eſſe puto. Dicunt autem Latini & *legere oſſa* ejus qui mortuus ſit. STEPH

Ibid. Δέξεῖται] MSS. Ambr. Reg. Voſſ. margo cod. Ger. ed. Polit. λέξεῖται, idque placebat Sigonio Emend. II. 56. Stephano ad h. l. Palmerio in margine, Heinſio ad Ovid. Heroid. x. 150. & aliis. Sed vulgatum ceteri libri ſervant, & habuit in codice Draco Stratonicenſis: idque melius h. l. puto propter vſ. 118. *Tu filium recipis, quamquam coecum, tamen vivum: at illa diu quaeſito filio nil ex montibus niſi oſſa recipiet.* Atque δέχεσθαι eſt proprium in ea re verbum. Homerus Il. Σ. 237. Τόν ῥ' ἤτοι μὲν ἔπεμπε — Ἐς πόλεμον, οὐδ' αὖτις ἐδέξατο νοστήσαντα. Ed. Ald. δρυμός.

Vſ. 119. 120. τῷδε —— μενεῦντι γέρα] In Ger. ſic fuiſſe, ſed emendatum τόνδε, notat vir doctus in margine Aldinae. Sed non erat opus iſta emendatione. Nam & hujus formae exempla apud Graecos & imitatores eorum Latinos reperiuntur. Theocr. Id. XVII. 118. τοῦτο καὶ Ἀτρείδαισι μένει. v. Sanctii Minerva II. 4. & nos in Clave Ciceron. Pro γέρα MS. Voſſ. δῶρα, quae eſt gloſſa, quae pro vera lectione γέρα in textum irrepſit.

Vſ. 121. θησῶ] Sic MSS. & Edd. non ut Ill. Spanhemius habet θασῶ. Apud Pindarum ſemper eſt θησῶ, niſi quod Iſthm. I. 3. eſt in Ald. θασομαι. Sed Calliergus θήσομαι. Male porro interpretatur hoc verbum, quod non refertur ad divinationem, ſed eſt *reddam eum, efficiam.*

Vſ. 122. Ἦ μέγα] v. ad H. in Dian. vſ. 82.

Γνωσεῖται δ' ὄρνιθας, ὃς αἴσιος, οἵ τε πέτονται
 Ἤλιθα, καὶ ποίων οὐκ ἀγαθαὶ πτέρυγες.
Πολλὰ δὲ Βοιωτοῖσι θεοπρόπα, πολλὰ δὲ Κάδμῳ
 Χρησεῖ, καὶ μεγάλοις ὕστερα Λαβδακίδαις.
Δωσῶ καὶ μέγα βάκτρον, ὅ οἱ πόδας ἐς δέον ἀξεῖ,
 Δωσῶ καὶ βιότω τέρμα πολυχρόνιον.
Καὶ μόνος, εὖτε θάνῃ, πεπνυμένος ἐν νεκύεσσι
 Φοιτασεῖ, μεγάλῳ τίμιος Ἀγεσίλᾳ.
Ὣς φαμένα κατένευσε· τὸ δ' ἐντελές, ᾧ κ' ἐπινεύσῃ
 Παλλάς. ἐπεὶ μώνᾳ Ζεὺς τόγε θυγατέρων

Δῶκεν

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

120 Μενεῦντι] Μενοῦσιν.
124 Ἤλιθα] Μάτην.

vs. 82. Δὴ eleganter adhaeret adjectivis magnitudinis. v. dicta ad Xenoph. Memor. Socratis.

Vs. 123. Γνωσεῖται] Dictis a Spanhemio adde Stanlej. ad Aeschyl. Sept. ad Theb. 25. & Pseudo-Orphea de Lapid. praef. 43. seqq.

ibid. ὄρνιθας] Dorismus desiderat ὄρνιχας, pro quo apud Theocritum MS. Lips. Sen. solet dare ὄρνιθες.

Ibid. ὄρνιθας, ὃς αἴσιος] ἐνδέξιος. ita hym. in Jovem, vs. 69. ἄτ' ἐμεῖσι φίλοις ἐνδέξια φαίνοις. αἰσίας enim opponit diris avibus, quae infausti aliquid portendunt, hoc est ἀπαισίοις ἤτοι ἀριστεροῖς. quas, circumlocutione utens, vocat ποίων οὐκ ἀγαθαὶ πτέρυγες. accipiens πτέρυγες pro πτήσεις, alas, ut instrumentum volatus, pro ipso volatu. Tertium vero, & medium quoddam avium genus facit, οἵ τε πέτονται ἤλιθα. i. μάτην, εἰκῆ. quarum in auspiciis non habetur ratio, quippe quae neque fausta neque infausta portendunt. Tametsi enim auspicatissimae sunt aves albae; unde Cicero, *Quasi albam avem videntur bene sentientem civem videre.* inauspicatissimae contra nigrae, ut Ovidius,

Omina non albae concinuistis aves: plus tamen in veteri illa οἰωνοσκοπίᾳ mysterii latuisse credibile est. VULCAN.

Vs. 124. Ἤλιθα] Hic significat *irrito* & *frustra*: & bene Schol. μάτην, *vane.* Ita Virgil.

> *Ni frustra augurium vani docuere parentes.* A. FABRI.

Ibid. πτέρυγες] Dousa filius hic explicat πτέρυγες augurium: Sic & Propertius eleg. 9. lib. 3.

> *Tuque o cara mihi, felicibus edita pennis,*
> *Surge, & poscentes justa precare deos.*

Ita ut ἀγαθαὶ πτέρυγες respondeant Propertii *felicibus pennis.* TH. GRAEV.

Ibid. ἀγαθαὶ πτέρυγες] *Felix volatus*, adeoque felix augurium. Imitatatus est Propertius III. 8. II. *felicibus edita pennis.* Dousa ad illum locum πτέρυγας a Callimacho, & *pennas* a Propertio dictas putat pro augurio. Melius Broukhusius volatum interpretatur. *Alae* quidem sic dictae passim Latinis. v. Broukh. l. c. *Volatum* interpretatur etiam Politianus.

Vs. 125. Πολλὰ δὲ Βοιωτοῖσι θεο-

προ-

Intelligetque aves, quae fauſte, quaeque volent
Temere, quarumque non fauſtae alae.
Multaque Boeotiis vaticinia, multaque Cadmo
Edet, & magnis poſtea Labdacidis.
Dabo etiam magnum baculum, qui ipſi pedes regat,
Dabo etiam vitae terminum longinquum.
Soluſque, cum mortuus fuerit, prudens inter mortuos
Verſabitur, magno carus populorum ductori.
His dictis annuit: Ratum autem eſt, cui annuerit
Pallas. Etenim ſoli Jupiter hoc filiarum
Dedit

πρόπα] Θεοπρόπος proprie eſt, deum decens. quaſi ὁ τῷ θεῷ πρέπων. ſaepe etiam accipitur pro divinus, vates. vel θεοπρόπος dicitur quoque, qui ad conſulendum oraculum mittitur: unde θεοπροπία & θεοπρόπιον, oraculum, vaticinium, idem quod *μάντευμα* MEURS.

Vſ. 126. *ὕστερα*] MS. Voſſ. *ἄστρα*. Mox vſ. 128. idem MS. *Δώσω δὲ βιότου*. Scripſi *βιότω*. Vid. ad vſ. 62.

Vſ. 127. *βάκτρον, ὃ οἱ πόδας ἐς δέον ἄξει*] *σκίπωνα* intelligit, ut Callim. infra Epigrammate *α*. *σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον ἀείρας*. VULCAN

Vſ. 128. *και βιότου τέρμα πολυχρόνιον*] Promittit quoque Tireſiae Minerva longam vitam; & fabulantur eum vixiſſe usque ad ſeptem aetates, ut eſt videre apud Phlegontem Trallianum libro de longaevis, & Hyginum in Mythologico fabul. 75. Agatharchides vero in excerptis de mari rubro lib. 5. quinque tantum aetates memorat: & Lucianus in longaevis ſex ei tribuit. Tzetzes autem in Lycophr. ait, *eſſe a quibus dictum eum novem vixiſſe aetates*. Hinc *Grandaevus* a Lucilio dicitur.

Ante fores autem, & triclini limina quidam
Perditus Tireſias biſce grandaevus gemebat.

Statio *longaevus*. Theb. lib. 2.

Tuus ſenior quae juſſus agit, non falſa videri
Noctis imago queat, longaevi vatis opacos
Tireſiae vultus, vocemque & vellera nota
Inducitur. TH. GRAEV.

Vſ. 129. Καὶ μόνος εὖτε θάνῃ πεπνυμένος ἐν νεκύεσσι] Hom. Ὀδυσσ. κ.

Τῷ καὶ τεθνειῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια
Οἴῳ πεπνύσθαι· τοὶ δὲ, σκιαὶ ἀΐσσουσι.

VULCAN.

Ibid. *πεπνυμένος*] Martinus Var. Lect. III. 23. putat imitatum eſſe Sapphonis hoc: Ἀφανὴς ἐν Ἀΐδα δόμοις φοιτάσεις (φοιτασεῖς.)

Vſ. 130. *τίμιος Ἀγεσίλᾳ*] Ἀγεσίλαος ἐπώνυμον τοῦ ᾅδου, ut habet Etymol. *παρὰ τὸ ἄγειν τοὺς λαούς*. ubi & fragmentum Callimachi adfert *φοιτῶσι μεγάλῳ Ἀγεσιλάῳ*. VULCAN.

Ibid. *μεγάλῳ τίμιος Ἀγεσίλᾳ*] Eadem ſignificatione qua Ἀγεσίλαος, dicitur etiam Ἀγεσίλας: quae terminatio magis convenit linguae Doricae. STEPHAN.

Ibid. *μεγάλῳ τίμιος Ἀγεσίλᾳ*] Miror Vulcanium qui affert fragmentum, quod in Etymol. ſe reperiſſe ait; *φοιτῶσι μεγάλῳ Ἀγεσιλάῳ*, nec vidit ille eſſe hunc ipſum locum quem prae manibus habemus, quod palam eſt. A. FABRI.

Ibid. Ἀγεσίλᾳ] Hoc nomen acute vidit & reſtituit R. Bentlejus epigrammati Graeco apud Gruterum. In quo tamen potius legendum, Ἀγεσίλας

O 2

Δῶκεν Ἀθαναίᾳ, πατρῷϊα πάντα φέρεσθαι.
Λωτροχόοι, μάτηρ δ' οὔτις ἔτικτε θεάν·
Ἀλλὰ Διὸς κορυφά. κορυφὰ Διὸς οὐκ ἐπινεύει
Ψεύδεα . . . . . . ἁ θυγάτηρ.
Ἔρχετ' Ἀθαναία νῦν ἀτρεκές· ἀλλὰ δέχεσθε
Τὰν θεόν, ὦ κῶραι, τὤργον ὅσαις μέλεται,
Σύν τ' εὐαγορείᾳ, σύν τ' εὔγμασι, σύν τ' ὀλολυγαῖς.
Χαῖρε θεά, κάδευ δ' Ἄργεος Ἰναχίω.
Χαῖρε καὶ ἐξελάοισα, καὶ ἐς πάλιν αὖτις ἐλάσσαις
Ἵππως, καὶ Δαναῶν κλᾶρον ἅπαντα σάω.

σίλας Περσεφόνα τι κόρα, rectiſſime placet Hemſterhuſio V. Cel.

Vſ. 133. *πατρώϊα πάντα φέρεσθαι*] Ut communia omnia habeat cum patre Jove. v. Barneſ. ad Homer. Il. E. 736.

Vſ. 134. *μάτηρ δ' ἔτις ἔτικτε θεάν*] Unde & *ἀμήτωρ* dicta eſt. Eurip. Phoeniſſ. *Διὸς ἀμάτορος Παλλάδος φραδαῖσιν.* quae & *εὐπατέρεια.* ut *Κλῦθί μευ εὐχέων Τριτώνιε εὐπατέρεια.* Latine patrima. ut Vulcanus carens patre patrimus ſive *ἀπάτωρ* dicitur. ut annotavit V. Cl. Joſeph. Scaliger in illud Catulli,

Quare habe tibi quidquid hoc libelli
Qualecunque, quod o Patrima Virgo
Plus uno maneat perenne ſeclo.

VULCAN.

Vſ. 135. *ἐκ ἐπινεύει Ψεύδεα ....*] Sic reſtituimus hunc locum cum lacuna, ut eſt in libris antiquis, MSS. Ambr. duobus Vatic. Reg. Voſſ. Edd. vett. Sed cum varietate tamen quadam. *Ἀλλ' αὐτὴ κορ.* Voſſ. ſolus. *ἐκ ἐπινεύει* habent omnes praeter Politianum, qui edidit *οὐκ ἐπινεύει.* Porro *ψεύδεα* MSS. illi praeter Vaticanum alterum n. 36. a quo totus verſus abeſt. Denique *ἁ θυγάτηρ* ſolus Ambr. 2. Voſſ. & Vaticanus n. 1379. editiones omnes, ſed ſine articulo. Quod a Benenato primum, quoad ſcio & indagare potui, dein a Stephano editum eſt, ſine dubio eſt recentioris auctoris: in quo adeo corrigendo viri docti fruſtra laborant. Habeo exemplum editionis Aldinae, in quo lacuna aliter expleta eſt: *Οὐδὲ Διὸς κορυφᾶς εἰς ἄλλον θυγάτηρ.* Sed adſcripſit eadem manus: *Sic eſt in Latina hic repoſitum.* Clarum eſt, illum ipſum virum doctum, qui haec ſcripſit, hunc verſum feciſſe e Latina verſione. Sed qua? Non profecto e verſione Politiani, quae longe aliter habet, nec ex ea, quae in editis Callimachi exemplis eſt, quae ad Benenati ſupplementum accommodata eſt. Suſpicor eſſe e verſione Mediolanenſi, de qua in praefatione dictum. Aliud ſupplementum adſcripſerat Rittershuſius: *Τῶν τέλος ἐκ ἴσαι ἐδὲ Διὸς θυγάτηρ.* Adde dicta in praefatione.

Vſ. 136. *-ῶ κεν οἱ ἁ θυγάτηρ*] Malim, *ᾧ κεν ἑὰ θυγάτηρ, ἀπὸ τῦ κοινῦ* repetatur, *ὡσαύτως ἔμπεδον ᾧ κ' ἐπινεύσῃ ἑὰ θυγάτηρ*, pro *ἡ αὐτῦ θυγάτηρ*, quod tamen fateor non eſſe valde uſitatum. STEPHAN.

Ibid. *ᾧ κεν οἱ ἁ θυγάτηρ*] Henr. Steph. mavult legere *ἑά.* Ego, ſi conjectura uti licet, non male legi poſſe

Dedit Minervae, ut omnia patria ferat.
  Lotrices, mater nulla edidit Deam,
Sed Jovis caput. Caput Jovis non annuit
  Falsa . . . . filia.
Venit Minerva nunc haud dubie. At vos excipite
  Deam, puellae, quibus Argos cordi est,
Cum bonis ominibus, cumque votis, cumque cantibus.
  Salve Dea, cura Argos Inachium.
Salve & egrediens, & cum retro rursus agis
  Equos, & Danaorum agrum omnem serva.

censuerim, *ὦ νέοι ἁ θυγάτηρ.* facilis enim lapsus est a *κεν* in *νευ.* & *ἁ θυγάτηρ* majorem habet emphasim, quam *ἐὰ θυγάτηρ.* VULCAN.

Ibid. *οἱ ἁ θυγάτηρ*] Non est quod quidquam hic mutetur, ut Stephano & Vulcanio placet: centies apud Homerum ejusmodi dativos pro genitivis reperias, & revera est longe majoris *ἐμφάσεως*: ita saepe Pindarus. A. FABRI.

Vs. 139. *Σύν τ' εὐαγορίᾳ*] *εὐφημίᾳ. σύν τ' εὔγμασι.* i. *εὐχαῖς. σύν τ' ὀλολυγαῖς*, hoc est, lamentabili voce qua mulieres in precando utebantur. ut Hymni in Delum vers. 258. VULCAN.

Ibid. *ὀλολυγαῖς*] Cave hic fidem Vulcanio adhibeas, qui pro lamentabili voce accipit; nam nihil aliud est quam *vociferatio.* A. FABRI. Vide quae notavimus ad hymn. in Delum vs. 258. TH. GRAEV.

Ibid. *ὀλολυγαῖς*] MSS. Ambr. *ὀλολυγές.* Post editio Aldina *Ἰνάχιοι.* Dedi *Ἰναχίω.* Mox MSS. Ambr. Voss. Ger. Edd. Flor. Ald. Vascos. Froben. Polit. *ἐς πάλιν*, e quo Stephanus fecit *ἐς πόλιν*, quod secuti sunt editores omnes. Sic conjecerat ante vir doctus in margine ed. Vascos. Rich. Bentlejus recte defendit veterem lectionem, quam & nos restituimus. Th. Bentlejo tamen non placet *ἐξελάσεισα καὶ ἐσελάσσαις*, putatque esse debuisse *ἐσελάσεισα.* Itaque mavult: *καὶ ἐς πόλιν ἡνίκ' ἐλάσσαις*, quod nimium a vulgato recedit. Poëta ominibus prosequitur festis exeuntem Minervam, sed rogat ut redeat & servet urbem. Richardus Bentlejus etiam *ἵπποις* legi vult: quod alias dixisset poëta *ἵππως.* Hoc argumentum leve est: nam *ἵππως* potest esse a librariis pro *ἵππως.* Sed tamen elegantius foret *ἵπποις*, & *ου* & *οι* permutantur, ut ante vidimus. Itaque *ἵππως* non mutavimus e lege nostra, (de qua vide praef.) cum incertum sit, utrum *ἵππως* an *ἵπποις* scripserit poëta.

Vs. 141. *καὶ ἐς πόλιν*] Non videtur posse de hac lectione dubitari, quin sit germana. Legitur tamen & in Flor. edit. & in Aldina, *ἐς πάλιν.* Videndum autem an dici posset *ἐς πάλιν* eo modo quo dicitur *ἐς αὖθις*, vel conjuncte *ἐσαῦθις.* STEPHAN.

Vs. 142. *σάω*] Gregorius Nyssenus in testimoniis de trinitate unius Dei *ἀλλὰ σάω με, σάω με, φίλη τριάς.* h. e. *At tu conserva me, conserva me, o dilecta trinitas.* Callimachus in Cererem vs. 135.

χαῖρε θεὰ, καὶ τάνδε σάω πόλιν.

h. est.

Salve dea, & hanc serva civitatem.

TH. GRAEV. Locum Nysseni sumsit e margine ed. Vascos.

ΕΙΣ
ΔΗΜΗΤΡΑ
ΥΜΝΟΣ.

1 Τῶ καλάθω κατιόντος ἐπιφθέγξασθε γυναῖκες·
Δάματερ μέγα χαῖρε, πολύτροφε, πουλυμέδιμνε.
Τὸν κάλαθον κατιόντα (χαμαὶ θασεῖσθε βέβαλοι)

Μηδ᾽

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

1 Τῶ καλάθω κατιόντος] Ὁ Φιλάδελφος Πτολεμαῖος, κατὰ μίμησιν τῶν Ἀθηνῶν, ἔθη τινὰ ἵδρυσεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἐν οἷς καὶ τὴν τοῦ καλάθου πρόοδον. ἔθος γὰρ ἦν ἐν Ἀθήναις, ἐν ὡρισμένῃ ἡμέρᾳ, ἐπὶ ὀχήματος φέρεσθαι καλάθιον εἰς τιμὴν τῆς Δήμητρος.

Scholiaftes putat hoc Poëma fcriptum fuiffe Alexandriae: ego vero crediderim Argis ob dialectum, ut jam de fuperiori dixi.

Thefmophoriorum folemnitas diebus quinque conftabat. Ariftophanes,

Ἐπεὶ τρίτη 'στὶ, θεσμοφορίων ἡ μέση.

A. Fabri.

Vf. 1. Τῶ καλάθω κατιόντος] Calathos, inquit Feftus, Graeci, nos dicimus Quafillos. Et Gloffarium vetus, κάλαθος, *Fifcella*, *Qualus*. Κάλαθον interpretatur Etymol. εἰς ὃν τὰ κάλλη, hoc eft τὰ βεβαμμένα ἔρια ἀποτίθεται. Rectius Euftathius deducit Κάλαθον ἀπὸ τῶν κάλων, ὅ ἐστι ξύλων, κυκλοειδῶς θεόντων. Idem alibi vult Καλάθους proprie dici τὰ εἰς τὴν τῶν Δημητριακῶν καρπῶν συγκομιδὴν ἐπιτήδεια σκεύη. Admonet item folere ὀρχήσασθαί ποτε καλάθοις κατὰ τὴν ἑορτὴν τῆς καλουμένης Ἀρτέμιδος, καὶ ἐν Δημητριακῇ τινι ἑορτῇ. Ex quo colligi poteft non in Cereris tantum, fed & Dianae, adde etiam Minervae feftis, calathos a virginibus geftari folitos, alioque vocabulo κανᾶ, vel κανίσκους, Latine caniftros vel ciftas dici. Ovidius:

Pura coronatis portabant facra caniftris.

Tib.

Et levis occultis confcia cifta facris.

De calathis Minervae Virgil. lib. 7. Aeneid.

—— non illa colo calathisve Minervae
Foemineas affueta manus, ——

De virginibus Canephoris Palladi facris, multa Paufanias in Atticis. κανηφόρους vero infra verf. 127. λικνοφόρους vocat. Idem enim funt λίκνα quod τὰ κανᾶ. Hoc tantum addam, κανᾶ proprie effe caniftros, in quibus cultri ad facrificandum accommodati conduntur. vid. Hefychium in voce ὀλοχύτας. ubi pro τὰ κενὰ, lege κανᾶ. Vulcan.

Ibid. Τῶ καλάθω] Calathum fere-

bant



G. Hoet del. I.v. Vianen fec.



HYMNUS
IN
CEREREM.

CALATHO deſcendente, acclamate mulieres:
Ceres multum ſalve, alma, frugifera.
Calathum deſcendentem (humi ſpectate profani)
Neve

bant equi, ut patet ex verſ. 121.

Χ' ὡς αἱ τὸν κάλαθον λευκότριχες ἵπποι ἄγοντι.

Ferebant etiam caniſtra Virgines, ut patet ex verſu 127.

Ὡς αἱ λικνοφόροι χρυσῶ πλέα λίκνα φέροντι.

Sed, opinor, in calatho quem ferebant equi vel currus, erant myſteria; non vero in caniſtris, quae a virginibus ferebantur, in quibus alia erant quae tamen ad illa myſteria pertinebant. Hor. Sat. 8. lib. 2.

— *velut Attica virgo*
Cum ſacris Cereris, procedit fuſcus Hydaſpes.

Curru non tantum calathus, ſed & feminae ferebantur, ut ait Schol. Ariſtophanis in illud Pluti,

Μυστηρίοις δὲ τοῖς μεγάλοις ὀχουμένην
Ἐπὶ τῆς ἁμάξας —

ubi *αἱ τῶν Ἀθηναίων γυναῖκες*, inquit ille, *ἐπὶ ἁμαξῶν ὀχούμεναι εἰς τὰ μεγάλα Ἐλευσίνια ἀπήρχοντο.* Non ſolum in Cereris ſacris calathus adhibebatur, ſed & in Bacchi, ut patet ex Ariſtophane in εἰρήνῃ·

Τὸ κανοῦν πάρεστι, ὀλὰς ἔχον, καὶ στέμμα, καὶ μάχαιραν.

In illo caniſtro condebantur culter, *οὐλοχύται, καὶ στέμματα*, & ab ingenuis nobilibusque virginibus ferebantur. A. FABRI.

Ibid. Τῶ *καλάθω*] Perperam confundunt viri docti *κανηφόρους* & *κιστοφόρους*. In calathis ſive caniſtris portabantur flores & ſpicae a nobilibus virginibus, in ciſtis vero a mulieribus ſacra myſtica. Vehebantur virgines canephorae curru, quarto Eleuſiniorum die, qui incedebat valde tarde, trahentibus bobus: habebatque non rotas radiatas, quemadmodum alii, ſed tympana, axi cohaerentia & cantho ferreo juncta. Poſt hunc foeminae incedebant ciſtas myſticas bajulantes; erantque illae faſciis purpureis redimitae; dum humi ſpectare debebant profani, non e tectis, aliisve locis editis; nec ſpuendum tum fuit: & circa veſperam id factum, ut pluribus docet Meurſius in Eleuſiniis ſacris cap. 25. quem vide. TH. GRAEV.

Vſ. 3. *χαμαὶ θασσεῖσθε βέβαλοι*] Non videtur poſſe admitti haec vox *θασσεῖσθε*, quum neque *ſedete*, neque *ſpectate* poſſit ſignificare. affinis eſt alioqui & ei quae illam, & ei quae hanc ſignificationem habet, ac velut in medio poſita. Sed etiamſi pro *ſedete* poſſet intelligi, ne reciperetur, obſtarent accuſativi praecedentes, *τὸν κάλαθον κατιόντα.* alioqui enim accuſativum abſolutum eſſe oporteret pro genitivo, *κατιόντα* pro *κατιόντος*. ut modo dixerat *τῶ καλάθω κατιόντος*. Hunc tamen accuſativi uſum aliquando Graecos ſcriptores ſibi permittere fateor. ſed praeterquam quod durior hic quam aliis in

Μηδ' ἀπὸ τῶ τέγεος, μηδ' ὑψόθεν αὐγάσσησθε,
Μὴ παῖς, μηδὲ γυνά, μηδ' ἃ κατεχεύατο χαίταν,
Μηδ' ὄκ' ἀφ' αὐαλέων στομάτων πτύωμες ἄπαστοι.
Ἕσπερος ἐκ νεφέων ἐσκέψατο πανίκα νεῖται·
Ἕσπερος, ὅστε πιεῖν Δαμάτερα μῶνος ἔπεισεν,
Ἁρπαγίμας ὄκ' ἄπυστα μετέστιχεν ἴχνια κώρας.
Πότνια, πῶς σε δύναντο πόδες φέρεν ἔς τ' ἐπὶ δυθμάς,
Ἔς τ' ἐπὶ τὼς μέλανας, καὶ ὅπα τὰ χρύσεα μᾶλα;

Οὐ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

11 Ἔς τ' ἐπὶ τὼς μέλανας] Τὰς Αἰθίοπας.

in locis eſſet, non veriſimile fuerit, poëtam, quum uſus eſſet genitivo, fuiſſe mox uſurum accuſativo loco genitivi eadem in re. Ac ne illud quidem placet quod olim ad defendendam ſeu excuſandam lectionem illam θασσεῖσθε excogitaveram, de verborum ordine mutato: perinde ac ſi dictum eſſet, χαμαὶ θασσεῖσθε βέβαλοι, μηδ' αὐγάσσησθε ἀπὸ τῶ τέγεος, μηδ' ὑψόθεν τὸν κάλαθον κατιόντα. Quid igitur hoc de loco dicendum eſt? ex θασσεῖσθε faciendum eſſe θαεῖσθε, aut etiam θάσησθε, pro ſpectetis. ut apud Theocritum θᾶσαι legitur pro ſpecta. STEPHAN.

Ibid. θασεῖσθε] Sic edi curavimus e MSS. Ambr. & Voſſ. Sic vir doctus notat in libro Ger. fuiſſe. Ex quo ſolita libidine librariorum in duplicanda hac litera factum eſt θασσεῖσθε. Eſſe a θάομαι, ſpecto, ut Theocriteum θᾶσαι, ſpecta, jam Spanhemius & Th. Bentlejus monuere, item Id. II. 72. τὰν πομπὰν θάσασθαι. XV. 23. θασόμεναι τὸν Ἄδωνιν. Atque ita non erit, ut opinor, neceſſarium, in τὸν κάλαθον κατιόντα agnoſcere cum Cl. Reiskio in Miſc. Lipſ. VI. p. 512. accuſativos pro genitivis abſolutis, quod tamen non abſurdum, venitque etiam Stephano in mentem. Commodiſſimum autem eſt, quod placet Hemſterhuſio τῶ πανυ, verba χαμαὶ θασεῖσθε βέβαλοι in parentheſi accipi.

Vſ. 4. μηδ' ὑψόθεν αὐγάσσησθε] Poſt verbum αὐγάσσησθε ponenda non eſt τελεία στιγμή, quum ad ipſum referantur ea quae ſequuntur. STEPH.

Ibid. ὑψόθεν] Ἐκ παραλλήλου reſpondet τῷ χαμαί. A. FABRI.

Vſ. 4. μηδ' ἃ κατεχεύατο χαίταν] Non puto κατεχεύατο χαίταν eſſe *quae perfudit capillos*, ſed potius *quae effudit capillos*, ſeu diffudit, ut dixit Maro,

—— *dederatque comam diffundere ventis.*

Hoc autem dicit Callimachus de puellis quae paſſis capillis, ſeu ſparſis (ut etiam loquuntur interdum Latini) calathum ſequebantur. STEPH.

Ibid. μηδ' ἃ κατεχεύατο χαίταν] Verti *comam ſparſa fluentem*. quae jam ſe pectit. per quod intelligo, ne thalamo ſive cubiculo ſuperiore quis ſpectet: quo etiam pertinet verſus ſequens. Μηδ' ὄκ' ἀφ' αὐαλέων στομάτων πτύωμες ἄπαστοι. Accipio vero ὄκα, pro ὅτε, ut infra verſ. 30, ut ſit ſenſus, ab impexis, & ſicco ore, hoc eſt illotis, e cubiculo proſpiciendum non eſſe. Ejus vero rei cauſam reddit paulo poſt, verſ. 17. & 18. ne videlicet Cereris dolorem refricent. VULCAN.

Ibid. μηδ' ἃ κατεχεύατο χαίταν] Peſſime Vulcanius, qui vertit, *quae jam ſe pectit*: per quod intelligit, ne e thalamo ſive cubiculo ſuperiore quis ſpectet; nam dum pectuntur, in cubiculo ſunt. Scio quidem Homeri tempore puellas in ſuperiore

parte

Neve e tecto, neve desuper adspicite,
Nec puer, nec femina, nec quae effudit comam,
Nec cum a siccis faucibus expuimus jejuni.
Hesperus e nubibus prospexit, cum procedit:
Hesperus, qui solus Cereri persuasit, ut biberet,
Raptae cum irreperta persequeretur vestigia filiae.
Diva, quomodo te potuerunt pedes ferre, usque ad occasum,
Et usque ad nigros, & ubi aurea poma?

Non

parte domus habitasse; unde fit ut tam saepe apud illum ὑπερῷον reperiatur. Sed hic de ea re non agitur; dicit Poëta, nec puer nec mulier, μηδ' ἃ κατεχεύατο χαίταν, hoc est *quae comam summisit*, & *temere zephyris agitandam reliquit*, id est *puella;* mulieres enim capillos non summittebant. A. FABRI.

Ibid. ἃ κατεχεύατο χαίταν] Th. Bentlejus V. Cl. quaerit, utrum de virgine an meretrice sit intelligendum? Ego quidem de meretrice intellexerim cum Heinsio Arist. Sacr. p. 920. Scholiastes Cod. Reg. adscribit: μηδ' ἥτις ἄγαμός ἐστι. Ed. Ald. κατεχεύατο.

Vs. 6. Μηδ' ὅκ' ἀφ' αὐαλέων (vel ἀπ' αὐαλέων) στομάτων πτύωμες ἄπαστοι] Videndum annon legendum sit Μὴ τόκ' ἀφ' αὐαλέων. Alioqui sequendo hanc lectionem ὅκ', esse videtur subaudiendum αὐγασσώμεθα cum μηδὲ, ex praecedente αὐγάσσησθε. At si legamus ὅ κ', ut sint duae voces, jungendum erit μηδὲ cum πτύωμες (id est *non spuamus*) & tum deerit verbum quod cum ὅ κ' aptemus. At scribendo Μὴ τόκ' ἀπ' αὐαλέων, &c. omnia hujusmodi incommoda vitabimus. STEPH.

Ibid. Μηδ' ὅκ' ἀφ' αὐαλέων] Mire fallitur hic Frischlinus, qui vertit, *nec quod ab arido ore expuimus, id est saliva:* neque enim ὅκ' duo verba sunt ὅ κε: sed unicum tantum ὅκ. id est ὅκα, quod Dorice pro ὅτε dicitur. Verte igitur, *neque unquam ab arido ore expuamus jejuni.* A. FABRI.

Ibid. αὐαλέων] διψαλέων, ut H. in Jov. 27. Similiter Gregorius Nazianz. epigr. 3. (in Murat. Anecd. Gr.) Τάνταλός ἐστιν ἐν ὕδασιν αὖος. Mox pro νεῖται MS. Voss. κεῖται. Ceterum frustra hinc difficultatem nectit Vir doctus (Jac. Martinus) in Explicatione Variorum Monum. ant. p. 353. ex eo, quod festo Thesmophoriorum die jejunium severum fuerit, hic autem nemo jejunus jubeatur adspicere calathum. Non hic de Thesmophoriis sermo est.

Vs. 7. Ἕσπερος ἐκ νεφέων] Hoc sacrum ad vesperam incipiebatur, quia scilicet erat pervigilium Veneri, ut Palladi, & aliis qua Diis, qua Deabus. A. FABRI.

Vs. 9. ἄπυστα] ἀνήκουστα, περὶ ὧν μηδεὶς πέπυσται. VULCAN.

Ibid. ἴχνια κούρας] MS. Voss. ἴχνεα κούρας.

Vs. 10. ἐς τ' ἐπὶ δυθμάς] δυσμὰς, δύσεις, cui statim periphrastice opponit τὴν ἀνατολήν. Nam per μέλανας (quos Dionysius κελαινοὺς vocat) intelligit Aethiopes, τοὺς ἀνατολικωτέρους scilicet, Arabiam versus. Duo enim genera Aethiopum facit etiam Hom. Ὀδυσσ. α. inquiens,

Οἱ μὲν δυσσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

VULCAN.

Ibid. ἐς τ' ἐπὶ δυθμάς] Id est, *usque ad occasum*, pro δυσμάς. STEPH.

Ibid. δυθμάς] MS. Voss. δυσμάς. Hesychius: Δύθμασι, δύσεσι. Recte Jensius ex hoc loco corrigit δυθμαῖσι. Sic supra H. in L. P. 139. ὀλολυγὲς in MSS. Ambr. Add. Valkenar. V. C. praefatio ad Virgilium cum Graecis collatum p. 46. In versu proximo τὰ omittitur in MS. Ambr. 1.

 Vs. 13.

Οὐ πίες, οὔτ' ἄρ' ἔδες τῆνον χρόνον, οὐδ' ἐλοέσσω.
Τρὶς μὲν δὴ διέβης Ἀχελώϊον ἀργυροδίναν,
Τοσσάκι δ' ἀενάων ποταμῶν ἐπέρασας ἕκαστον,
[Τρὶς δ' ἐπὶ καλλίστης νήσου δράμες ὄμφαλον Ἔνναν]
Τρὶς δ' ἐπὶ καλλιχόρῳ χαμάδις ἐκαθίσσαο φρητὶ
Αὐσταλέα, ἄποτός τε καὶ οὐ φάγες, οὐδ' ἐλοέσσω.
Μὴ μὴ ταῦτα λέγωμες, ἃ δάκρυον ἄγαγε Δηοῖ.
Κάλλιον, ὡς πολίεσσιν ἑαδότα τέθμια δῶκε·
Κάλλιον, ὡς καλάμαν τε καὶ ἱερὰ δράγματα πράτα
Ἀσταχύων ἀπέκοψε, καὶ ἐν βόας ἧκε πατῆσαι,
Ἁνίκα Τριπτόλεμος ἀγαθὰν ἐδιδάσκετο τέχναν·

Κάλ-

Vſ. 12. Οὐ πίες &c.] Hunc verſum pro ſpurio ejicit Cl. Ruhnkenius Ep. Crit. II. p. 37. Nec ſane deſideraretur, ſi abeſſet, ſufficiente verſu 17. Quod ſi τὸ ἄρ' interpretamur *tamen*: *& tamen neque bibiſti neque ediſti* &c. ferri poſſe, & eadem res majoris emphaſeos & admirationis cauſſa bis dicta videtur.

Vſ. 14. ἐπέρασσας] MS. Reg. ἐπέρασας. Voſſ. ἐπέρησας.

Vſ. 15. Τρὶς δ' ἐπὶ &c.] Hunc verſum primum reperi in edit. Jo. Benenati, deinde Stephani. Nec conſtat, unde ductus ſit. Mihi plane ſpurius videtur. Fuerunt, qui illam lacunam Τρὶς δ' ἐπὶ καλλι -- -- -- --, quae erat in veteribus libris, explere vellent. Et cum alius aliter expleret, primum ſingula ſupplementa, hoc in ed. Benenati, alterum in ed. Froben. (v. not. ſeq.) recepta ſunt, poſt per facilitatem parum acutam Stephani utrumque in contextum venit. Callimachus errorum Cereris duas partes facit, primum errantem inducit per totam terram, deinde per omnes fluvios. Sic & Ovid. Met. V. 439. *Omnibus eſt terris, omni quaeſita profundo.* Igitur a poſteriori parte alienus eſt umbilicus Siciliae Enna. Νοθείας indicium eſt etiam in eo, quod verſus totus eſt Ionicus, ter Dorismus neglectus in καλλίστης νήσου. Igitur hunc verſum, ut haud dubie ſpurium, uncis incluſimus.

Vſ. 16. Τρὶς δ' ἐπὶ &c.] In Edd. Flor. Ald. eſt tantum Τρὶς δ' ἐπὶ καλλι..... in MS. Reg. Τρὶς δ' ἐπὶ καλλίχορον . . . MS. Voſſ. Τρὶς δ' ἐπὶ καλλιχέροις χαμάδις ἐκαθίσαο φρητί. & ſic prima explevit editio Froben. quod repetiit Vaſcoſ. unde adſcriptum eſt hoc ſupplementum meo Aldinae exemplo cum notula: *Sic impreſſum eſt in Germania.* Stephanus primus & poſt eum Friſchlinus repetiit, ſed ita correctum: Καλλιχόρῳ χ. ἐκαθίσσαο φρητί. Debebat potius eſſe Καλλιχόρῳ ſine jota. Mihi & hoc ſupplementum a recentiori manu videtur, quod & ipſa ſententia indicat. Non ubi conſederit, ſed quo cucurrerit Ceres, dicere vult poëta. Igitur fruſtra in hoc verſu corrigendo laboretur. Qui volebat explere, quaerebat nomen fluvii aut fontis, quod inciperet a Καλλι. Incidit in *Callichorum*, ſatis aptum illum, quod auctore Pauſania I. p. 93. ibi primus chorus Eleuſiniorum a mulieribus celebratus, & Dea cantu culta eſſet. Ac non pejus Callirrhoë Epiri uſi eſſent interpolatores, propter Acheloum, qui & ipſe in Epiro. Si tamen hic verſus ſic ab Callimacho ſcriptus eſt, quod non cre-

Non bibisti, nec edisti tamdiu, nec lavisti.
Ter quidem transisti Acheloum argenteo vortice amnem,
Totidemque perennium fluminum trajecisti quemque,
[Terque ad pulcherrimae insulae cucurristi umbilicum Ennam]
Terque ad Callichorum humi consedisti fontem]
Sicca & nihil bibens, & nec edisti, nec lavisti.
Ne ne dicamus, quae lacrimas moverunt Cereri.
Melius, ut civitatibus gratas leges dedit:
Melius, ut spicam & sacros manipulos prima
Aristarum messuit, & boves immisit trituratum,
Cum Triptolemus bonam didicit artem.

Me-

credo, rectius praeponetur alteri Τοσσάκι. De Callichoro adde Spanhemium ad h. l.

Ibid. Καλλιχόρῳ] Callichorus puteus in Attica, cujus meminit Pausanias & Apollodorus. A. FABRI.

Vs. 17. Αὐσαλέα] Hoc frequens Apollonio Rhodio, ut docuit Vir doctus Obs Misc. IV. p. 146.

Vs. 18. ἤγαγε] Correxi ἄγαγε ex H. in L. P. vs. 81. & sic semper Pindarus. Μὴ μὴ elegans repetitio, in qua tamen saepe librarii offenderunt, ut Vossianus, qui dedit μὴ δὴ. v. Dorvill. ad Charit. p. 200.

Vs. 19. πολίεσσιν ἑαδότα τέθμια] MS. Voss. πολίεσσιν ἑάνδοτα, quod melius puto. Ed. Ald. non habet, τὰ τέθμια δῶκε. sed manu scripta sunt in exemplo meo, adscriptumque est in margine: *impressum est in Ger.* Nempe primus Frobenius sic explevit. In MSS. quoque Vat. hic est lacuna. Onomacritus H. in Cer. 19. vocat εὔνομίην ἐρατεινήν.

Ibid. τέθμια] νόμους, Hesychius. *Legiferae Cereri*, Virgilius. Maxime notandum est Hesiodum, cum vult designare duros & immanes, dicere ipsos non victitare frumento.

— οὐδέ τι σῖτον
Ἤσθιον, ἀλλ' ἀδάμαντος εἶχον κρατερόφρονα θυμὸν
Ἄπλαστοι, μεγάλη δὲ βίη, καὶ χεῖρες ἄαπτοι.

Hyginus vero, *Ceres*, inquit, *Triptolemum jussit, omnium nationum agros circumeuntem, semina partiri, quo facilius ipsi posterique eorum a fero victu segregarentur.* A. FABRI.

Vs. 20. δράγματα πρᾶτα] Correxi πρᾶτα, ut R. Bentleius voluit, & Latinus interpres vertit. Postulat & locus parallelus H. in Del. vs. 283. Οἱ μέν τοι καλάμην τε καὶ ἱερὰ δράγματα πρῶτοι Ἀσταχύων φορέουσιν. Similiter infra vs. 40. vitiose editum πρᾶτα.

Vs. 21. καὶ ἐν βόας ἧκε πατῆσαι] Trituram intelligit, quae bobus & jumentis peragitur. VULCAN. Vide Homerum Iliad K. & Xenophontem in Oeconomico. Hic triturandi mos non solum apud Graecos olim in usu fuit, sed etiam apud Hebraeos, Syros, Arabes, & Aegyptios. Lex Mosis Deuteron. xxv. 4. *Trituranti bovi os non obligabis*, ut nos docet Cl. Vir Bochartus in libris suis nunquam satis laudatis de animalibus Sacrae Scripturae l. II. c. 31. & 32. TH. GRAEV.

Vs. 22. Ἀνίκα] MS. Vat. ἡνίκα, a quo & absunt ultima δάσκετο τέχναν.

Ibid. Ἀνίκα Τριπτόλεμος &c.] Triptolemo passim a Graecis poëtis ars arandi serendique (quam hic πα-

Κάλλιον, ὡς (ἵνα καί τις ὑπερβασίας ἀλέηται)
[Θήκατο βούπεινα Τριόπεω γόνον οἰκτρὸν] ἰδέσθαι.
Οὔπω τὰν Κνιδίαν, ἔτι Δώτιον ἱερὸν ἔναιον,
Τὶν δ' αὐτᾷ καλὸν ἄλσος ἐποιήσαντο Πελασγοὶ
Δένδρεσιν ἀμφιλαφές· διά κεν μόλις ἦνθεν ὀϊστός.
Ἐν πίτυς, ἐν μεγάλαι πτελέαι ἔσαν, ἐν δὲ καὶ ὄχναι,
Ἐν δὲ καλὰ γλυκύμαλα· τὸ δ', ὥστ' ἀλέκτρινον, ὕδωρ
Ἐξ ἀμαρᾶν ἀνέθυε. Θεὰ δ' ἐπεμαίνετο χώρῳ
Ὅσσον Ἐλευσῖνι, Τριόπῳ θ' ὅσον, ὁκκόσον Ἔννᾳ.
Ἀλλ'

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

25 Οὔπω τὰν Κνιδίαν] Χώρα Θεσσαλίας.

29 Ἀλέκτρινον ὕδωρ] Διαυγές. παρὰ τὸ ἤλεκτρον.

30 Ἐξ ἀμαρᾶν] Ὅμηρος· ἀμάρης ἐξ ἔχματα βάλλων. εἰσὶ δὲ καὶ ὑδρορρόαι.

31 Ὅσσον Ἐλευσῖνι] Ἐλευσὶν καὶ Ἔννα, δῆμοι Ἀττικῆς.

περιφραστικῶς ἀγαθὰν τέχναν vocat) tribuitur. ut Epigram. lib. 2.

Ἄλλοισιν μελέτω Τριπτολέμοιο γέρα,
Ἠχὶ βόες, καὶ ἄροτρα, καὶ ἰσοβοεύς, καὶ ἐχέτλη,
Καὶ στάχυς.

Tibullus Osiridi hoc tribuit,

Primus aratra manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitavit humum.

VULCAN.

Vs. 23. Κάλλιον] Versus hic totus est, ut editur, in MS. Vat. n. 1379. At ab altero n. 36. abest σίας ἀλένται. Ab editt. Flor. Ald. abest solum ἀλέηται.

Vs. 24. Θήκατο &c.] Totus hic versus abest a MSS. Ambr. Vat. 36. Reg. & Voss. In MS. Vat. 1379. est lacuna usque ad ἰδέσθαι, quod tamen alio atramento scriptum est. Edd. Flor. Ald. Frob. Vascos. habent solum verbum ultimum ἰδέσθαι. Supplementum & ipsum, quod in ed. Benen. primum reperi, arbitror esse novitium, nec est admodum venustum. In exemplo edit. Vascos. quod Francii fuit, aliter lacuna expleta est manu viri docti: Τίσα δὲ Τριόπαο ἐτίσατο πᾶσιν ἰδέσθαι. E sensu & contextu utcumque explere tentarunt viri docti. Auratus tolli volebat ἰδέσθαι, nec quidquam deesse.

Ibid. βούπεινα] Operae pretium erit legere quae dicit Scholiastes Aristophanis in voce βουλιμιᾷ, id est, inquit, πάνυ λιμώττει καὶ πεινᾷ λίαν, ἀπὸ τοῦ βου ἐπιρρήματος, ὅπερ ἐπιτάσεώς ἐστι δηλωτικὸν, ἀντὶ τοῦ, λίαν, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ βούπεινα, μεγάλη πεῖνα. A. FABRI.

Ibid. Τριόπεω] Quod Callimachus & Ovidius de Erysichthone, veteres Graeci & Hyginus de Triopa ipsi dixere: cum Callimacho tamen facit Lycophron, qui loquens de Erysichthonis filia dicit,

— βούπειναν αἰθωνιστκον ἀκμαίαν πατρός. A. FABRI.

Vs. 25. τὰν Κνιδίαν] Scholiastes Κνιδίαν hic explicat χώραν Θεσσαλίας. Verum Cl. Salmasius in notis ad inscription. Herodis Attic. p. 28. docet errare Scholiasten, & ipsum quoque Stephanum, & τὰν Κνιδίαν Callimacho pro τὰν Κνίδον poni, ut apud Ptolemaeum τὴν Κώαν pro Co insula, & apud Varronem *Melia* insula pro *Melos*: nec Cnidios in Thessaliam

Melius, quomodo (ut etiam quis delicta vitet)
[Fecit fame Triopae filium miserabilem] videri.
Nondum Cnidum, sed sacrum adhuc Dotium habitabant,
Ibi vero tibi pulcrum nemus sacraverant Pelasgi,
Densum arboribus, vix utique sagittae penetrabile.
Hic pinus, hic magnae ulmi erant, hic vero & piri,
Et pulchra glycymala: electroque similis aqua
E scatebris prorumpebat. Dea autem deperibat locum,
Quantum Eleusina, quantum Triopum, quantum Ennam.

Sed

saliam, verum Thessalos relicta urbe Dotio, in insulam Cnidum profectos, duce Triopa, ibique condidisse urbem Triopion. Vide & Diodori Siculi locum & lib. v. Biblioth. p. 28. TH. GRAEV.

Ibid. Οὔπω τὰν Κνιδίαν] MS. Vat. 1379. οὔτω. In nobili fragmento Stephani, quod a Tennulio primum e MS. Coisl. vitiose editum, post accuratius a Montefalconio in Catal. MSS. Biblioth. Coisl. (p. 289.) versus Callimachi sic scribitur, vitiose tamen: Οὔπω τ' ἂν Κνιδίαν, ἔτι Δώτιον ἱρὸν ἔναγον. MS. Voss. ἔλαιον pro ἔναιον. De Κνιδία Salmasio assentitur Holstenius ad Stephanum p. 106. D.

Ibid. Δώτιον] Urbs Thessaliae: ἱρὸν vocat, propter lucum Cereri ibi ab antiquis collocatum, ut ait Hyginus, noster a Pelasgis, & uterque consentiunt; Pelasgi enim gens antiqua, & per universam Graeciam diffusa. A. FABRI.

Vs. 26. Τὶν δ' αὐτᾷ] Alienum videtur τιν. Nam in toto loco de Cerere in tertia persona loquitur.

Ibid. ἄλσος ἐποιήσαντο] Lucum sacrarunt. Sic accipi potest illud Herodoti I. 31. εἰκόνας ποιησάμενοι, *simulacra eorum* (Cleobis & Bitonis) *dedicantes*: quamquam id esse potest *facienda curantes*, ut apud Xenophontem Exp. Cyri v. p. 373. Ceterum de toto hoc loco, ejus pulcritudine, & comparatione cum Ovidiano vide Excursum ad h. l.

Ibid. Πελασγοί] MS. Ambr. 2. Ἐπειοὶ, quae lectio quid sibi velit, non assequor. Nam Epei (Ἐπειοὶ) huc non pertinent, qui sunt in Peloponneso.

Vs. 27. ἦνθεν εἴσω] Sic rescripsi e MS. Reg. & Ed. Ald. pro vulgato ἦλθεν, quod irrepsit in editionem Frob. & deinde in ceteras. Illud Doricum esse constat, & pluribus locis restituendum Pindaro & Theocrito.

Vs. 30. Ἐξ ἀμαρᾶν] Verti *e scatebris*. Hesych. ἀμάρησι, πόροις. VULCAN.

Ibid. ἀμαρᾶν] ὀχετὸς, *aquaeductus*. Hesychius, ἀμάραν, αὔλακα. A. FABRI.

Ibid. ἀνέθυε] *exiliebat*, *erumpebat*: θύω, *erumpo*. A. FABRI.

Ibid. ἐπεμαίνετο] Aristoph. in Vesp.
Νενουθέτηκεν αὐτὸν ἐς τὰ πράγματα
Οἷς πρότ' ἐπεμαίνετ'.
A. FABRI.

Ibid. ἐπεμαίνετο χώρῳ] Est ex Homero ducta loquendi ratio Il. Z. 160. Τῷ δὲ γυνὴ Προίτου ἐπεμήνατο. Imitatus est etiam Lucianus Dial. Mort. I. ubi v. Cel. Hemsterhusius. MS. Voss. habet ἐπεμαίετο. Sic conjiciebat Ill. Spanhemius ex Apollonio Rhodio. Sed illud verum. Χῶρος de tali luco est & apud Xenophont. Exped. Cyri v. p. 378. in inscriptione.

Vs. 31. Ὅσσον Ἐλευσῖνι, Τριόπῳ θ' ἶσον

Ἀλλ' ὅκα Τριοπίδαισιν ὁ δεξιὸς ἄχθετο δαίμων,
Τουτάκις ἁ χείρων Ἐρυσίχθονος ἅψατο βωλά.
Σεῦατ' ἔχων θεράποντας ἐείκοσι, πάντας ἐν ἀκμᾷ,
Πάντας δ' ἀνδρογίγαντας (ὅλαν πόλιν ἄρκιοι ἆραι)
Ἀμφότερον πελέκεσσι καὶ ἀξίναισιν ὁπλίσσας.
Ἐς δὲ τὸ τᾶς Δάματρος ἀναιδέες ἔδραμον ἄλσος.
Ἦς δέ τις αἴγειρος, μέγα δένδρεον, αἰθέρι κῦρον·
Τῷ δ' ἔπι ταὶ νύμφαι ποτὶ τὤνδιον ἑψιόωντο·
Ἃ πράτα πλαγεῖσα, κακὸν μέλος ἴαχεν ἄλλαις.
Ἤσθετο Δαμάτηρ, ὅτι οἱ ξύλον ἱερὸν ἀλγεῖ·
Εἶπε δὲ χωσαμένα, τίς μοι καλὰ δένδρεα κόπτει;
Αὐτίκα Νικίππᾳ (τάν οἱ πόλις ἀράτειραν
Δαμοσίαν ἔστασαν) ἐείσατο· γέντο δὲ χειρὶ
Στέμματα καὶ μάκωνα, κατωμαδίαν δ' ἔχε κλᾷδα.

Φᾶ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

39 Ποτὶ τὤνδιον] Περὶ τὸ μεσημβρινόν.
Ἑψιόωντο] Ἔπαιζον.
44 Ἐείσατο] Εἴσατο, ὡμοιώθη.
45 Ἔχε κλαῖδα] Τὴν κλεῖν, ὡς ἱέρεια.

ὄπιον] Hoc versu videtur docere poëta Triopium jam tum extitisse, cum in peninsulam Cariam Pelasgi trajicerent. Sed poëticum esse προχρονισμὸν docet idem Salmasius ad inscriptionem Herodis loco laudato, praefatus, ipsum Callimachum aperte in hoc hymno indicare, tunc cum Erysichthon fame ab Cerere immissa laboraverit, nondum Thessalorum coloniam in Cariam fuisse deductam. Sed post illam βέλιμον nati sui Triopam in Cariam commigrasse, & Triopium urbem ibi condidisse, & de suo nomine appellasse, a quo & promontorium ipsum Τριόπιον, quod Τρίοπον Callimachus appellat, ut & Scholiastes Theocriti. Th. Graev.

Ibid. Τριόπῳ] Ed. Flor. Τριόπα, frustra. De re vide Spanhemium. MSS. porro Ambr. & Voss. Τριόπαι & Ἔνναι, quae orta sunt e scriptura unciali. Vir doctus in margine edit. Vascos. etiam Aldo tribuit hanc scripturam, falso. Mox Voss. Τριοπίδαισιν.

Ibid. ἐκκέσοι Ἔννα] Pater meus legebat χ' ἐεικόσοι; neque enim verisimile est Callimachum tres diversas partes in eodem versu sine conjunctione protulisse. Ἐλευσῖν, καὶ Ἔννα, δῆμοι Ἀττικῆς, Scholiastes. Sed mire fallitur. & cum eo maximus vir Joannes Meursius *de populis Atticae*: Enna enim est umbilicus Siciliae. Cicero alicubi de Ennensium nemore: *Qui locus*, inquit, *quod in media est insula*, *umbilicus Siciliae nominatur*. Et jure dubitat Ortelius in voce *Enna*, an huic nostro Scholiasti fides sit adhibenda. A. Fabri.

Vs. 33. Τετάκις —— ἁ βωλά] Si βωλά non κατὰ προσωποποιΐαν dicitur, quod non

Sed cum Triopidis sinister irasceretur Deus,
Tum malum Erysichthonem invasit consilium.
Ibat viginti ducens servos, omnes florentes aetatibus,
Omnes gigantibus pares (totam urbem qui possent exscindere)
Utrumque, bipennibus & securibus, armatos.
In Cereris vero audaces properabant nemus.
Erat autem populus, magna arbor, aethera tangens,
Quo sub nymphae ad meridiem ludebant.
Haec prima percussa, malum ceteris cantum insonuit.
Sensit Ceres, sibi sacram arborem laedi,
Dixitque irata, quis mihi pulcras arbores caedit?
Statim Nicippae, quam ipsi civitas sacerdotem
Publicam constituerat, assimulata, cepit manu
Vittas, & papaver, humerisque reposuit clavem,
Dixit-

non credo, articulus friget. An legendum Τετάχαι δὴ, ibi tam, ut τότε δὴ. Mox ἔχων ed. Ald. & liber Ger.

Vs. 35. ἄμαχε] MS. Voss. ἄμαχος αὖρας. Ambr. etiam ἄμαχος, ut referatur ad Erysichthonem, & sic corrigit Vir doctus in ed. Vascos. Sed ferri potest vulgatum, intellecto ἦσαν. Iidem vs. 38. ἂν vitiose pro ἦν.

Vs. 38. Ἧς δέ τις αἴγειρος] Ἧς pro ἦν, ut saepe Theocrit. Melius aliquanto Ovidius, qui quercum posuit.

Stabat in his ingens annoso robore quercus.

Neque enim populus arbor est umbrosa, [illegible] A. Fabri.

Ibid. αἰθέρι κῦρον] Id est, προσπελάζον, ut explicat Scholiastes Apollonii, *in caelum penetrans*. A. Fabri.

Vs. 39. Τᾷ δ' ὕπο] MSS. Ambr. Voss. Edd. vett. Florent. Froben. Vascos. Ald. Benenat. τῷ δ' ὕπο, quod non mutandum erat. Correctioni locum fecit iota subscriptum, quod deleri debebat. Atque sic restituimus. Mox Ambr. ἐνδίαντι, margo Reg. ἐνδίαντι. Pro πρᾶτα rescripsimus πράτα. MS. Ambr. 2. & Voss. πρᾶτα.

Ibid. τωὔδιον] Τὸ ἔνδιον τωὔδιον, ἔνδιος μεσημβρινός. Hesychius: ἐνδιάονται, μεσημβριάζουσι. A. Fabri.

Vs. 43. Νικίππᾳ] Vulgo Νικίππα. MS. Voss. ᾳ vitiose pro ᾳ. Pro ἔσταν Cl. Th. Bentleius mavult ἔστασαν, non quo & illud rectum sit: (v. H. in L. P. 45. 46.) sed ut frequentia τῆς α vitetur. Sed v. ad H. in L. P. vs. 62. Idem placebat Viro docto in margine edit. Vascos. Ceterum imitatus est Homerum Il. Z. 300. Τὴν γὰρ Τρῶες ἔθηκαν Ἀθηναίης ἱέρειαν.

Vs. 44. γέντο] Eustathius ad Il. Ι. 369. Doricum ait esse, pro ἔλετο, ut ἦλθεν pro ἦλθεν, item Etymol. M. quod sane verum est. Immo est ab antiquo verbo γένομαι vel γέομαι. Hesychius: Γέντο. Ἔλαβεν, λάβε.

Vs. 45. Στέμματα καὶ μάκωνα] Cicero, *Dies ille quo ego Ennam cum* [illegible] Cere-

r;

Φᾶ δὲ παραψήχοισα κακὸν καὶ ἀναιδέα φῶτα,
Τέκνον, ὅτις τὰ θεοῖσιν ἀνειμένα δένδρεα κόπτεις,
Τέκνον ἐλίνυσον, τέκνον πολύθεστε τοκεῦσι,
Παύεο, καὶ θεράποντας ἀπότρεπε· μή τι χαλεφθῇ
Πότνια Δαμάτηρ, τᾶς ἱερὸν ἐκκεραΐζεις.
Τὰν δ' ἄρ' ὑποβλέψας χαλεπώτερον ἠὲ κυναγὸν
Ὤρεσιν ἐν Τμαρίοισιν ὑποβλέπει ἄνδρα λέαινα
Ὠμοτόκος, (τᾶς φαντὶ πέλειν βλοσυρώτατον ὄμμα)
Χάζευ, ἔφα· μή τοι πέλεκυν μέγαν ἐν χροῒ πάξω.
Ταῦτα δ' ἐμὸν θασεῖ στεγανὸν δόμον, ᾧ ἔνι δαῖτας

Αἰὲν

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

47 Ἀνειμένα] Ἀνακείμενα.
48 Πολύθεστε] Πολυπόθητε.

ris cum infulis & verbenis. Eusebius quoque ex Porphyrio refert eam spiceis sertis redimiri solitam, circum quam aliquot papaverum plantae visebantur, quae fertilitatis sunt symbola. VULCAN.

Ibid. Στέμματα] Aliquando potest *infulas* significare & *vellera*, ut apud Aristoph. in Vesp.

—— καὶ φορῶν
Κράσπεδα στεμμάτων.

A. FABRI.

Ibid. Στέμματα] Στέμματα verterat interpres *coronas floreas*, sed non erant Cereris ejusque sacerdotum coronae floreae, verum spiceae. De quibus vide parentem meum ad Hesiodum. TH. GRAEV.

Ibid. κατωμαδίαν] Sic Moschus Cupidini aranti tribuit πήραν κατωμαδίαν. Add. Spanhem. De clavibus κατωμαδίαις vide & locum Huetii e Demonstr. Euang. c. 105. in praefatione Graevii. MS. Ambr. 2. Voss. κλεῖδα.

Vs. 46. παραψήχοισα] Dudum videre viri docti, sic rescribendum esse pro vulgato παραψύχοισα, quod plane est alienum ab hoc loco. Itaque recipere hanc correctionem in textum non dubitavi. v. Arnaldus Anim. p. 80. 81. in primis Piersonum, elegantissimae doctrinae virum, in Verisim. p. 132. qui de confusione verborum ψύχειν & ψήχειν erudite agit, & aliquot loca veterum feliciter restituit. Similiter Ill. Spanhemius ad H. in L. P. 66. corrigit feliciter Apollon. Rhod. III. 1101. καταψήχων reponens pro καταψύχων: & sic plane est in MS. Guelferbytano. Eodem significatu est etiam καταψᾶν, unde καταψήχω ducitur, apud Xenophontem Apol. Socr. p. 706. καταψήσας τὴν κεφαλὴν, *permulcens caput.* Παραψήχειν ἀγανοῖς ἐπέεσσιν est apud Theocritum Id. XIII. 54.

Vs. 47. ἀνειμένα] *Sacra.* Proprie est ἄφετα, quod de animalibus sacratis Deo, & propterea in libertatem dimissis, dici constat. v. Graev. ad Suet. Caes. c. 81. Spencer. de Hirco Emissar. c. 4. Sed de rebus deinde sacris omnibus dicitur. Dictis Spanhemio ad h. l. adde ejusdem notulam ad Joseph. XI. 5. Obs. Misc. III. p. 94.

Vs. 48. ἐλίνυσον] Utrum per unum an duplex ν scribendum sit, dubitari potest in tanta librorum inconstantia. In hoc loco ἐλίννσον habent MSS. Ambr. Ed. Vascos. Apud Aeschyl.

Dixitque permulcens improbum & impudentem hominem,
Fili, qui Diis ſacratas arbores caedis,
Fili, ſuſtine te, fili percare parentibus,
Deſine, & ſervos amove, ne tibi iraſcatur
Diva Ceres, cujus ſacrum exſcindis.
Hanc vero magis truculentis oblique adſpexit oculis, quam venatorem
Montibus in Tmariis ſolet virum leaena
Crudipara, cujus eſſe dicunt truculentiſſimum vultum,
Recede, inquit, ne tibi ſecurim magnam in corpus librem.
Haec vero tectum reddent triclinium mihi, in quo convivia

Aſſi-

ſchyl. Prom. Vinct. 53. omnes editi ἐλίννυσεν, item apud Theocritum, unde tamen Etymol. laudat ἐλίνυσεν, item ex ipſo Callimacho, quem locum inter fragmenta habet Bentlejus, n. 248. Apud Pindarum Nem. v. 2. & Iſthm. II. 69. ἐλίνυσσεν omnes libri editi. Ex Herodoto pariter & Arriano ſic profert Suidas. Locus in epigrammate apud Suidam, quod nunc exſtat in Anthologia, & ſic eſt v. c. l. 67. extr. μὴ ἐλινύειν, exprimitur in editione Kuſteri per duplex ν. Sed in editione principe Suidae eſt ſimplex. Apollon. Rhod. I. 589. ἐλινύεσκεν in omnibus editis, conſentitque MS. Guelferbytanus. At contra ἐλίννυσν, ib. 862. unde tamen Etymol. M. citat ἐλίνυον. Saepe verbo uſus eſt Hippocrates: ſed ejus libri inter utramque ſcripturam fluctuant, ut monet Foëſius in Oecon. qui de hoc verbo videndus. Apud Dionyſ. Halicar. I. p. 26. ἐλινύουσιν ἔργων editur, nec diſcrepat Vaticanus. Quibus inter ſe comparatis, ut alia exempla mittam, mihi ſcriptura ἐλινύειν accuratior videtur: & cum libri Ambroſiani ita habeant, ſitque ita in fragmento edendum, hic quoque eam ſcripturam ſecutus ſum.

Vſ. 48. πολύθεστε] πολυπόθητε, Schol. Sed non video unde fluat. A. Fabri.

Ibid. τέκνον πολύθεστε] Quod non bene a θέσθαι ducit Schol. Apoll. Rhod. negabat ſe ſcire, unde duceretur, Anna Fabri, id eſt a θέσσομαι, ut bene docuit Bentlejus; utque a λίσσομαι fit πολύλλιστος, ſic a θέσσομαι πολύθεστος. v. Rich. Bentlejum ad h. l. & de verbis e θέσσομαι notam elegantiſſimam Hemſterhuſii ad Heſychium v. Ἀπόθεστος.

Vſ. 51. Τὰν δ' ἄρ' ὑποβλέψας] *Ille vero his auditis* &c. Haec eſt vis τῆς ἄρα. Ὑποβλέπειν eſt *limis & iratis oculis adſpicere.* vid. de hoc verbo Dorvill. ad Charit. p. 506.

Vſ. 54 παξῶ] Libri male πάξω. Sic mox MSS. Ambr. ἄξω vitioſe pro ἀξῶ.

Vſ. 55. Ταῦτα δ' ἐμὸν θασσεῖ στεγανὸν δόμον] Scribo θασεῖ, quia puto eſſe Dorice dictum pro θήσει. ut θήσει στεγανὸν idem valeat quod ποιήσει στεγανόν. id eſt, στέξει. Hae arbores (inquit) reddent domum meam tectam, id eſt, uſui erunt ad tegendam domum meam. At ſi θασσεῖ retineatur, non video qui poſſit exponi *cernes*. Steph.

Ibid. θασσεῖ] Optime Stephanus, qui legit θασεῖ, id eſt, θήσει, quod

Αἰὲν ἐμοῖς ἑτάροισιν ἅδην θυμαρέας ἀξῶ.
Εἶπεν ὁ παῖς, Νέμεσις δὲ κακὰν ἐγράψατο φωνάν.
Δαμάτηρ δ' ἄφατόν τι κοτέσατο· γείνατο δ' ἁ θεύς·
Ἴθματα μὲν χέρσω, κεφαλὰ δέ οἱ ἅψατ' Ὀλύμπω.
Οἱ μὲν ἄρ' ἡμιθνῆτες, ἐπεὶ τὰν πότνιαν εἶδον,
Ἐξαπίνας ἀπόρουσαν, ἐνὶ δρυσὶ χαλκὸν ἀφέντες.
Ἁ δ' ἄλλως μὲν ἔασεν, (ἀναγκαίᾳ γὰρ ἕποντο
Δεσποτικὰν ὑπὸ χεῖρα) βαρὺν δ' ἀπαμείψατ' ἄνακτα,
Ναὶ ναί, τεύχεο δῶμα, κύον, κύον, ᾧ ἔνι δαῖτας
Ποιη-

est ποιήσει στεγανὸν, id est, στέξει, *teget*, *tectam reddet*, *tectam faciet*; nam Dorienses accentum semper in ultimam rejiciunt. A. Fabri.

Ibid. Ταῦτα δ' ἐμὸν θασεῖ &c.] An legendum ἐμοί? Δόμος non est *domus*, quae jam tecta erat, sed *triclinium*, quod subjecta descriptio docet. Sic dixit Theocritus Id. XVII. 17. χρύσεος δόμος ἐν Διὸς οἴκῳ δέδμηται, *aureum cubiculum*, & apud Aelian. V. H. III. 14. οἰκίαι καὶ δώματα junguntur, ut totum & pars. Sic & οἶκον de coenaculo dici docet Pollux I. 8. & οἴκημα dixit Joseph. Ant. XX. 8. ult. ubi οἴκημα male vertitur *aedificium*, cum sit *diaeta* vel *triclinium*, ut ipse mox vocat. Erysichthon igitur volebat lacunar struere in triclinio, seu coenaculum laqueatum efficere, in quo caenaculi praecipuus ornatus. Atque hoc est, ut opinor, potius ἐμοὶ στεγανὸν δόμον θεῖναι, quam ἐμὸν δόμον στεγανόν. Sed de hac conjectura liberum cuique sit judicium; neque enim prorsus necessaria est, modo sensus τοῦ δόμου teneatur, qui est certus. Infra vs. 64. est δῶμα.

Ibid. θασσεῖ] Rectissime Stephanus judicavit legendum θασεῖ, Dorice pro θήσει. Firmant MSS. Vat. & Voss. in quibus est θήσει, neglecto Dorismo in prima syllaba. Pindarus Isthm. I. 3. habet θάσομαι pro θήσομαι. Cl. Th. Bentleji ratio, ut sit a θεάομαι s. θάομαι, ut supra vs. 3. duriorem sensum efficit, ceterum in scriptura nihil mutat. Supra quoque libris auctoribus e θασσεῖσθε fecimus θασεῖσθε.

Vs. 57. Νέμεσις δὲ κακὰν ἐγράψατο φωνάν] Verti, *Nemesis mala verba notavit*, utpote filia Justitiae, & vindex arrogantiae in verbis & factis. Hinc nonnulli Nemesim una manu frenum, altera mensuram cubiti tenentem finxerunt. quod declarat distichon apud Graecos celebre,

Ἡ Νέμεσις προλέγω τῷ πήχει, τῷ τε χαλινῷ,
Μὴ ἄμετρόν τι ποιεῖν, μήτ' ἀχάλινα λέγειν.

Pausanias etiam in Atticis scribit τὴν Νέμεσιν θεῶν μάλιστα ἀνθρώποις ὑβρισταῖς ἀπαραίτητον εἶναι. Vulcan.

Ibid. Νέμεσις δὲ κακὰν ἐγράψατο φωνάν] In verbo ἐγράψατο frustra haesere Viri docti, aliis ἐδράξατο corrigentibus, Th. Bentlejo ἐπεμάξατο, i. e. *imis sensibus abdidit*. Libri tribuuntur a Poëtis Jovi, Parcis, aliisque Diis, quibus cura rerum humanarum, in utramque partem. Jovis διφθέραι notissimae sunt. Parcis liber tribuitur apud Lucianum in Cataplo c. 5. Apud Aeschylum in Eumenid. 273. Pluto vocatur εὔθυνος, mortalium judex, eique tribuitur δελτόγραφος φρὴν, memoria eorum, quae libris scripta habet. Schol. ἐφορᾷ δὲ πάντα, ἀναγραφόμενος αὐτὰ τῇ ἰδίᾳ δέλτῳ. Sed nihil insignius est fragmento Euripidis apud Stobaeum, in Florileg. Grotii p. 121. quod mihi indicavit Cl. Ruhnkenius:

Δι-

Aſſidue amicis meis jucunda agitem.
Dixit juvenis: at Nemeſis impiam in literas retulit vocem.
At Ceres infandam concepit iram, factaque eſt Dea ipſa.
Veſtigia quidem in ſolo, caput autem fixit coelo.
Tum illi quidem ſemianimes, cum Deam viderent,
Repente retro ruerunt, relicto in quercubus ferro.
Ipſa autem ceteros quidem omiſit (neceſſitate enim ſequebantur
Domini ſub manu) improbumque allocuta eſt dominum:
Vero, vero, ſtrue triclinium, canis, canis, in quo convivia

Agi-

Δοκεῖτε πηδᾶν τ' ἀδικήματ' εἰς θεοὺς
Πτεροῖσι, κἄπειτ' ἐν Διὸς δέλτου πτυχαῖς
Γράφειν τιν' αὐτὰ &c.

Similiter ergo Nemeſi ſeu Adraſteae libri tribuuntur. Nonnus Dionyſ. XXXVII. p. 942. 29. Νέμεσις δὲ τόσην ἐφθέγξατο φωνήν. quae ſunt manifeſte ex imitatione hujus loci Callimachei, unde Cunaeus corrigebat ἐγράψατο.

Vſ. 58. γείνατο δ' ἁ θεῦς] Virgilius Aen. VII. 419. loco ſimili de Furia: *Fit Calybe:* quo plane exprimitur γείνατο δ' ἁ θεῦς.

Ibid. ἁ θεῦς] Forſan in hac voce θεῦς reprehendi poſſet Callimachus: etenim ut poſſit dici θεῦς, prius dici oportuit θοῦς; θεὸς, θοῦς, quod non ferri poſſet: ergo nec θεῦς: miror non vidiſſe Caninium. Sic etiam verſu 130. θεῦν legitur. A. Fabri.

Vſ. 59. Ἴθματα μὲν χέρσῳ] Homerus Ἰλιάδ. δ de Contentione,

Ἥ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

Virgilius utrunque imitatus, Famae hoc accommodat, lib. 4. Aeneid.

Parva metu primo, mox ſeſe attollit in auras
Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit.

De quibus locis vid. Caeſ. Scaligerum in Critico. Vulcan.

Ibid. Ἴθματα μὲν χέρσῳ] Delevi jota ſubſcriptum, quod inſcitia librariorum addidit. Nam ἅψατο genitivos deſiderat, ut dudum videre viri docti.

Vſ. 60. ἡμιθνῆτες] Doriſmus videtur deſiderare ἁμιθνῆτες. Theocritus aliquoties ἁμίθεοι. Sed hoc ſine libris corrigere non ſum auſus, quia apud Pindarum in talibus verbis, quantum recordor, in editionibus eſt ſemper η, quod tamen fortaſſe & ipſum, ut alia talia in illo poëta, librariis debetur. At mox ἐξαπίνας pro ἐξαπίνης dare non dubitavi, quod ſic conſtanter Pindarus & Theocritus habent etiam in editis.

Vſ. 62. Ἁ δ' ἄλλως] Si ad famulos modo & verſus proxime ſuperiores pertinet, legendum eſt αὐτώς; ſed potius refertur ad ſequentia & ad βαρὺν ἄνακτα, ut nihil tentandum videatur. Edd. vett. ἔασσεν, quod recte correxit Stephanus, conſentiuntque ſcripti noſtri omnes. v. Clark. ad Homer. Il. Δ. 43. ubi bene reprehendit Barneſium ob duplicatum multis Homeri locis temere τὸ σ in hac voce, producendae, ut putabat, ſyllabae cauſſa, quod fecit etiam in aliis verbis, ut notat Cel. Valkenar. ad Hom. Il. XXII. 398. Sed ob ean-

 dem

Ποιησεῖς· θαμιναὶ γὰρ ἐς ὕστερον εἰλαπίναι τοι.
Ἁ μὲν τόσσ' εἰποῖσ' Ἐρυσίχθονι τεῦχε πονηρά.
Αὐτίκα οἱ χαλεπόν τε καὶ ἄγριον ἔμβαλε λιμὸν,
Αἴθωνα, καρτερόν· μεγάλᾳ δ' ἐστρεύγετο νούσῳ.
Σχέτλιος ὅσσα πάσαιτο, τόσων ἔχεν ἵμερος αὖτις.
Εἴκατι δαῖτα πένοντο, δυώδεκα δ' οἶνον ἄφυσσον.
Τόσσα Διώνυσον γὰρ ἃ καὶ Δάματρα χαλέπτει.
Καὶ γὰρ τᾷ Δάματρι συνωργίσθη Διόνυσος.
Οὔτε μιν εἰς ἐράνως οὔτε ξυνδείπνια πέμπον
Αἰδόμενοι γονέες. προχανὰ δ' εὑρίσκετο πᾶσα.
Ἦνθον Ἰτωνιάδος μιν Ἀθαναίας ἐπ' ἄεθλα

Ὀρ-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

74 Προχανὰ] Πρόφασις.

75 Ἦνθον Ἰτωνιάδος] Ἰτὼν, πόλις Θεσσαλίας, ἔνθα τιμᾶται Ἀθηνᾶ. γένος δὲ ἐπίσημον οἱ Ὀρμενίδαι.

dem rationem & multo magis saepe temere a librariis litera haec duplicata est. Mox edit. Ald. vitiose *ἀμαλείψατο* pro *ἀπαμείψατο*.

Ibid. *ἀναγκαία γὰρ ἕποντο Δεσποτικὴν ὑπὸ χεῖρα*] Intelligo, Necessitati parebant, quum essent sub domini sui potestate, ita ut ejus imperium detrectare nullo modo possent. STEPHAN.

Vs. 66. *Ἁ μὲν τόσσ'*] Sic Latini, *tantum effata*. Virgil. A. FABRI.

Vs. 67. 68. *λιμὸν, Αἴθωνα* &c.] Dictis Spanhemii multa addere, necesse non est. Vid. Suidas in h. v. Interpretes ad Aelian. V. H. I. 27. Reines. Var. Lect. III. 2. p. 370. *Ἐστρεύγετο* est verbum Homericum ex Il. O. 512. (unde eleganter eodem tempore Hesychium in *Θαστρεύεσθαι* correxere celeberrimi Viri, Taylorus & Valkenarius) Od. M. 351. ad quae loca vid. Eustathius. Sed de hoc verbo & altero, unde per syncopen natum ait Eustathius, erudite egit Cl. Valkenar. Animadv. ad Ammon. p. 130.

Vs. 69. *Σχέτλιος, ὅσσα πάσαιτο, τόσων ἔχεν ἵμερος αὖτις*] Ex hac interpunctione, quae inde a Stephano invaluit, corrigendum foret *ἵμερον*. Nam *ἔχεν* refertur ad *σχέτλιος*, & sequi adeo debet accusativus. Verum editiones veteres non interpungunt post *σχέτλιος*: quod rectum est, idque nos secuti sumus. Est forma exquisitior, pro *σχέτλιον, ὅσσα πάσαιτο*, casus accommodatur proxime sequenti verbo. Phrasis Callimachia est pariter apud Theocritum Id. XVI. 65. *αἰεὶ δὲ πλεόνων ἔχοι ἵμερος αὐτόν*.

Ibid. *πάσαιτο*] Lexicorum auctores ducunt a *πάομαι*, faciuntque ejus alteram significationem; quod mihi non placet. Clarum est ex eo, quod *πάσασθαι*, cum possidendi significatione dicitur, semper primam longam habet, at brevem, cum edendi vi dicitur, ut veteres etiam Grammatici, v. c. Ammonius, notavere. Nam ejusdem verbi ac temporis eadem littera non potest diversam quantitatem habere, nec quantitas muta-

Agites. Crebrae enim poſtea epulae tibi.
Tantum illa dixit, & Eryſichthoni paravit peſtem.
Extemplo gravem ei & ſaevam injecit famem,
Diram, validam: magno ipſe tabeſcere coepit morbo.
Miſer quantum ederat, tantum rurſus appetebat.
Viginti epulas ſtruebant, duodecimque vinum miniſtrabant:
Eadem enim Bacchum, quae Cererem, laedunt.
Itaque & cum Cerere iraſcebatur Bacchus.
Non igitur nec ad eranos, nec ad convivia mittebant
Prae pudore parentes, praetextusque reperiebatur quicunque.
Venerant Itoniae Minervae ad certamina

Vo-

mutatur ſignificatione. Dico igitur, *πάσασθαι*, *edere*, eſſe a *πάσσομαι*, verbo impuro, in quo *α* in aoriſto primo per analogiam linguae breve eſt, cum ſit in puro *πάομαι* longum. Nec analogia modo nitor, ſed etiam auctoritate veterum. Heſychius: *Πάσσεται. ἐσθίει.* A *πῶ* eſt *πάω*; unde ducitur *πάσσω*, ut Euſtathius agnoſcit ad Il. Γ. p. 337. Ex origine autem & etymologia *πάομαι* & *πάσσομαι* idem ſignificant, ſed uſus invaluit, ut illud de poſſeſſione, hoc de eſu caperetur. Add. ad vſ. 128.

Vſ. 70. *δαῖτα πένοντο*] A Voſſ. abeſt *δαῖτα*, & pro *πένοντο* ſcribitur *κατένοντο*. Mox idem *ἄφυσσον*.

Vſ. 71. 72. In his verſibus ſemper offendit animus. Tentavi ſuccurrere in altero corrigendo: *Τῷ καὶ τᾷ Δάματρι*, quae forma admodum frequens eſt apud Callimachum, H. in Del. 275. Lav. P. 29. &c. Sed melius eſt, quod Ruhnkenio V. C. placet Ep. Crit. II. p. 38. alterum eſſe ſpurium. Ineſt manifeſta & frigida tautologia. Uter ſpurius ſit, dubitationem habere poteſt. Primus ſane eſt numeroſior, unde Cl. Ruhnkenius alterum *Καὶ γὰρ* &c. rejicit. Ego nihil definierim. Non poſſum intelligere, quomodo cui in mentem venerit hunc verſum addere, cujus initium non bene convenit praecedenti. Sed ſi priorem tollas, verſus alter in parentheſi poſitus apte cohaeret praecedentibus. Voluit deinde in genere rem quis enunciare, quae in hoc verſu eſſet, & ejus veluti rationem reddere verſu in margine ſcripto: *Τόσσα Διώνυσον* &c. iſque deinde in textum, atque etiam alieno loco migravit. Aptior enim foret, ſi poſteriori loco poneretur.

Vſ. 72. *συνωργίσθη Διόνυσος*] Etenim illi ſacra communia erant cum Cerere. Sophocles in Antigone:

—— *μέδεις δὲ παγ-*
κοίνου Ἐλευσινίας
Δηοῦς ἐν κόλποις.

Ubi Scholiaſtes, *παγκοίνου, ὅτι κοινὰ τὰ μυστήρια Δήμητρος καὶ Διονύσου.* A. FABRI.

Vſ. 75. *Ἦνθον Ἰτωνιάδος*] *Ἦνθον* pro *ἦλθον*, Dorice. *Ἰτωνιάδος*, Minervae Itoniae templum erat in campo, ante Coroneam Boeotiae civitatem, ubi *Παμβοιώτια* celebrabantur: vocatur autem Itonia, *ἀπὸ Ἰτωνίου τοῦ Ἀμφικτύονος*. A. FABRI.

Vſ. 76.

Ὁρμενίδαι καλέοντες· ἀπ' ὧν ἠρνήσατο μάτηρ·
Οὐκ ἔνδοι. χθιζὸς γὰρ ἐπὶ Κρανῶνα βέβηκε,
Τέλθος ἀπαιτήσων ἑκατὸν βόας. ἦνθε Πολυξὼ,
Μάτηρ Ἀκτορίωνος, (ἐπεὶ γάμον ἄρτυε παιδὶ)
Ἀμφότερον, Τριόπαν τε καὶ υἱέα, κικλήσκοισα.
Τὰν δὲ γυνὰ βαρύθυμος ἀμείβετο δακρυχέοισα,
Νεῖταί τοι Τριόπας· Ἐρυσίχθονα δ' ἤλασε κάπρος
Πίνδον ἀν' εὐάγκειαν, ὁ δ' ἐννέα φάεα κεῖται.
Δειλαία, φιλότεκνε, τί δ' οὐκ ἐψεύσαο, μᾶτερ;
Δαίνυεν εἰλαπίνας τις; ἐν ἀλλοτρίοις Ἐρυσίχθων.
Ἄγετό τις νύμφαν; Ἐρυσίχθονα δίσκος ἔτυψεν,
Ἢ ἔπεσ' ἐξ ἵππων, ἢ ἐν Ὄθρυϊ ποίμνι' ἀριθμεῖ.
Ἐνδόμυχος δ' ἤπειτα πανάμερος εἰλαπιναστὰς
Ἤσθιε μυρία πάντα· κακὰ δ' ἐξάλλετο γαστὴρ

Αἰεὶ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

77 Ἐπὶ Κρανῶνα] Πόλις Θεσσαλίας.
78 Ἦνθε Πολυξὼ] Ἐπίσημος αὕτη.
80 Καὶ υἱέα] Τὸν Ἐρυσίχθονα.
82 Νεῖταί τοι Τριόπας] Ἔρχεται.
85 Δαίνυεν εἰλαπίνας] Εἰ ἑστιῶν φίλους ἦν τὶς, ἐζητεῖτο δὲ Ἐρυσίχθων, ἔλεγεν ἡ μήτηρ, Ἐν ἀλλοτρίοις οἰκήμασιν ἐστίν.
89 Κακὰ δ' ἐξάλλετο] Ηὐξάνετο ἐπὶ τῷ ἐσθίειν.

Vſ. 76. ἀπ' ὧν ἠρνήσατο μάτηρ] Feci ex ὗν, ut eſſet ὧν, quia ſic ſemper Dores poëtae. In altero ἠρνήσατο nil mutavi, quia ſic & hic & vſ. 107. libri conſtanter omnes habent. Ed. Vaſcoſ. vitioſe ἀφ'.

Vſ. 77. Οὐκ ἔνδοι] Dorice pro ἔνδον. ideoque intelligendum eſt reſponderi, *Non eſt intus*, *Non eſt domi*. Quod ſi verba illa, οὐκ ἔνδοι, admittere poſſent hanc interpretationem, *Non opus eſſet*, multo tamen illa eſſet aptior. STEPHAN.

Ibid. Ουκ ἔνδοι] Οὐκ ἔνδον. ita Sophocles uſurpat. ἐκ ἐκτός; hoc eſt, non hinc abis? VULCAN.

Ibid. Κρανῶνα] MS. Reg. & Edd. vett. Κραννῶνα. Mutavit Benenatus, quem Stephanus, aliique omnes ſecuti ſunt. Scripturam, quae ſimplici litera ν utitur, praefert alteri Drakenb. ad Liv. XXXVI. 10.

Vſ. 78. Τέλθος] MS. Voſſ. τέλος, & mox Ambr. ἦλθε.

Vſ. 82. Νεῖται] ἔρχεται, Schol. *ibit:* nam Graeci praeſenti pro futuro utuntur: ita apud Homerum ſaepe εἶμι pro ſuturo reperiés. A. FABRI.

Vſ. 82. ἤλασε κάπρος] Verbum proprium in hac re eſſe oſtendit Homeri locus Odyſſ. Τ. 393. Οὐλὴν, τήν ποτέ μιν σῦς ἤλασε λευκῷ ὀδόντι.

Vſ. 83. Πίνδον ἀν' εὐάγκειαν] Repono Πίνδω. & interpretor ἀν' εὐάγκειαν Πίνδω, in pulchris vallibus Pindi mon-

Vocantes Ormenidae: negabat mater venturum.
Foris eſt. Heri enim Cranona profectus eſt,
Creditum exacturus, centum boves. Venerat Polyxo,
Mater Actorionis (nam filio parabat nuptias)
Utrumque, Triopam & filium invitans.
Huic vero triſtis femina reſpondit, lacrimis fuſis:
Peregre tibi eſt Triopas: Eryſichthonem autem percuſſit aper
Pindi in convallibus; at ille nonum jam diem decumbit.
Miſera, amans filium, quid non mentita es, mater?
Parabat convivium aliquis? Peregre eſt Eryſichthon.
Ducebat aliquis nuptam? Eryſichthonem diſcus percuſſit,
Aut lapſus ex equo eſt, aut in Othrye greges numerat.
Domi autem abditus poſtea per totum diem convivator
Comedebat immenſa: at improba irritabatur fames
Sem-

montis, vel in pulchro clivo, & amoeno. STEPHAN.

Ibid. Πίνδον ἀν' εὐάγκειαν] H. Steph. reponit Πίνδω. De quo τὸ παρὸν ἐπέχω. VULCAN.

Ibid. Πίνδον ἀν' εὐάγκειαν] Conſentiunt viri docti inde a Stephano, legendum Πίνδω: malim Dorice Πίνδω. Εὐάγκεια Pindi idem eſt cum illo Pindari Pyth. IX. 27. 28. Πίνδω κλεενναὶ πτυχαί. vſ. ſequ. MS. Voſſ. Δειλαία τυ φιλότ.

Vſ. 87. Ἢ ἔπεσ' ἐξ ἵππων] Si Eryſichthon ex equo lapſus eſt, Callimachus ſcripſiſſe debuit ἐξ ἵππω· quem genitivum Doricum vir doctus hic etiam reponi volebat. Sed ſic verſus incondite hiat. Igitur ἔπεσ' ἐξ ἵππων interpretor *cecidit de curru.* ἵπποι Graecis, *equi* Latinis, ſaepiſſime pro *curru* dicuntur. Homer. Il. H. 15. Ἰφίνοον βάλε δουρὶ—ἵππων ἐπιάλμενον ὠκειάων. —— ὁ δ' ἐξ ἵππων χαμάδις πέσε. quem locum recte de *curru* accipit Clarkius. Ariſtophan. Nub. vſ. 1275. Ἵππων γ' ἐλαύνων ἐξέπεσον. v. P. Burman. ad Ovid. Art. Amat. I. 214. RUHNKEN.

Ibid. ἀριθμεῖ] Ambr. 2. & Voſſ. ἀμέλγει. Reg. ἀμ..... ſuperſcripto ἀριθμεῖ. Elegantem vocat hanc lectionem, nec tamen vulgatae praefert Cl. Ruhnkenius Ep. Crit. II. p. 38. Recte. Nam ἀμέλγειν eſt opus ſervile, quod non convenit Eryſichthoni. At numerare eſt domini cura & opus, ut ſaepe apud Theocritum, apud quem etiam Augias quidam rus venit κλῆσιν ἐποψόμενος, cujus rei pars eſt, numeros pecorum inire. Verſu proximo e πανήμερος feci πανάμερος.

Vſ. 89. κακὰ δ' ἐξάλλετο γαστὴρ] Omnino ſuſpectum mihi eſt verbum ἐξάλλετο: ſed quod in ejus locum poſſim ſubſtituere non invenio: quum nec ἐξάλθετο, nec ἐξείλλετο, proponere audeam. STEPHAN.

 Ibid.

Αἰεὶ μᾶλλον ἔδοντι. τὰ δ' ἐς βυθὸν οἷα θαλάσσας
Ἀλεμάτως ἀχάριστα κατέρρεεν εἴδατα πάντα.
Ὡς δὲ Μίμαντι χιὼν, ὡς ἀελίῳ ἔνι πλαγγὼν,
Καὶ τούτων ἔτι μεῖζον ἐτάκετο· μέσφ' ἐπὶ νευρὰς
Δειλαίῳ ἶνές τε καὶ ὀστέα μῶνον ἔλειφθεν.
Κλαῖε μὲν ἁ μάτηρ, βαρὺ δ' ἔστενον αἱ δύ' ἀδελφαὶ,
Χὡ μαστὸς, ὃν ἔπινε, καὶ αἱ δέκα, πολλάκι, δῶλαι.
Καὶ δ' αὐτὸς Τριόπας πολιαῖς ἐπὶ χεῖρας ἔβαλλε,
Τοῖα τὸν οὐκ ἀΐοντα Ποσειδάωνα καλιστρέων·
Ψευδοπάτωρ, ἴδε τόνδε τεοῦ τρίτον· εἴπερ ἐγὼ μὲν
Σεῦ τε καὶ Αἰολίδος Κανάκης γένος. αὐτὰρ ἐμεῖο

Τοῦτο

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

91 Ἀλεμάτως] Ματαίως.
92 Πλάγγων] Ἡ κήρινος νύμφη.
96 Χὼ μαστὸς ὃν ἔπινε] Καὶ ὁ μαστὸς ὃν ἔπινεν, ἤγουν ἡ τροφός.
100 Αἰολίδος Κανάκης γένος] Ἡ Κανάκη μήτηρ Τριόπα, θυγάτηρ Αἰόλου.

Ibid. ἐξάλλετο] ἠξάνετο, Schol. Nescio unde, nisi ab ἄλλεσθαι, *subsilio*, ut jejunis solet evenire. A. FABRI.

Ibid. κακὰ δ' ἐξάλλετο γαστὴρ] In hac lectione consentiunt libri omnes, eamque defendit Spanhemius, sed copiosus ille alias interpres nihil, quo tueatur, adfert. Stephano ἐξάλλετο suspectum est, itemque Th. Bentlejo, qui varias & suas & aliorum conjecturas profert, quas commemorare non est necesse, quando vulgatum bene explicari & illustrari potest. Verbum ἐξάλλεσθαι significat *vehementem cupiditatem ventriculi improbi.* Sic enim κακὰ interpretantur Latini de fame. Hujus ipsius quidem verbi nullum mihi exemplum observatum est, nisi quis huc vocare velit illud Theocriti III. 37. ἄλλεται ὀφθαλμὸς, quod est omen videndae mox rei, quam vehementer cupimus videre. Sed verba ejusdem significationis dici de vehemente cupiditate docere possum. Καρδία πηδᾷν dicitur, vehementer expetens & cupiens aliquid, apud Aristophanem Nub. 1393. ut ibi bene interpretatur Kusterus; unde duxit Philostratus Vita Apollon. I. p. 46. ubi videndus Olearius, quem latebat, hanc formam ex Aristophane ductam esse, eamque & alii imitati sunt. Aristaenetus Epist. II. 5. ἐκπηδᾷν καρδίαν dixit. Idem imitatus est Juvenalis VI. 318. *saltante libidine*, quod prorsus convenit τῷ ἐξάλλεσθαι Callimachi.

Vs. 91. ἀχάριστα κατέρρεεν] Ita infra Epig. Θ'. ὅσσα τ' ὀδόντων Ἔνδοθι, νειαίραν τ' εἰς ἀχάριστον ἔδυ. Significat vero hoc loco, nullum Erysichthoni ex cibis nutrimentum accessisse. VULCAN.

Ibid. ἀχάριστα κατέρρεεν] Elegantia hujus verbi ἀχάριστον usus est etiam alibi in fragm. Bentl. CVI. 4.

Vs. 92. ὡς ἀελίῳ ἔνι πλάγγων] Pupam significat, aut ludicrum aliquod simulacrum e cera confectum. Rectius πλαγγὼν, ut in Aldina & Basileensi editione. Suidas, τὰ μειράκια θρυπτόμενα παρὰ ταῖς τίθαις, στωμύλλεσθαι

Semper magis edenti, atque velut in fundum maris
Frustra ingrati defluebant cibi omnes.
Utque in Mimante nix, ut in sole cerea pupa,
Atque his adeo magis, tabescebat, donec praeter nervos,
Misero & fibrae & ossa sola relinquerentur.
Plorabat quidem mater, graviterque gemebant duae sorores,
Et nutrix, quae illum lactaverat, & decem, saepe, servae.
Atque ipse insuper Triopas manus immisit canis,
Sic non audientem Neptunum invocans:
False pater, vide hancce tertiam tuam stirpem: si quidem ego
Tuus & Aeoliae Canaces filius: at mihi

Mise-

λεσθαι καὶ λέγειν περὶ κρόκης καὶ στημόνων, καὶ πλαγγόνων ἐάσωμεν. VULCAN.

Ibid. πλάγκων] Ornamentum quoddam puellare ex cera, aliter δαγύς. Est & imago cerea; sed legitur πλαγγών. A. FABRI. Et sic omnino legendum. Hesych. Πλαγγών. κήρινόν τι κοροκόσμιον. Cerea puppa, qua ornabantur puellae. vid. & Etymol. magnum. TH. GRAEV.

Ibid. πλαγγὼν] Sic MSS. Reg. & Voss. Edd. Flor. Ald. Frob. Graev. nisi quod Flor. Ald. Frob. penultimam acuunt. In editione Vascosana credo πλαγκὼν irrepsisse vitio operarum, quod Benenatus & Stephanus male servarunt, secutique sunt Vulcanius & alii. Locis ab Ill. Spanhemio allatis adde Gloss. Philox. *Pupae*, πλαγγόνες, & erudite ac copiose dicta a Dorvillio ad Charitonem p. 157. & quos ibi laudat.

Vs. 94. ἶνές τε καὶ ὀστέα] Theocrit. Idyll. 2.

Καί μευ χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνετο πολλάκι θάψῳ.
Ἔῤῥευν δ' ἐκ κεφαλῆς πᾶσαι τρίχες, αὐτὰ δὲ λοιπὰ
Ὀστέ' ἔτ' ἦς καὶ δέρμα.

& Idyll. 4.

Τήνας μὲν δή τοι τᾶς πόρτιος αὐτὰ λέλειπται
Τ' ὠστία.

& Horat. lib. 5. Carm. Od. 17.

—— *& verecundus color*
Reliquit ossa pelle amicta lurida.

A. FABRI.

Ibid. Tautologia est in h. l. Nam νευραὶ & ἶνες nihil admodum differunt. Itaque Cl. Valkenarius corrigit Δειλαίῳ ῥινός τε κ. ὀ. Et usitata est in tali descriptione mentio cutis, ut patet e loco Theocriti, Annae commemorato. Sed ἶνές vix sunt a peccante librario. MS. Voss. habet μέσφ' ἐνὶ πλευρὰς, quod non displicet, si aut ἐπὶ fiat ex ἐνὶ, aut πλευραῖς pro πλευράς.

Ibid. ὀστέα μοῦνον ἔλειφθεν] MS. Vat. Ambr. Edd. vett. usque ad Froben. ἔλιφθεν, quod restitui. Sic & Apollon. Rh. I. 1325. editi & codex Guelferbytanus, ubi codex Laurentianus usitatius ἔλειφθεν vitiose substituit. Eandem formam recte Manethoni restituit Dorvillius ad Chariton. p. 325. ubi vide. Phrasis eadem est apud Theocritum, cujus loca attulit Daciera.

Vs. 96. Χὼ μαστὸς τὸν ἔπινε] Ut *nutrices* apud Catullum pro *mammis*, ita hic *mamma* pro *nutrice*. A. FABRI.

Ibid. Χὼ μαστὸς τὸν ἔπινε] Χὼ deest in MS. Voss. Pro ἔπινε MSS. Ambr. ἔπωνε, Voss. ἔπυνε. Mox πολλάκι est διὰ μέσου, ut Grammatici Graeci loquun-

Τοῦτο τὸ δείλαιον γένετο βρέφος. αἴθε γὰρ αὐτὸν
Βλητὸν ὑπ' Ἀπόλλωνος ἐμαὶ χέρες ἐκτερέϊξαν·
Νῦν δὲ κακὰ βούβρωστις ἐν ὀφθαλμοῖσι κάθηται.
Ἦ οἱ ἀπόστασον χαλεπὰν νόσον, ἠέ μιν αὐτὸς
Βόσκε λαβών. ἁμαὶ γὰρ ἀπειρήκαντι τράπεζαι.
Χῆραι μὲν μάνδραι, κενεαὶ δέ μοι αὔλιες ἤδη
Τετραπόδων. ἤδη γὰρ ἀπηρνήσαντο μάγειροι.
Ἀλλὰ καὶ οὐρῆας μεγαλᾶν ὑπέλυσαν ἁμαξᾶν,
Καὶ τὰν βῶν ἔφαγεν, τὰν Ἑστίᾳ ἔτρεφε μάτηρ,
Καὶ τὸν ἀεθλοφόρον καὶ τὸν πολεμήϊον ἵππον,
Καὶ τὰν αἴλουρον, τὰν ἔτρεμε θηρία μικκά.
Μέσφ' ὅτε μὲν Τριόπαο δόμοις ἔνι χρήματα κεῖτο,
Μῶνοι ἄρ' οἰκεῖοι θάλαμοι κακὸν ἠπίσταντο.
Ἀλλ' ὅτε τὸν βαθὺν οἶκον ἀνεξήραινον ὀδόντες,
Καὶ τόθ' ὁ τῶ βασιλῆος ἐνὶ τριόδοισι καθῆστο,
Αἰτίζων ἀκόλως τε καὶ ἔκβολα λύματα δαιτός.
Δάματερ, μὴ τῆνος ἐμὶν φίλος, ὅς τοι ἀπεχθής,
Εἴη, μηδ' ὁμότοιχος· ἐμοὶ κακογείτονες ἐχθροί.

Εἶπε-

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

109 Τὰν Ἑστίᾳ ἔτρεφε] Ἥντινα τῇ Ἑστίᾳ ἔτρεφεν ἡ αὐτοῦ μήτηρ.
111 Καὶ τὰν αἴλουρον] Τὸν ἰδιωτικῶς λεγόμενον κάττον.
Θηρία μικκά] οἱ μύες.
114 Ἀνεξήραινον] Ἔρημον ἐποίουν.
116 Ἀκόλως] Ἄρτως.

quuntur, referturque ad ἔστυε, quod interpunctione indicavi. Sed Cl. Valkenarius hunc versum spurium judicat. Est sane durum, *μαστὸς ἔκλαιε.* Sed nutricis commoda est mentio, ut videbunt omnes, qui poëtas cognoverunt. Et usitatum est nutrices tali modo exprimere. Epigr. LIV. *ἀγαθὸν γάλα*, *bona nutrix.*

Vs. 101. αὐτὸν] Αὐτὸν referri oportet ad Erysichthonem, non vero ad βρέφος. TH. GRAEV.

Vs. 102. ἐκτερέϊξαν] Ed. Ald. ἐκτερέϊσαν, vitiose. Mox βούβρωστις, & κάθηνται. vs. 105. ἀπηρείκαντι editiones veteres omnes.

Vs. 103. βούβρωστις] Supra vocavit χαλεπὸν, ἄγριον, αἴθωνα, κρατερὸν λιμόν. vers. 66. VULCAN.

Vs. 109. Ἑστίᾳ] Nota bovem in honorem Vestae. A. FABRI. De Vesta Graecorum vide Magni Ezech. Spanhemii dissertationem pulcherrimam & eruditissimam quae subnectitur Seguini numismatibus selectis. TH. GRAEV.

Vs. 110. πολεμήϊον ἵππον] Dictis

Ill.

Misera haec nata est proles. Utinam enim ipsum
Percussum ab Apolline meae manus funerassent.
Nunc vero improba fames in oculis sedet.
Aut depelle ab ipso gravem morbum, aut eum ipse
Sume & devora. Nam meae defecerunt mensae:
Vacua quidem stabula, vacuaeque mihi jam caulae
Quadrupedum: jam enim etiam coqui fessi sunt.
Enimvero etiam mulos a magnis solverunt plaustris,
Et bovem devoravit, quam Vestae alebat mater,
Et curulem bellicumque equum,
Et felem, quam horrent bestiae parvae.
Et quoad quidem in Triopae aedibus res erat,
Hactenus soli domestici thalami malum sciebant:
Sed postquam lautam rem familiarem absumserant dentes,
Ibi tum regis ille filius in triviis sedebat,
Mendicans bucellas & rejiculas coenae sordes.
Ceres, ne ille mihi sit amicus, qui tibi invisus est,
Neque contubernalis: mihi vicini improbi sunt invisi.

Dici-

III. Spanhemio adde ejusdem notam ad Aristoph. Nub. 28.

Vs. 111. Καὶ τὰν αἴλουρον] Barnesius putat Callimachum allusisse ad Homer. Batrachom. 51. ubi mus ait: Πλεῖστον δὴ γαλέην περιδείδια. At Dawesius in Miscell. Crit. p. 262. quod hic locus obstat invento ejus, αἰόλουρος esse verum verbum, non αἴλουρος, hunc hymnum spurium judicat, eumque etiam materia futilem, & in metro & sermone vitiosum dicit. Quod ad verbum attinet, non firmum argumentum pro forma αἰόλουρος ducitur ex etymologia, quam Grammatici dicunt esse ab αἰόλλω & οὐρά. Nam nec certae sunt Grammaticorum etymologiae, & interdum longius verba ab etymologia recedunt. Itaque stultum foret, si quis hoc argumento fretus tot loca, ubi αἴλουρος in omnibus libris est, corrigere vellet, & substituere verbum, quod in nullo libro reperitur.

Vs. 114. ἀνεξήραινον] Metaph. sumta ab iis qui puteos exhauriunt atque exsiccant. VULCAN.

Ibid. ἀνεξήραινον] Id significat quod vulgo nos dicimus, *mettre a sec.* Sic Theocrit. Idyll. 1.

τὸ παιδίον οὔ πρὶν ἀνάσειν
Φατὶ πρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξοι.

quod certe maxime notandum. A. FABRI.

Ibid. ἀνεξήραινον ὀδόντες] Grammatica temporum ratio desiderat ἀνεξήραναν. Est autem ἀναξηραίνειν *evacuare.* Sic Theocr. Id. 1. 51. ξηρὸν pro *vacuitate cibi* dixit. Add. Cel. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 288. b.

Vs. 116. αἰτίζων ἀκόλως] μικροὺς ψωμοὺς, τοὺς μηκέτι κολλᾶσθαι δυναμένους διὰ σμικρότητα. frusta panis. VULCAN.

Ibid. αἰτίζων ἀκόλως] MS. Ambr. 2. ἀκόλλους. Verba sunt Homeri Od. P. 222. ad quem locum late de verbo ἄκολος agit Eustathius, unde & duxit

Εἴπατε παρθενικαὶ, καὶ ἐπιφθέγξασθε τεκοῖσαι,
Δάματερ μέγα χαῖρε, πολύτροφε, πουλυμέδιμνε.
Χ' ὡς αἱ τὸν κάλαθον λευκότριχες ἵπποι ἄγοντι
Τέσσαρες· ὣς ἁμὶν μεγάλα θεὸς εὐρυάνασσα
Λευκὸν ἔαρ, λευκὸν δὲ θέρος, καὶ χεῖμα φέροισα,
Ἥξει, καὶ φθινόπωρον, ἔτος δ' εἰς ἄλλο φυλαξεῖ.
Ὡς δ' ἀπεδίλωτοι καὶ ἀνάμπυκες ἄστυ πατεῦμες,
Ὣς πόδας, ὣς κεφαλὰς παναπηρέας ἕξομες αἰεί.
Ὡς αἱ λικνοφόροι χρυσῶ πλέα λίκνα φέροντι,
Ὣς ἄμμες τὸν χρυσὸν ἀφειδέα πασσαίμεσθα.
Μέσφα τὰ τᾶς πόλιος πρυτανήϊα τὰς ἀτελέστως

Τᾶς δὲ

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

123 Λευκὸν] Λαμπρόν.

126 Παναπηρέας] Ἀβλαβεῖς.

127 Ὡς αἱ λικνοφόροι χρυσῶ πλέα] Ἡ χρυσοῦ πεπληρωμένα· ἢ ὅτι περιεχρύσουν αὐτὰ δι' εὐπρέπειαν.

129 Πρυτανήϊα τὰς ἀτελέστως] Τὰς μὲν ἀμυήτους κελεύω μέχρι τοῦ πρυτανείου παραγενέσθαι· αἵτινες δέ εἰσιν ἑξήκοντα ἐνιαυτῶν, ἢ καὶ πλειόνων, ταύτας κελεύω κατὰ τὸ δυνατὸν ἀκολουθῆσαι τῷ καλάθῳ.

duxit Hesychius. Sed dialectus Dorica a librariis apud nostrum neglecta est. MS. Voss. ἔμβολα. In margine libri Ger. fuit λείματα. Nisi vitium operarum est, aut in MS. librarii voluerunt dare λείμματα, quod ipsum a re non alienum: sed ἔκβολα indicat, verum esse λύματα. Sic Nicander Ther. 918. dixit ἀπολύματα δαιτός.

Vs. 119. Εἴπατε] MS. Ambr. 1. & Reg. δεῦρ' ἴτε. Amb. 2. & Voss. ἄσατε. vs. 122. legendum videtur θεῦς. vs. 123. MSS. Ambr. & Voss. vitiose φέρουσα.

Vs. 122. ὣς ἁμῖν] De duplicato ὡς, ubi primum est pro ἕως, v. Cl. Valkenar. ad Euripid. Phoen. p. 315.

Vs. 123. Λευκὸν ἔαρ] Sic & Aeschylus dicit λευκὸν ἦμαρ, cum loquitur de die pellucida & clara, quae nullis nubibus obducta est. Martiali est *dies sine faece*. Sic & λευκὸν apud Athenaeum ponitur pro sermone claro, qui ab omnibus intelligitur. lib. 9. οὐχὶ λευκὰ ἐρεῖς, h. e. *non satis clare loqueris*. Verum hic λευκὸν exponendum puto *felix*, *secundum*, ut apud Catullum *candidi soles* pro dies beati & felices. Nihil apud poëtas frequentius. TH. GRAEV.

Vs. 125. Ὡς δ' ἀπεδίλωτοι] Ex veteri ritu, qui ab Hebraeis ad Lacedaemonios (qui socii Hebraeorum, ut Josephus testatur, fuerunt) fluxit. Jubetur vero Moses cum Deo colloquens calceamenta solvere. Hinc & Pythagoras nudis pedibus rem sacram fieri praecipit. Tertull. in Apolog. *Nudipedalia populo denuntiatis.* Christiani jubente Paulo calceatos pedes habent rem sacram peragentes. quod & Cyprianus docet, & Pontificum decretis cautum est ne

quis

Dicite virgines, & acclamate puerperae,
Ceres multum ſalve, alma.
Utque calathum candidi vehunt equi
Quatuor, ſic nobis magna Dea, late regina,
Candidum ver, candidam aeſtatem & hiemem ferens
Veniet, atque autumnum, & ejus copias in alium annum ſervabit.
Utque ſine calceis ac vittis in urbe incedimus,
Sic pedes, ſic capita ſalva habebimus ſemper.
Ut canephorae auro plena caniſtra ferunt,
Sic nos aurum copioſum poſſidebimus.
Usque ad urbis prytaneum non initiatas

His

quis ἀπεδίλωτος λειτεργῇ. VULCAN.

Vſ. 126. παναπηρέας] Ἀπηρώτες, ἐ πεπηρωμένες. VULCAN.

Ibid. παναπηρέας] MS. Voſſ. παναπηρέες. Reg. ἀναπηρέας.

Vſ. 128. παταίμεσθα] Libri omnes habent πασσαίμεσθα, ſed tamen correximus παταίμεσθα. Eſt enim a πάομαι, quod in aoriſto non duplicat σ. Sed librarii ignari quantitatis duplicarunt ſyllabae producendae cauſſa, ut monuit dudum Caſaub. ad Athen. XI. p. 465. corrigens ad eandem rationem epigramma vetus: item Cel. Valkenar. Animadv. ad Ammon. p. 187. 188. ubi πασσάμενος, quod eſt in vulgatis Theocriti XV. 90. docet eſſe in Etymol. M. p. 681. πασάμενος, & ſic ibi reſcribendum. Πάσασθαι a πάσσομαι, *edo*, duplicat ſigma, cum ſyllaba prima producenda eſt. De verbo hoc late & exquiſita eruditione diſputat Valkenarius l. c. Forte etiam melius ſit legere πασεύμεσθα, quod in ceteris membris omnibus eſt futurum. Sed non eſt prorſus neceſſarium.

Vſ. 129. τὰς ἀτελέςως] Lectio margini adſcripta. ἀτελέςας in Ald. & Frob. edit. extat: quum tamen vel ἀτελέςως Dorice, vel ἀτελέςες communi lingua dicendum ſit. nominativus enim ſingularis ἀτέλεςος omnibus notus eſſe poteſt, in utroque genere: at vero ἀτελέςη non dubito quin omnibus ſit inauditum. STEPHAN.

Ibid. τὰς ἀτελέςως] Male in Ald. & Baſ. edit. ἀτελέςας. quod vero ſequitur τὰς δὲ, neceſſario legendum τᾶσδε. i. ταύτης. Secutus ſum ſimplicem veteris Scholiaſtae interpretationem, tametſi etiam alteri interpretationi locus eſt. VULCAN.

Ibid. Totus hic locus impeditus erat interpunctione vitioſa, quem nos dudum in Specimine Lectionum Callimachiarum ſic diſtinximus & correximus, ut nunc fecimus: conſentientibus etiam veteribus editionibus, praeterquam poſt κατώτερω. In lectione vulgata nil mutavimus praeter τε vſ. 131. in δέ. Accepto autem ſuperiori anno libro Franciano, eodem modo & interpunxiſſe & correxiſſe dudum vidimus virum doctum. Nunc de ſingulis partibus videbimus.

Ibid. τὰς ἀτελέςως] Ed. Ald. Frob. ἀτελέςας, quod natum ex ἀτελέςως. ut primus edidit Vaſcoſ. conſentientibus MSS. noſtris ceteris. Sed mallem interpungi poſt ἀτελέςως, & poſt legi τὰς δὲ τελεσφορέας, ut placet Cl. Th. Bentlejo, ſed ut non ſit a τελεσφορὴς, ut ille vult, (eſt enim hoc verbum contra analogiam) ſed a τελεσφορεύς. Nam MSS. & editiones veteres omnes habent τὰς δὲ. Ita oratio eſt commodior. Nam absque hoc ſi foret, nulla eſſet diſerta mentio

Τᾶσδε τελεσφορίας· ποτὶ τὰν θεῦν ἄχρις ὁμαρτεῖν;
Αἵτινες ἑξήκοντα κατώτεραι· αἱ δὲ βαρεῖαι,
Χ' ἅτις Ἐλειθυίᾳ τείνει χέρα, χ' ἅτις ἐν ἄλγει,
Ὡς ἅλις, ὡς αὐτᾶν ἱκανὸν γόνυ. ταῖσι δὲ Δηὼ
Δωσεῖ πάντ' ἐπίμεστα, καὶ ὡς ποτὶ νηὸν ἵκωνται.
Χαῖρε θεὰ, καὶ τάνδε σάω πόλιν, ἔν θ' ὁμονοίᾳ,
Ἔν τ' εὐηπελίᾳ· φέρε δ' ἀγρόθι νόστιμα πάντα.
Φέρβε βόας, φέρε μᾶλα· φέρε στάχυν, οἶσε θερισμόν·

Φέρβε

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ.

133 Ταῖσι δὲ Δηὼ] Ταῖς ἐλθούσαις καὶ ταῖς μὴ ἐλθούσαις ἴσον μισθὸν δώσει.

tio initiatarum: quae etsi non est absolute necessaria, cum e re intelligi possit, sermonem esse hoc versu & sequente de initiatis, tamen melius est, eam diserte fieri.

Vs. 130. Τὰς δὲ τελεσφορίας] Nullo modo pati mihi videtur Graecae linguae consuetudo, ut τελεσφορίας pro adjectivo accipiamus, quod ἀτελέστοις opponatur: ut nimirum illud vocabulum, *initiatas*, sicut hoc *non initiatas*, significet. Non dubito igitur quin τᾶσδε scribendum sit, ut sit genitivus Doricus pro τῆσδε, qui apte cum τελεσφορίας, genitivo itidem nominis substantivi, jungatur. Tunc autem expungenda fuerit interpunctio post ἀτελέστως, ut dicat τὰς ἀτελέστους τῆς τελεσφορίας, sicut legimus ἀτέλεστος τῶν ὀργίων. Sunt porro τελεσφορίαι & Apollonio Rhodio αἱ τελεταί. STEPHAN.

Ibid. Τὰς δὲ τελεσφορίας] Optime Stephanus legit τᾶσδε in genitivo, ut τελεσφορίας sit substantivum, & referatur ad ἀτελέστως, ita ut legatur sine ulla distinctione, ἀτελέστως τᾶσδε τελεσφορίας: vidit & Vulcanius. A. FABRI.

Ibid. ποτὶ τὰν θεῦν ἄχρις, i. e. *ad ipsum Cereris templum.* Sic πρὸς τὸν θεὸν πορεύεσθαι dixit Plato Alcibiad. II. init. ubi non ceperunt interpretes. Sic aliquoties est apud Aristophanem in Pluto, ut 653. 824. quorum prior locus est valde evidens; nam mox sequitur πρὸς τὸ τέμενος, ut hoc loco pro ποτὶ τὰν θεῦν vs. 134. est ποτὶ νηόν. Add. Dorvillius ad Charit. p. 401.

Vs. 133. Ὡς ἅλις ὡς αὐτὰν ἱκανὸν γόνυ] Nullum possum ex his verbis aptum sensum elicere, nisi pro αὐτὰν substituam αὐτᾶν, genitivum Doricum, pro αὐτῶν. Sic autem scribendo, videndum annon exponi possit, Nam satis est deae Cereri eas comitari se eo usque quo genu earum pervenire potest. Sed in proxime praecedente versu post ἄλγει ponenda erit plena interpunctio. STEPHANUS.

Ibid. Ὡς ἅλις ὡς αὐτὰν ἱκανὸν γόνυ] Apud Homerum Ἰλιάδ. δ. Agamemnon optat Nestori genua, hoc est vires animo pares, his verbis, ὦ γέρον, εἴθ' ὡς θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισιν, Ὥς τοι γούναθ' ἕποιτο, βίη δέ τοι ἔμπεδος εἴη. Ἀλλά σε γῆρας τείρει ὁμοίιον. Legendum vero hic est αὐτᾶν loco αὐτάν. VULCAN.

Vs. 134. καὶ ὡς ποτὶ νηὸν ἵκωνται] Puto ἐλλείπειν hic particulam ἐάν, quam subaudiendam reliquerit: ut sit sensus, Ceres omnia illis cumulate dabit, & tanquam si ad ipsum

usque

His myſteriis ſequi oportet: usque ad templum ipſum
Quaecunque ſexaginta annis minores: quae autem provectiores,
Aut quae Lucinae tendit palmas, quaeque dolore afflicta eſt,
Eas ſic ſatis eſt ſequi, ut ipſarum patiuntur genua. His vero Ceres
Dabit omnia plena, utque poſt ad aedem ipſam veniant.
Salve Dea, & hanc ſerva civitatem in concordia
Et felicitate: & ex agris fer matura omnia.
Paſce boves, fer poma, fer ſpicam, fer meſſem:
Ale

usque templum venerint. Id eſt, non ſecus ac ſi ad templum usque ſe comitatae eſſent. STEPHAN.

Ibid. *καὶ ὡς ποτὶ νηὸν ἵκωνται*] Sine dubio non intellexit hunc locum Vulcanius, qui vertit, *ſacroque ſinet ſecedere templo*: neque etiam intellexit Friſchlinus, qui vertit, *ut etiam ad templum perveniant:* nil tale apud Callimachum, & omnino contrarium dicit, nempe eas quae ſupra annum ſexageſimum ſunt, ſequi debere pompam quoadusque poſſint, ſed & Cererem eadem eis largituram, atque aliis mulieribus quae aetate minus provectae ad templum pervenerint. Ita ratio poſtulat. Itaque verba Callimachi, ut optime Stephanus, verti debent, *veluti ſi ad templum usque pervenerint.* A. FABRI.

Ibid. *ποτὶ νηὸν*] Pindari libri editi ſemper habent, quod ſciam, *ναὸν*, idque videtur & hic reſcribendum. Theocritus tamen Id. XVII. 123. *νηώς*. vſ. ſequ. MS. Voſſ. *τήνδε δάω*.

Vſ. 136 *ἐν τ' εὐπτελίᾳ*] Sic omnes mei habent Vat. Ambr. Reg. Voſſ. Item edit. Ald. Sic laudat hunc locum Etymol. M. quamquam vitioſe habet *εὐωπτελίᾳ*, mirumque eſt Caſaubonum & Annam non animadvertiſſe, verſum eſſe ex hymno in Cererem, & maluiſſe in fragmentis illum verſum ponere & conjecturis tentare. v. R. Bentleji notam. Itaque reſtituere non dubitavi. Primus mutavit Gelenius in Froben. ed. in notius verbum *εὐημερίᾳ*, quod tamen eſſe deberet, ut recte Bentlejus monet, *εὐαμερίᾳ*, ut eſt apud Hipparchum in Fragm. Pythag. p. 670. & Eurip. Electr. 197. De voce *εὐπτελία* v. praeter Bentlejum viros doctos ad Heſychium in h. v. *Κακηπελία* eſt apud Nicandrum in Ther. 318. & *κακηπελεῖν*, 577.

Vſ. 137. *φέρβε μᾶλα*] Ita in omnibus editionibus. Repone *φέρε*, ut conſtet verſus. VULCAN.

Ibid. *φέρβε*] Chriſtianus apud Ariſtophanem ait *φέρβε* eſſe contra vetera Exemplaria, & legendum contendit *φέρε βόας, φέρε μᾶλα*. Sed quidquid ille dicat, legi poteſt, *φέρβε βόας, φέρβε μᾶλα*, ut prima in poſteriori *φέρβε* correpta ſit, in priori vero producta: id quod & multis exemplis poſſit probari. A. FABRI. Cl. Iſaacus Voſſius in Notis ineditis in Lucretium teſtatur ſe in Manuſcripto reperiſſe *φέρε μᾶλα*. TH. GRAEV.

Ibid. *φέρβε μᾶλα*] Sic editi omnes. Nec aliter eſſe poteſt a Callimacho, ſi *μᾶλα* ſunt *oves*, idque defendit Dacieria, item Waſius de Senario p. 182. qui ſtatuit apocopen, qualis eſt illa Catulliana: *inger mi calices.* Alius forte ſyllabam primam corripi poſſe credat, quia vocalis eſt brevis, cujus generis exempla col-

Φέρβε καὶ εἰράναν, ἵν' ὃς ἄροσε, κεῖνος ἀμασεῖ.
Ἵλαθι μοι τρίλλιστε μέγα κρείουσα θεάων.

collegit Clarkius ad Hom. Il. B. 537. Sed ea quoque non ſunt huic ſatis ſimilia: quod in iis duae conſonae pertinent ad ſequentem ſyllabam. Et ſi ſatis ſimile eſt unum & alterum in Comico aut Tragico Graeco vel Latino, id non valet hoc loco. Nam Comici & Tragici ſunt in hoc genere liberiores. Adde Arnaldum Animadv. p. 84. Igitur μᾶλα ceperim de fructibus arboreis, & reſtituerim φέρε, quod habent MSS. Ambr. Voſſ. (de quo intellige notam Graevii) & adſcripſerat Rittershuſ. Librarii temere repetiere verbum primum verſus. In Edd. Ald. Frob. Vaſcoſ. Benenati, eſt etiam φέρβε ϛάχυν, e ſimili repetitione, quod in nullo MS. eſt, mutavitque recte Stephanus. Μᾶλα de fructibus arboreis



Ale & pacem, ut qui aravit, idem & metat.
Sis propitia mihi, veneranda, longe regina Deorum.

accipit etiam Arnaldus l. c. p. 86. De hac significatione verbi v. Graevius Lect. Hesiod. c. 3. p. 16.

Vf. 138. ἀμάσῃ] MSS. Vat. Ambr. Voss. Edd. vett. ἀμάσσει. Primus Stephanus edidit ἀμάσῃ. Ἀμασεῖ verum est, ut correxit Rittershusius in margine. Ἵνα habet futurum, (ut ὅπως) in primis cum sermo est, ut hoc loco, de re futura, diciturque ἐκβατικῶς, de eventu, non consilio. Librarii σ duplicarunt, ea, qua ante diximus (ad vf. 55. 62. 128.) de caussa, ut in eodem hoc verbo apud Theocritum. Qui autem nesciebant, τῷ ἵνα jungi posse futurum, ἀμάσῃ fecere, quod recepit Stephanus e libro non admodum bono. Versu sequente pro κρίνοσα scribendum κρίνοισα, ut est apud Pindar. Pyth. IX. 30. quamquam ibi est nomen proprium, tamen est idem verbum.



EXCURSUS
AD HYMNUM IN JOVEM *vſ.* 87.
ἠοῖ νοήσῃ.

Hujus loci lectio in varias partes traxit viros doctos. Primum fuere, qui lectionem vulgatam defenderent, cum dicerent, eſſe exempla in poëtis Graecis plurima, in quibus diphthongus ſequente conſonante litera corriperetur; quod pluribus exemplis vincere conati ſunt Nanſius ad Nonni Paraphr. Caſaubonus, Salmaſius. His reſpondit R. Bentlejus in nota bene longa ad h. l. in qua loca omnia examinavit, & emendare tentavit. Contra eum exortus eſt J. Jenſius, in Lectionibus Lucianeis II. 4. concedens ille quidem, in nonnullis locum habere Bentlejanas correctiones, ſed de multis contra diſputans, allatis etiam novis exemplis, cujus generis jam ante collegerat, nondum obſervata aliis. Contra haec quoque exempla diſputari poteſt. Nam v. c. ſtatim in primo ex Apoll. Rhod. I. 244. αὐτῆμαρ κὴ δόμους, verum eſt, quod reſcripſit Stephanus αὐτῆμαρ κε δ. idque eſt in MS. Guelf. & Er. Schmidii. In altero loco Heſiod. Theog. 48. λήγουσαι τ' ἀοιδῆς, non modo Gujetus de conjectura reſcribi vult λήγουσι, ſed ſic eſt in ed. prima Aldi, idque correctum in altera Veneta Trincavelli, ſenſus cauſſa, ſervatum vero bene in ed. Farreana, quae & ipſa Venetiis prodiit: in λήγουσι ἀοιδῆς intell. ὑμνοῦσαι, variata, ut ſaepe apud poëtas Graecos, conſtructione: ſententia quoque uſitata eſt, ut ipſe agnoſcit, inde ab Homero: ſimiliaque de aliis locis, quae a Jenſio & ab aliis prolata ſunt, moneri poſſunt. Sed haec diſputatio exitum non habet. Nam ſunt loca nimis multa, & nemo facile eſt in tanta librorum ſcriptorum & editorum copia, ut omnia rite examinare poſſit. Nobis quidem in hoc loco ne opus quidem eſt iſta diſputatione. Nam nullus locorum omnium, quae proferuntur, noſtro ſimilis eſt, h. e. nullus profertur, ubi diphthongus e contractione & cum circumflexo corripitur. Itaque Jenſius ipſe fatetur, in hoc loco melius eſſe, vel συνίζησιν agnoſcere, vel νώσῃ reſcribere.

Eſt ſane clauſula ſpondaica in hoc verſu aptiſſima: non quo putem in ea ſemper ineſſe aliquam vim, ſed quod poëtae, in primisque Homerus, ubi de cura, cogitatione, cognitione loquuntur, libenter illa clauſula utuntur, ut ὄφρ' εὖ εἰδῇς, μερμήριξεν &c. Sed ea clauſula exiſtit, ſive νώσῃ legas; ſive νοήσῃ per συνίζησιν in duas ſyllabas cogas: cujus exempla pariter ſunt apud Homerum & alios poëtas, velut Il. K. 373. ubi ἐϋξόου pronunciandum eſſe εὐξοῦ recte judicat Sam. Clarkius. Et τὸ εὐοῖ ſaepe diſſyllabum eſſe, ut eſt apud Latinos, demonſtrat Heinſius ad Ovid. A. A. 565. Igitur ſi quis hanc rationem probet, ductus religione corrigendi, non valde repugnem. Sed quia Callimachus nullo alio loco tali συνιζήσει uſus eſt, contra vero Ionico verbo νώσασθαι, auctore

Su-

Suida (v. fragm. n. 343.) idque etiam aequalibus usurpatum reperitur, ut Apoll. Rhod. IV. 1409. νώσατο; & compositum ἐπιξυννώσατο: sic enim legendum, non ut in vulgatis ἐπιξυνώσατο (unde Scottus ridicule fecit verbum novum ἐπιξυνέω, ut multa alia) & Theocrit. Id. XXVI. 263. νωσάμενος: magis nunc placet, νώσῃ a Callimacho scriptum esse: praesertim cum satis constet, etiam in aliis libris hanc formam & in hoc & in aliis verbis similibus esse in vulgarem mutatam. Eustathius ad Hom. Od. p. 1424. 21. ait: Νῶσαι τὸ νοῆσαι Ἡρόδοτος λέγει, & in συλλογῇ λέξεων Ἰάδων, in capite Herodoti edi solita, est: Νώσω, νοήσω. Et tamen hodie in editis est νοῆσαι. Idem Eustathius ad Il. p. 812. 59. tradit Herodotum pro βοηθεῖν dixisse βωθεῖν. Hodie tamen multis locis est βοηθεῖν. Unde & Galeus I. 62. pro βοηθέουσι malebat βωθέουσι. Contra forma Ionica apud eum servata est in verbis ἀμώσασθαι, & βῶσαι, ἐπιβώσασθαι, ut opinor, quia librarii nesciebant, verborum illorum vel sensum, vel ordinariam formam. Unde & fortasse ἐννώσας mansit I. 68. 77. III. 6. Sed hoc non pro certo dixerim, cum librarii etiam in notissimis variaverint apud poëtas, modo vulgarem formam exhibendo, modo dialectum aliam, ut docui in praefatione. Ἐπιβόητος ex Anacreonte profert Ammonius in Διαβόητος, cum Eustathii testimonio p. 1856. 11. constet, in illo loco scriptum fuisse ab Anacreonte ἐπίβωτος, recte inde restitutum a Barnesio (v. ad Anacr. p. 248.) & Valkenario V. Cel.

Sed contra exoritur Dawesius V. C. in Miscell. Crit. p. 102. Negat sibi persuaderi posse, Herodotum, Ionicum scriptorem, ἐννώσας dixisse, cum in eo ne Attici crasin adhibuerint. Ergo nec νῶσαι dixit, nec βωθεῖν, quamquam auctor Eustathius & alii: quo nihil magis temere dici potest: nec Anacreon dixit νενωμένος, auctore Etymologo, aut ἐπίβωτος: nec ipse Homerus ἐπιβώσασθαι. Mirus est iste Dawesius, quamquam doctus, cum aliis nonnullis. Fingunt sibi regulas dialectorum, ut Atticismi, e paucis exemplis: & deinde omnia alia corrigere, & ad suas regulas conformare tentant: quod est vitiosissimum, & simillimum physicorum stultitiae, qui hypotheses sibi comminiscuntur, & ad earum leges naturam ipsam revocant. Huic simile est alterum, quod negat in spondaico versu dissyllaba vocabula esse posse, & in quibus versibus ea reperiantur, eos spurios facit: Nempe multis in talibus non repererat dissyllabum: itaque scripsit novus prosodiae magister legem poëtis, ne dissyllabis usi sint: cum planum sit, si dactylica clausula esse potest ejusmodi, ut uni verbo dactylus totus insit, alteri spondaeus, etiam binos binis verbis spondaeos esse posse. Sed ipse nos emendatione beavit ἦρι νοήσῃ, eodem sensu, & levi mutatione; quod est fatendum. Ea autem dudum ante prolata erat in Miscell. Obs. Dorvillianis I. p. 123. e schedis viri docti, Augustae Taurinorum a Cel. Dorvillio inspectis. Rittershusius in libro suo etiam notaverat Joachimum Camerarium correxisse sic: τὰ νόησέ κεν ἦοι. Sed versus sequens non patitur νόησε fieri ex νοήσῃ.

EXCURSUS

AD HYMNUM IN CEREREM vſ. 26. ſeqq.

De Luco Cereris & Eriſichthone Callimachio & Ovidiano.

In hymno in Cererem eſt nobilis locus de Eriſichthonis fame, quem Scaliger Poëtices V. 8. ita cum Ovidiano ejusdem argumenti in Metamorphoſibus (VII. 738. ſ.) loco comparat, ut ab Ovidio haud paullo ſuperatum Callimachum judicet, diſſentiens, ut ait, a magiſtris ſuis, qui Callimachum excurſione quadam, εἰδωλοποιΐα videlicet Famis, non etiam nitore vinci exiſtimarant. Periculum faciemus, an Callimacho etiam hac in re aliquid opis ferre, atque efficere poſſimus, ne, hac quidem parte, imitatori ſuo primas cedere cogatur. Ea diſputatio erit bipartita. Nam primo ipſi comparabimus utrumque locum ſic, ut & communia & propria cujusque bona commemoremus, deinde Scaligeri judicium, ſubiniquum eſſe in Callimachum, ſi poſſimus, doceamus.

Jam primum communia uterque habet quaedam. In quibus prima eſt deſcriptio arboris, in qua religionem luci violavit Eriſichthon. Eam Callimachus duobus verſiculis coërcet, Ovidius per octo verſus extendit. Secunda communis eſt impietas ſaevientis in tentantes avertere ab impetu caedendae arboris ſacrae; niſi quod apud Callimachum in ſacerdotem ſaevit, cujus ſpeciem induerat Ceres, apud Ovidium in ſervos: apud illum non ultra verba, apud hunc ad caedem usque. Tertia eſt deſcriptio inexplebilis voracitatis, Eriſichthoni Cereris vi injectae: quae eſt praecipua fabulae pars, in qua uterque poëta exornanda maxime, uti debuit, elaboravit. Quarta denique ſpecies hominis fame confecti & ad ultimam paupertatem redacti.

Propria porro Callimachi ſunt haec: Deſcriptio luci: quam praetermiſiſſe Ovidius videtur, quod alio jam operis loco hac exornatione uſus fuerat: Ceres, primum induta ſpecie ſacerdotis, & oratione egregie morata Eriſichthonem avocans ab impio facinore, deinde, repetita vera figura, quam magnifico illo verſu nihilque cedente nobili illi Homerico Il. Γ. 443. expreſſit poëta

Ἴθματα μὲν χέρσῳ, κεφαλὰ δέ οἱ ἅψατ' ὀλύμπω

iram poenamque brevitate apta denuncians: Mater, filii foedam voracitatem occultare tentans, eleganter & ad naturam rei accommodate expreſſa: Pater, Neptunum invocans, &, ut in deſperatione ſolent, iram miſcens precibus: denique ipſe Eriſichthon, in triviis mendicans cum ſumma turpitudine: quo loco quam eleganter dixit omnia?

Ἀλλ᾽ ὅτε τὸν βαθὺν οἶκον ἀπεξήρανον ὀδόντες,
Καὶ τόθ᾽ ὁ τῶ βασιλῆος ἐπὶ τριόδοισι καθῆστο,
Αἰτίζων ἀκόλως τε καὶ ἔκβολα λύματα δαιτός.

Horum omnium nihil Ovidius. At ea aliis bonis penſare conatus eſt, aut, ſi quis malit, penſavit, qui ingenio haud dubie copioſior fuit Callimacho. Primum, quod Callimachus breviter de arbore primum violata dixit

Ἁ πράτα πλαγεῖσα κακὸν μέλος ἴαχεν ἄλλαις

id ille arreptum, ſublimius latiusque tractavit e fabulari ratione, pallore inficiens frondes, glandes & ramos, & largum ſanguinem (Nymphae ſcilicet habitantis arborem) e trunco eliciens, adjecta etiam tauri ante aras caeſi comparatione, denique Nympham ipſam loquentem & poenas Eriſichthoni denunciantem inducens. Ceres deinde, intellecta e Nymphis re, annuit orantibus poenam, qui nutus, ut Jovis apud Homerum Virgiliumque coelum, ſic gravidis oneratos meſſibus agros concutit. Sequitur pulcherrima Famis προσωποποιΐα, in quo genere in primis felix fuit Ovidii ingenium, cujus miniſterio Ceres utitur ad ulciſcendum Eriſichthonem, & imago Eriſichthonis, ſomniantis jam cibum, & per ſomnum edentis. Quae niſi admirer, nihil viderim. Sed an propterea Ovidius totam fabulam melius tractaſſe Callimacho dicendus ſit cum Scaligero, de eo jam videamus.

Primum igitur, ut ab ultimo incipiam, in quo maxime Callimachus ab Ovidio ſuperatus putatur, non puto victum dici quem poſſe in eo, quod ipſe non tentavit, non tentare aut voluit, aut debuit. Non videntur cogitaſſe, quicunque hoc loco adverſus Callimachum uſi ſunt, quid genus ſcribendi ferret. Ego quidem mihi perſuadeo, ſi ipſe Ovidius eandem rem in tali hymno tractandam ſumſiſſet, non uſurum fuiſſe ſublimiori illa ratione, apta illa quidem magnificentiae Epici carminis, aut talis, quale eſt Metamorphoſeon, omnibus poëticis coloribus pictum & variegatum, opus, non hymni mediocritati: cui ſufficiebant profecto iſta, & ipſa vim Deae mirifice exprimentia

Αὐτίκα οἱ χαλεπόν τε καὶ ἄγριον ἔμβαλε λιμὸν,
Αἴθωνα, κρατερόν· μεγάλῃ δ᾽ ἐστρεύγετο νούσῳ.

Sed cetera ex ordine Scaligerano perſequamur.

Nudis rebus ornamenta addidit Ovidius. Callimachus ſolum κακὸν μέλος ἴαχεν ἄλλαις in arbore: Ovidius autem pallentem fecit, ſanguinem fundentem, & loquentem. Audio: ſed ſanguis ſaltem ille & ſermo Nymphae ex arbore alienus ab hymnicae narrationis ſimplicitate. *In arboris* autem *deſcriptione elegantior Ovidius*: copioſior, volebat dicere. Praeclare amplitudinem hic: *una nemus*: fateor: at ille altitudinem non minus bene: αἰθέρι κῦρον. *Sed & meliore conſilio robur eſſe fecit Ovidius, quam populum Graecus: eſt enim ſterilis, nec quicquam ad Cererem.* Idem Annae Fabri videbatur. Quid? ſi quis

contra dicat, quercum non decere Cererem, quae dedocuerit homines veſci glandibus, &, ſterilitate per iram immiſſa, cogat *famem ſolari quercu*, ut Maro ait. Sed non hoc urgemus. Unde didicit, fertilem modo arborem convenire Cereri, in cujus luco & ante dixerat poëta fuiſſe pinus & ulmos, quae omnes pariter luci religione ſacrae putandae ſunt? Sed nimis vulgari vocabuli Graeci, αἰγείρου, interpretationi adhaeſit vir doctus; quod ut vulgo apud Graecos ſcriptores de populo dicatur, nihil impedit accipi antiquiori ſenſu pro arbore ſilveſtri quacunque, praeſertim grandiori, quod notatio verbi Grammaticis antiquis tradita ſinit, nec prohibent ſequentia, (vſ. 61.) ubi adſpectu Divae exterritos Eriſichthonis ſervos ait, reliquiſſe ferrum ἐν δρυσί. Negat porro, a poëta ſatis diligenter conſitum Cereris lucum. Quomodo? *Non conveniunt arbores inter ſe, quae a poëta memorantur. Quis enim terrarum locus unus pirum fert cum ulmo & pinu & populo?* Hoc quidem eſt argutari. Ulmum, pinum & populum in eodem luco etiam alii, ut Statius, ponunt, & δένδρεα καρποφόρα καὶ ἄφορα, in luco Mercurii reperit Herodotus. Eae ſi non ſua ſponte natae ſunt eodem loco, conſitae ſunt ab hominibus. Nam ἄλση πεφυτευμένα, *luci manu conſiti* multi, ut apud eundem Herodotum (II. 128.) & alibi. Nam quod apud Callimachum *nulla invaſio atque impreſſio* eſt *Famis*, ut apud Ovidium, ei rei ante ſatisfecimus. Cum in hymno locum non haberet Famis illa προσωποποιΐα, nec invaſio ejus talis ei conveniebat. Ea autem penſatur alio bono, hoc eſt, ſententia vim Deae egregie exprimente, cui nihil ſimile in hac fabula Ovidius habet

> *Ναὶ ναὶ τεύχεο δῶμα κύον, κύον, ᾧ ἔνι δαῖτας*
> *Ποιησεῖς· θαμιναὶ γὰρ ἐς ὕστερον εἰλαπίναι τοι.*

Cui ſimile illud eſt, ut id quoque hic addamus, quod Dea apud Callimachum ſtatim ſentit, violari lucum, ſtatim praeſto eſt homini, ut impediat, ſtatim punit: cum apud Ovidium rem per Nymphas comperiat, & curru juncto ſerpentibus, iter in nivoſam Scythiam facere jubeat Nympham, ut Famem e ſedibus ſuis evocatam mittat ad Eriſichthonem ulciſcendum. Non videtur iſtud moleſtiae, primum Nymphae, in itinere faciendo, deinde Cereri, in auxilio ab inviſa ſibi Fame petendo, impoſuiſſe, ut Famis perſonam inducere, ejusque εἰδωλοποιΐα ingenium demonſtrare poſſet? Accuſatur etiam Callimachus in eo, *quod adfectum ipſum* (famem) *ut eſſingat, tanto laxior ac fuſior ſit, quanto fuerit in ceteris vel parcior, vel caſtigatior, orſusque ab operis miniſtrorum*

> *Viginti epulas parabant, duodecim vinum miniſtrabant*

pergat particulatim exequi minima quaeque, unde petant famis remedia, usque ad feles: quae Ovidium bono judicio negligere. Enimvero, quia in eo adfectu poena eſt, ejus autem commemoratio caput eſt totius narrationis e conſilio Callimachi (vſ. 23.)

Κάλ-

Κάλλιον, ὡς (ἵνα καί τις ὑπερβασίας ἀλέηται)
Θήκατο βυπεῖνα Τριόπεω γόνον οἴκτρὸν ἰδέσθαι.

huic maxime immorari, hujus descriptionem debebat effingere ejusmodi, in qua, quicquid in ultima fame foedum vel est vel fit, congestum lectores terreret. In quo rerum humanarum non imperitus lector nihil reperiet, quod non, famem subinde suasisse vel coëgisse homines, veris historiarum monumentis tradatur. Jam illa quidem Callimachi

Ἐνδόμυχος δ' ἤπειτα πανάμερος εἰλαπιναστὰς
Ἤσθιε μύρια πάντα. κακὰ δ' ἐξάλλετο γαστὴρ
Ἀεὶ μᾶλλον ἔδοντι. τὰ δ' ἐς βυθὸν οἷα θαλάσσας
Ἀλεμάτως ἀχάριστα κατέῤῥεεν εἴδατα πάντα.

illa igitur *Ovidium esse imitatum, & vi ingenii fecisse, ut essent sua.* Bene, quod imitatorem Callimachi hoc in loco agnoscere sustinet Ovidium: quod ingenio sua fecisse ista judicat, hoc est, materiam inde sumtam suo quodam modo, nec minus bene, tractasse, & ipsi agnoscimus. Sed si Ovidius hic *habet eam vim sententiarum, quam nemo Graecorum assecutus est*, velut illa, *in epulis epulas quaerit, accipiunt poscumque simul, Cibus omnis in illo causa cibi, locus fit inanis edendo*: quod genus sententiarum ita frequens est apud Ovidium in fabula Ixionis, Tantali, aliisque, ut prope satietatem adferat legentibus: etiam Callimachus habet, quae Ovidius non attigit. Castigatior Callimachus esse voluit & restrictior. Nec vero aut Ovidius expressit assiduum epulatorem, apte & venuste respondentem Cereris minis, *assiduae tibi erunt epulae*, aut venusta illa ἀχάριστα εἴδατα, ullus Latinus imitando assequatur.

Quod si quis hoc agere velit, ut Callimachium locum Ovidiano praeferendum ostendat, profecto habeat, quae non improbabiliter in eam partem dici posse videantur. Nam, ut taceat ea, quae ante commemoravimus Callimachi bona, non communia cum Ovidio: primum castigatissimum profecto jure praedicet Callimachum, quae non ultima laus est, prae Ovidii luxurie, felicissima illa quidem, sed luxurie tamen: ne Scaligeri quidem iniquitate hanc laudem ei detrahente, sed diserte concedente. Non falso deinde hoc tribuat Cyrenaeo poëtae, ut magnificentius de Dea senserit atque dixerit, qui tribuat sensum rerum omnium ad se pertinentium, speciem dignam Dea, & vim in puniendo praesentissimam. In Ovidio porro si dicat, durum videri, quod e quercus ita annosae & vastae trunco tam copiose, ut e caeso tauro, sanguinem fluxisse, quod servo, modeste de religione monenti, caput securi uno ictu praecisum ab Erisichthone, hunc autem nec sanguinis, nec vocis ex arbore emissae prodigio motum finxerit, non paucos, ut opinor, adstipulatores habeat. Sed nos hoc modo agere voluimus, ut Scaligerum Callimachi de loco insigni non satis aequum judicium tulisse, demonstraremus.

 NOTAE

NOTAE AD SCHOLIA.

HYMN. IN JOVEM.

13 σκιὰν τὸ σῶμα] Fruſtra corrigit H. Steph. quem vide. Opinio fuit, divinam poenam eſſe, umbram non amplius jacère. v. Pauſan. VIII. p. 679.

26 πολυπάτητον] v. not. ad text.

29 Λεπρέα] In MS. Reg. eſt Λεπρέος, & mox προκαλεσ. pro προσκ. quod ita correximus. Nam ſic eſſe debere, ſua ſponte patet.

41 εἰς Ἄρτεμιν] MS. Reg. εἰς ἄρκτον.

52 κατὰ κλῆρον] Hoc alieno loco poſitum, & ad ἐπιδαίσιον referendum eſſe, in nota ad textum dixi.

ἐνόπλιον] MS. Reg. addit ὄρχησιν, quod verum puto: niſi quis ex ὠρχήσαντο intelligi malit.

63 πλεῖστον διαφέρουσι] MS. Reg. τοσοῦτον διαφέρουσιν, ὅσον καὶ διεστήκασιν.

71 ἐμπόρους] Stephanus putat, addendum in lemmate Scholii νηῶν. Intelligendum potius puto, de more gloſſarum. Sed MS. Reg. diſerte habet ἐμπείρους, quae eſt propria ſignificatio verbi ἐμπείραμος, idque recepi.

90 ἄνην, ἄνυσιν ſine haeſitatione correxi, ut voluere viri docti dudum, & res & Heſychius jubent.

HYMN. IN APOLLINEM.

6 Ὅμηρος] Il. Ε. 751. Θ. 395.

8 Οἱ δὲ νέοι] MS. Reg. ὡς τῶν νέων καθιερευομένων τῷ Ἀπόλλωνι.

20 κινύρεται] Ex Heſychio totidem verbis ductum Scholion.

32 ἐπιπορπὶς] Schol. MS. Reg. ἡ περόνη, ἡ λεγομένη φίβλα.

33 νευρά] Palmerius adſcripſerat κακῶς. γρ. τόξον. Nempe proprie ὅρμημα eſt νευρὰ, ſed h. l. ponitur ſynecdochice pro toto arcu. v. interpretes ad H. in Dian. 10.

35 Ὅμηρος] Il. Ι. 404.

37 χνόος] Ineptum eſt Scholion. Sed ex Heſychio temere adſcriptum eſt, ut alia.

41 ἄκριτα] Prima interpretatio eſt plane aliena: nec correctio Dacieriae locum habet: non enim conveniret ſequens, ἢ μᾶλλον. Eſt autem duplex Scholium. Primum eſt gloſſa, pertinens ad locum aliquem Graeci ſcriptoris, ubi de morbo non letali ἄκριτος dictum erat: quo ſenſu dixit Nicander in Ther. 770. ubi Schol. interpretatur ἀσφαλής, & paullo poſt οὐ θανατηφόρος opponitur apud eundem vſ. 797. πολυκήριος ἄτη, gravis morbus.

42 ἀμφιλαφὲς] In MS. Reg. est glossa interlin. πλούσιος.
45 Eadem etymologia est in Etym. M. De θριαῖς v. praeter Etym. M. & Suid. viros doctos ad Hesych. qui omnes locum Callimachi tetigere.
49 ἠΐθεος] Scholion petitum est e Scholio Hom. Il. Δ. 474. ἠΐθεον Σιμοείσιον, in Etym. M. unde & apparet, ut hoc obiter addam, ap. Hesych. in hac voce, verbo ἄτεκνος addendum esse γάμου. Add. eruditissime de hoc verbo disserentem Cl. Ruhnkenium ad Timaei Lex. Plat. p. 96.
51 μονοπωλάδας] Vid. not. ad textum.
Ὅμηρος] Od. I. 184.
68 ἱμ. βασ.] Hemsterhusius Vir Cel. ad Polluc. p. 1028. corrigit τοῖς Πτολεμαίοις, ubi vid.
71 Ἀλήτου] Cel. Hemsterhusius mavult Ἱππότου, quod sic ab aliis vocatur, ut Schol. Theocrit. Id. V. 83. & Oenomao ap. Euseb. Praep. Ev. IV. 20. ἀλακοιτίζει Κάρνειον Ἱππότης ὁ Φύλαντος, ut ibi bene corrigit Vales. Emend. I. 3. quibus adde Apollodorum II. 8. p. 143. ed. Gal. & Pausan. III. 13. p. 238. Confudit Grammaticus patrem & filium. Nam Aletes est Hippotae filius, a cujus exercitu Codrus est interfectus.
74 ὁ Θηραῖος] Ordo alius est ap. Schol. Apoll. Rh. IV. 1764. item ap. Schol. Pindari (v. Spanh.) nempe ut Tisamenus Autesioni praeponatur, ut facit etiam Pausanias. Itaque hoc Scholion corrigendum puto.
79 λάκωνος] Inepte. Est enim nomen proprium. Asbystae vicini Cyrenis sunt apud Herodotum IV. 170.
81 ζωστῆρες] E contextu Callimachi intelligendum ἀνέρες. Nam ἀνέρες ζωστῆρες dicuntur περιφρακτικῶς pro πολεμικοῖς, non ζωστῆρες.

HYMN. IN DIANAM.

4 Ὅμηρος] Il. E. 40.
8 ἴσα] Hoc Scholion est fere totidem verbis apud Hesychium: ubi recte pro ὑπέσχεν in ed. Cel. Alberti correctum est ὑπῆρχεν. hemistichium est ex Homer. Il. Δ. 321.
12 Ὅμηρος] Il. B. 448.
16 τὸ δὲ ἑξῆς] Haec male conjunguntur vulgo cum Schol. vs. 12. pertinere huc ad vs. 16. res ipsa declarat.
25 Ἀμνισιάδας] v. ad hoc Schol. Holsten. ad Stephan. p. 31. b.
29 Θεόκριτος] Id. I. 12.
36 Δήμητρ.] E μῶ feci μὲ, ut Stephanus & Palmerius volebant.
40 Ὅμηρος] Il. A. 527.
44 Καίρατος] Hinc Virgil. in Ciri: flumina *Caeratasa*: pro quibus

bus Scaliger reponebat *Curetaea* : recte improbante Heinsio ad Ovid. Met. VIII. 153.

46 Male vulgo in Schol. editur ὑπ' ἀκμόσιν.

47 Bochartus in Canaane, I. 28. p. 518. agens de nomine hujus insulae, his nihil absurdius fingi posse putat, cum Lipara Graece nil minus significet, quam quod e diversis massis in unum coaluit. Huic incommodo Cel. Hemsterhusius sic occurrit, ut pro πεπανθέντα rescribi velit λιπανθέντα.

49 παρὰ τὸ μυρεσθαι] Immo παρὰ τὸ μύδειν, ut habet MS. Reg. quod est proprie *humescere*, h. l. *liquescere*. Itaque sic rescripsi. Hinc etiam corrigendum Etym. M. in quo totidem verbis explicatur μυδρός.

53 Ἡσίοδος] Theog. 144.

81 Κυδώνιον] v. ad hoc Schol. Holsten. ad Steph. p. 31. Fortasse in principio adjiciendum Κύδωνες, ἔθνος Κρ.

90 Ὅμηρος] Respicit Il. Γ. 197. ubi Schol. tamen πηγὸν explicat μέλαν, ut ad I. 124.

99 ταῖς διεξόδοις] Planius Schol. Apollon. Rh. I. 260. τὰς πρώτας προσβάσεις τῶν ὀρῶν προμολὰς λέγουσι.

172 πόλις Μακεδ.] Immo Λακωνίας, adscripsit Palmerius; de Macedonica Pitane nihil veteres tradidere; at Laconica Pitane Dianam in primis coluit, auctore Pausania p. 98. Idem mox reprehendit Scholiasten, qui Limnas fecerit Atticas. Sermonem esse poëtae de Limnis, quae essent in confinio Laconicae & Messeniae, ubi Dianae ara fuit.

173 ζωνίδες] Αἰξωνίδες. Palmerius.

209 Πρόκνην] Pro Πρόκνην rescripsi Πρόκριν, re postulante. Ita adscripserat Palmerius & volebat Barnes. ad Eurip. p. 234.

232 ἐξέβαλον] *pepererunt.* Illustrat Munkerus ad Lactant. Fab. x. 10.

231 ἀξείνια] Palmerius suspicabatur, epitheton esse montium, non nomen proprium.

Ἡρωδιανός] Ejus librum τὴν καθόλου laudat Schol. Apollon. Rh. II. 401. e quo solebant Grammatici Geographica petere. Ejus compilator est etiam Stephanus, qui de Urbibus scripsit, ut bene notat Holsten. ad Steph. p. 29. q. extr.

250 Ὅμηρος] Il. I. 404.

259 Ἀθηνῶν] Alii portum faciunt distinctum a Piraeo: quod rectius est. Sed erat cum Piraeo conjunctus. Strabo IX. p. 395.

HYMN. IN DELUM.

19 Τύρος] Corrigendum Κερσίς· quod placet etiam J. G. Bergero in Eclogar. Corf. Diss. I. p. 26.

28 πολλαί] v. not. in text.

41 ἀπὸ τινος Ξάνθου] Male. v. Spanhem. ad h. l.

66 νησάων] Vid. not. in text.

67 ὄρος Χίου] Male. Mimas est in continente Ioniae promontorium adversum insulae Chio. Scholiasten forte decepit versiculus Homeri Od. Γ. 172. ἢ ὑπένερθε Χίοιο, παρ' ἠνεμόεντα Μίμαντα.
73 Ὅμηρος] Il. B. 575. ubi v. Eustath.
79 ὑπότρομος] Thom. Bentlejus malit ἀπόδρομος vel ὑπόδρομος. Ego malim ὑπότροπος, quod est verbum Homericum, Il. Z. 367. & Apollon. Rh. IV. 1164.
90 ὁ Δελφίνης] Immo Δελφικός. Sic adscripserat etiam Palmerius.
101 Βοιωτίας] Palmerius corrigit Ἀχαΐας.
122 ἐπείγει] Verba Homeri Il. Z. 85.
175 MS. Reg. rectissime προξενεῖ αὐτοὺς αὐτῷ, & mox κατέκαυσεν pro κατέκλυσεν.
210 Ὁμήρῳ] Od. Z. 163.
271 ἀκρωτήρια] Immo λιμένες.
286 Ὅμηρος] Il. Π. 231.
287 Τραχῖνος] v. not. in text.
295 εὔφημοι] Reprehenditur Scholiastes hujus interpretationis caussa. Defendit Spanhemius, sed sine exemplis. Cl. Ruhnkenius Epist. Crit. II. p. 34. 35. glossam hanc pertinere putat ad verbum εὐηχής.
312 Φαίδωνι] in princ.

HYMN. IN LAVACR. PALLAD.

28 σίβδης] ῥοιᾶς. MS. Reg.
90 παριτὲ] παραβατὲ, παροδεύσιμε. MS. Reg.

HYMN. IN CEREREM.

6 ἀφ' αὐαλέων] Τουτέστι, μετὰ τὸ δεῖπνον· τότε γὰρ οὐ μεταλαμβάνομεν τῶν σιτίων. MS. Reg.
7 Ἕσπερος ἐκ νεφέων] Ἕσπερος μόνος θεάσατο τὸν κάλαθον, ὅστις ἔπεισε τὴν Δημήτραν μεταλαβεῖν σιτίων, μετὰ τὸ παύσασθαι ζητοῦσαν τὴν κόρην. MS. Reg.
15 Καλλίχορον φρέαρ ἐκαλεῖτο ἐν Ἐλευσῖνι· ἔστι δὲ καὶ δῆμος Ἀττικῆς. MS. Reg.
22 Τριπτόλεμον λέγουσι υἱὸν Κελεοῦ, ὃν Δημήτηρ ἐδίδαξε σιτουργίαν. MS. Reg.
25 χώρα Θεσσαλ.] Male, ut bene notat Spanhemius. Sed hoc Scholion forte est alieno loco adsignatum, ut alia, pertinetque potius ad *Dotium*: quod magis indigebat aliqua tali notula, quam ἡ Κνιδία.
30 Ὅμηρος] Il. Φ. 259.
111 κάπρον] v. Munker. ad Anton. Liber. p. 228.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ
ΚΥΡΗΝΑΙΟΥ
ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

CALLIMACHI
CYRENAEI
EPIGRAMMATA.

EX

RECENSIONE ET EMENDATIONE

RICHARDI BENTLEII

ACCEDUNT

NOTAE VARIORUM.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ ΚΥΡΗΝΑΙΟΥ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

α'.

Ξεῖνος Ἀταρνείτης τις ἀνήρετο Πιττακὸν οὕτω
Τὸν Μιτυληναῖον, παῖδα τὸν Ὑῤῥαδίου.
Ἄττα γέρον, δοιός με καλεῖ γάμος. ἡ μία μὲν δὴ
Νύμφη καὶ πλούτῳ καὶ γενεῇ κατ' ἐμέ.
Ἡ δ' ἑτέρη προβέβηκε. τί λώϊον; εἰ δ' ἄγε σύν μοι
Βούλευσον, ποτέρην εἰς ὑμέναιον ἄγω.

Εἶ-

ΣΧΟΛΙΑ.

Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ· Ἦ σοφὸς, ἦ σοφὸς ἦν, ὃς πρῶτος ἐν γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε, καὶ γλώσσῃ διεμυθολόγησεν, ὡς τὸ κηδεῦσαι καθ' ἑαυτὸν ἀριστεύει μακρῷ, καὶ μήτε τῶν πλούτῳ διαθρυπτομένων, μήτε τῶν γέννᾳ μεγαλυνομένων ὄντα χερνήταν ἐραστεῦσαι γάμων.

BENTLEII.

IN EPIGR. I.

Vſ. 1. Ξεῖνος Ἀταρνείτης &c.] Extat hoc epigramma apud Diogenem Laërtium vita Pittaci, & in Antholog. lib. III. cap. 33. Nam monendus eſt lector, nuſquam in uno aliquo codice MSto extare haec Epigrammata; ſed hinc inde collecta eſſe a viris doctis; uti & breviora illa ἀποσπασμάτια, quae FRAGMENTA inſcribuntur.

Ibid. Πιττακὸν οὕτως] Rectius in Anthol. οὕτω; nempe ante conſonantem.

VARIORUM.

Huius Epigrammatis ſententia eſt apud Aeſchylum in Prometheo vincto:

Ἦ σοφὸς, ἦ σοφὸς ἦν
Ὃς πρῶτος ἐν γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε,
Καὶ γλώσσᾳ διεμυθολόγησεν,
Ὡς τὸ κηδεῦσαι καθ' ἑαυτὸν
Ἀριστεύει μακρῷ. καὶ μήτε τῶν πλούτῳ
Διαθρυπτομένων, μήτε τῶν
Γέννᾳ μεγαλυνομένων ὄντα χερνήταν
Ἐραστεῦσαι γάμων.

Ubi Scholiaſtes plane hunc locum ob oculos habebat: ait enim ἦ σοφὸς] τὸν Πιττακὸν λέγει ὅν ποτέ τις βιαζόμενος ὑπὸ γυναικῶν, τῆς μὲν μιᾶς οὔσης πλουσίας, τῆς δὲ ἑτέρας πενεστέρας, καὶ τοῦ γένους αὐτοῦ ἀξίας, καὶ ἀπορῶν ποίας κληθείη ἀνὴρ, ἠρώτησε ποίᾳ χρήσεται γυναικί; τοῦ δὲ εἰπόντος, μέτιθι πρὸς τοὺς παῖδας τοὺς πλησίον ἡμῖν τοῖς βέμβιξι παίζοντας (ὅ ἐστι ταῖς στρόμβαις) καὶ ἀπ' αὐτῶν μαθήσῃ ποίᾳ ἂν χρήσαιο γυναικί. ἀπελθὼν ἐκεῖνος ἠκροάσατο τῶν παίδων λεγόντων πρὸς

CALLIMACHI
CYRENAEI
EPIGRAMMATA.

I.

Hospes Atarnaeus quaerebat Pittacon olim,
Quem Mitylena satum protulit Hyrradio:
Sancte senex, me bina petunt connubia. virgo
Una mihi par est & genere atque opibus:
Altera vincit utroque. quid hic consultius? ede,
Quae potius nostro sit socianda toro.

Di-

πρὸς τὴν οἰκείαν στρόμβαν, τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλαυνε, καὶ μὲν αἰσθόμενος τοῦ λόγου τῶν παίδων, τὴν μὲν πλουσιωτέραν ἀφῆκε, τῇδε πενεστέρᾳ ἐχρήσατο γυναικί, τῇ καὶ τοῦ γένους αὐτοῦ ἀξίᾳ. Qui locus apprime notandus. A. Fabri.

Vs. 1. Ξεῖνος Ἀταρνείτης] Haec Callimachi metra in Laërtii Pittaco offendes; & in Chiliadibus Erasmi ibi, *aequalem uxorem quaere.* Est & Biantis de re uxoria Syllogismus apud Gellium lib. v. cap. 11. Ἀταρνείτης, Atarnea Aeolidis est civitas. Brodaeus.

Ibid. Ξεῖνος] Salmasius ad hoc epigramma ita: Hoc nobilissimum epigramma vulgo Callimacho tribuitur; at non ita in MS. Vetus Criticus, qui illius ἔκδοσιν curavit, quam habemus, τοῦτο, inquit, Διογένης ὁ Λαερτίου λέγει ἐν τοῖς τῶν φιλοσόφων β οἷς ὡς ἴδιον. πλὴν πάντι Διογένους εἰσὶν τοῦ τῶν φιλοσόφων βίους ἀναγραψαμένου. Sed & paullo infra idem dicit: Τοῦτ' Ἀλκαῖος ἐποίησεν εἰς Πιττακὸν τὸν Μιτυληναῖον. Πιττακὸς δὲ εὐμήχανος ἦν στρατιώτης, διὸ καὶ πρός τινα Ἀθηναῖον ἐμονομάχησεν. Haec Salmasius. Nempe in Anthologia nullus auctor adscribitur, Callimachoque tribuitur indicio Diogenis; Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἐπιγράμμασι: cui quin credatur, non video, quid impediat. Laudat passim hoc epigramma Suidas in Ἄττα, Βέμβιξ, Χρήματα, sed sine auctoris nomine.

Ibid. ἀνήρετο] Anthol. ἀνείρετο, quod & ipsum rectum est.

Ibid. οὕτω] Sic Antholog. scr. & edd. idque vulgato in exemplis Callimachi οὕτως praeferebat Bentlejus. οὕτως est ex edd. Diogenis. At MS. cujus excerpta manu Rittershusii habeo, pariter habebat οὕτω. Itaque sic edere non dubitavi.

Vs. 3. Ἄττα γέρον] Ἄττα προσφώνησις φιλοφρονητικὴ νέου εἰς πρεσβύτερον καὶ τροφέα. Brod. Sic Achilles Phoenicem alloquens.

Φοῖνιξ ἄττα γεραιέ.

& Telemachus subulcum,

Ἔσσεται οὕτως ἄττα.

A. Fabri.

Vs. 5. προσέβηκε] MS. Rittersh. προσέβηκέ τε λώϊον. σὺν μοι. Sic Diogenis libri scr. & edd. Anthol. MS. Palat. at edd. μοί σύ.

Ibid. εἰ δ' ἄγε σύν μοι βούλευσον] Rectius ita apud Diogenem Laërtium legitur, quam in Epigram. Graecis l. 3. μοι σὺ βούλευσον, ut sit per tmesim συμβούλευσον. Vulcan.

Vs. 8.

Εἶπεν. ὁ δὲ σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον, ἀείρας,
　Ἠνίδε, κεῖνοί σοι πᾶν ἐρέουσιν ἔπος.
Οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες
　Ἔστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ.
Κείνων ἔρχεο, φησὶ, μετ' ἴχνια. Χὼ μὲν ἐπέστη
　Πλησίον. οἱ δ' ἔλεγον· Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.
Ταῦτ' ἀΐων ὁ ξεῖνος, ἐφείσατο μείζονος οἴκου
　Δράξασθαι, παίδων κληδόνι συνθέμενος·
Τὴν δ' ὀλίγην, ὡς κεῖνος, ἐς οἶκον ἐπήγετο νύμφην.
　Οὕτω καὶ σύ γ' ἰὼν τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

β'.

Εἶπέ τις, Ἡράκλειτε, τεὸν μόρον· ἐς δέ με δάκρυ
　Ἤγαγεν, ἐμνήσθην δ' ὁσσάκις ἀμφότεροι

Ἥλιον

Σ Χ Ο Λ Ι Α.

Δίωνος τοῦ Χρυσοστόμου ἐν Διογένει· ἀσυγχωρῶ, ἔφη, ὦ Διόγενες. ἀλλὰ καταδύεις τὸν ἥλιον περὶ πάντων ἐρωτῶν· καὶ πότερον, ἔφη, ἄμεινον ἀκούσαντα ὡς χρήματα, δῦσαι τὸν ἥλιον ἢ βαδίζοντα μάτην.

Vſ. 8. ἔπος] Hoc exemplo Cl. Palairetus defendit bene Gracce pro πρᾶγμα dici ῥῆμα, non Hebraice, Luc. I. 37. inepte, ut pleraque. Ab iis audies, quod tibi a me dici vis.

Vſ. 9. βέμβικας ἔχοντες] βέμβιξ idem quod ῥόμβος. Ariſtoph. interpres vulgariter στρούμβαν dictam ait. Tzetzes ῥόμβαν & στρόμβαν, βομβυλιὸν explicat. ἔχοντες vero, ἀπὸ τοῦ ἔχω τὸ ἐλαύνω. VULCAN. Βέμβικας ligneos aut corneos turbines. Id ſignificare βέμβικα, ex hoc verſu probat Ariſtophanis interpres. Ῥόμβος, ὁ κοινῶς στρούμβα, ἥ τις καὶ βέμβιξ (non βόμβιξ) Pindari Scholia. Tzetzes. καὶ ἡ ῥόμβα, ἡ στρόμβα βομβυλιὸς καὶ βέμβιξ καλεῖται. BROD. Cl. Salmaſius in vetuſtiſſimo exemplari epigrammatum ait legi βίμβρικας, quam lectionem probat, ſic & ait βιμβρεῖ, & πιμβρεύει pro βεμβεῖ & βεμβλεύει ſcribi. TH. GRAEV.

Ibid. βέμβικας] Suidas, βέμβικας. v. Menag. ad Laërt. I. 80. MS. Rittersh. μέμβικας, ſolito errore.

Vſ. 11. ἐπέστη] Sic edidi, ut placebat Bentlejo, ſine dubitatione. Nam & Anthol. & Diogenis libri ſic habent, non ὑπέστη, quod perperam irrepſit in exempla Callimachi per vitium ed. Stephani, in cujus Anthologia tamen eſt ἐπέστη.

Vſ. 12. ἔλα] Agita, duc. Huc reſpicit Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς. τὸ γὰρ τὴν κατὰ σαυτὸν ἐλᾷν (ſic enim lego non ἐλεῖν) σοφόν. BROD.

Vſ. 14. κληδόνι] Id eſt, φήμῃ, *omini*: & peſſime Vulcanius, qui vertit *conſilium*. A. FABRI.

Ibid. κληδόνι συνθέμενος] Ap. Diog. Laërt. in ed. Caſaub. Sed MS. Rittersh. habebat recte κληδόνι, ut Meibomius edidit. De ominibus e puerorum vocibus fortuitis v. Cel. Hemſterhuſ. ad Xenoph. Epheſ. T. VI. Obſ. Miſc. p. 342.

Vſ.

Dixit: at hic baculum, tunc arma ſenilia, tollens,
  En, ait, hi dubium hoc protinus expedient.
(Namque exercebant pueri vacua atria circum
  Tunc celeres torto verbere ſorte trochos)
Horum (inquit) ſectare viam. Quos ille ſequutus,
  Audit, jam propior, Tu tibi junge parem.
Utque haec audivit, majoribus abſtinet hoſpes
  Aedibus, & puerûm juſſa jocoſa facit.
Ergo ut Atarnaeus tenuem ſibi duxit amicam,
  Sic &, amice, parem tu tibi junge, Dion.

II.

Heraclite, tuam mihi mortem dixit amicus,
  Quum ſubito lacrymis immaduere genae.

Nam

Vſ. 15. *οἶκον ἐπήγετο*] Diog. Laërt. *ἐς οἰκίον ἤγετο.* Scribendum *ἀπήγετο*, ut recte judicat Cel. Hemſterhuſius.

Vſ. 16. *Οὕτω καὶ σὺ, Δίων*] Illuſtriſſimus Huëtius in notis ad anthologiam epigrammatum Graecorum cum patre communicatis, cenſet legendum eſſe *σὺ δ' ἰὼν*, non ut apud Laërtium, *καὶ σὺ Δίων.* TH. GRAEV.

Ibid. Expreſſit hunc verſum Ovidius Heroid. IX. 32. *Si qua voles apte nubere, nube pari.* Vis quae in verbo *ἰὼν* eſt alias, de qua vid. Miſc. Obſ. I. p. 125. huic loco non convenit. De dicto *τὴν κατὰ σ. ἔλα* v. Menag. l. c.

BENTLEII.

Vſ. 11. *Χὼ μὲν ὑπέστη Πλησίον*] Scribe, ut extat in Anthol. *ἐπέστη. prope adſtitit auſcultans.*

Vſ. 15. *Τὴν δ' ὀλίγην, ὡς κεῖνος, ἐς οἰκίον ἤγαγε νύμφην,*
Οὕτω καὶ σὺ, Δίων, τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.] Scribe haec, & diſtingue, ſicut habentur in Anthol.
Τὴν δ' ὀλίγην ὡς κεῖνος ἐς οἶκον ἐπήγετο νύμφην,
Οὕτω καὶ σύ γ' ἰὼν τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

Omnino ridiculus erat, qui primus apud Laërtium commata poſuit poſt *ὀλίγην* & *κεῖνος*; & interpretatus eſt, *parvam, ſicut ipſe.* Quaſi vero *ὡς κεῖνος* ſignificaret *καθ' ἑαυτὸν.* Longe autem venuſtius eſt *ἐς οἶκον ἐπήγετο*, quam *ἐς οἰκίον ἤγαγε.* & *σὺ δ' ἰὼν* vel *σὺ γ' ἰὼν*; quam *σὺ, Δίων. Ut ille Atarnenſis ſuae conditionis uxorem duxit, Ita tu abi, quisquis es, & quaere tibi aptam & commodam.*

IN EPIGR. II.

Vſ. 1. *Εἶπέ τις, Ἡράκλειτε &c.*] Extat apud D. Laërtium vita Heracliti. & Anthol. III. cap. 33.

Vſ. 3. *Ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν*] In Anthologia edit. Florentinae & Aldinae ſic habetur, *Ἥλιον ἐν λέσχῃ.* Lego igitur; *Ἥλιον λέσχῃ κατεδύσαμεν.* *λέσχη* enim hic eſt ipſa confabulatio, non locus ubi confabulabantur. Virgilius:

—— ſaepe ego longos
Cantando puerum memini me condere ſoles.

VARIORUM.

IN EPIGR. II.

Vſ. 1. *Εἶπέ τις, Ἡράκλειτε, τεὸν μόρον*] In Heraclitum poëtam elegiographum, *σύγχρονον* & familiarem Callimachi. VINCENT. OBSOPOEUS.

Ibid. *Ἡράκλειτε*] Fuit elegorum ſcriptor ad quem refert Diogenes. Is fuit amicus Callimachi, auctore Strabone l. XIV. ubi inter doctos Halicarnaſſenſes commemoratur.

Ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν· ἀλλὰ σὺ μέν που
Ξεῖν' Ἁλικαρνησεῦ τετράπαλαι σποδιή·
5 Αἱ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες, ᾗσιν ὁ πάντων
Ἁρπακτὴς Ἀΐδης οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ.

γ'.

Τίμων μισάνθρωπος ἐνοικέω· ἀλλὰ πάρελθε,
Οἰμώζειν εἴπας πολλά, πάρελθε μόνον.

δ'.

Τίμων (οὐ γὰρ ἔτ' ἐσσί) τί τοι, φάος ἢ σκότος, ἐχθρόν;
Τὸ σκότος. ὑμέων γὰρ πλείονες εἰν Ἀΐδῃ.

ε'.

Ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.

In Anthologia eſt *βαίνειν*, quae deterior eſt ſcriptura.

IN EPIGR. XXVIII.

Vſ. 1. *Εἶχον ἀπὸ σμικρῶν* &c.] Ex Anthol. lib. 3. c. 29.

VARIORUM.

IN EPIGR. XXVI.

Vſ. 1. *Ἰωνίδι*] Latini dicerent *Violantillam*, nomine a violis deflexo, bellum nomen: *ἰωνὶς, ἰωνιὰ, violarium*. A. FABRI.

Vſ. 4. *Ὅρκους μὴ δύνειν*, &c.] Significat *τοὺς ἀφροδισίους ὅρκους οὐκ ἐμποινίμους εἶναι.* Adeo ut ait Plato in Convivio, *καὶ οἱ θεοὶ καὶ οἱ ἄνθρωποι πᾶσαν ἐξουσίαν πεποιήκασι τῷ ἐρῶντι.* & in Phaedro citante Athenaeo lib. 12. *ὡς δὲ λόγος, καὶ ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ ἀφροδίσια ἃ δὴ μέγιστα δοκοῦσιν εἶναι, καὶ τὸ ἐπιορκεῖν συγγνώμην εἴληφε παρὰ θεῶν, ὥσπερ, καθάπερ παίδων, τῶν ἡδονῶν οὐδὲ τὸν λογισμὸν κεκτημένων.* Tibull.

— *perjuria ridet amantum*
Juppiter, & ventos irrita ferre jubet.

quod Ovidius, *in freta ferre dixit.* VULCAN.

Ibid. *δύνειν*] Sic etiam Cod. Pal. Anthol. *βαίνειν*. Illud elegantius.

Vſ.

Juravit: ſed vulgo ajunt, perjuria amantum,
  Aures coelicolum non penetrare ſacras.
Nunc alio cor amore terit, miſeraeque puellae,
  Ceu Megarae, ratio eſt nulla, nec ullus honor.

XXVII.

Antea Calliſte, ſed poſtea nomine Thera,
  Dicta fuit, patriae mater aprica meae.

XXVIII.

Terra parens, parvo vixi breve tempus, & egi
  Nil atrox, prudens non alicui nocui.
Si pravum laudavi aliquid, neque tu mihi terra
  Eſto levis, nec dii quorum ago in arbitrio.

XXIX.

Heſiodi haec oratio ac ſtylus eſt: non poëtarum
  Poſtremum; ſed dubito annon mellitiſſimum

Car-

Vſ. 5. ἄλλης δὴ] Cod. Pal. ἀρσενικῷ. Vulgatum videtur eſſe ab interpolatione Planudis.

Vſ. 6. ὡς Μεγαρέων] Inſignem locum apud Theocritum notavi, qui unice ad rem faciet. Eſt Idyll. XIV. 48.

Ἄμμες δ᾽ οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι, οὔτ᾽ ἀριθμητοί,
Δυστανοὶ Μεγαρῆες, ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρᾳ.

& hoc facit ut credam in proverbium abiiſſe, ut, *Olim fortes erant Mileſii*, apud Ariſtophanem. A. Fabri. Adde Suid. in Ὑμεῖς ὦ M. & ibi Kuſter.

IN EPIGR. XXVII.

Fragmentum eſt, non Epigramma. Th. Graev. Itaque in fr. Epigr. erat hoc ponendum. Sed hic reliquimus, ne numeros epigrammatum mutari neceſſe eſſet.

Vſ. 2. πατρίδος] Cyrenes ſcilicet, unde ortus Callimachus. A. Fabri.

IN EPIGR. XXVIII.

Loquitur Micylus, aliquis Poëta. A. Fabri.

Vſ. 2. Ῥέζων] Lege ῥέζων. A. Fabri. Recte. Itaque correxi.

Vſ. 3. κούφη] Quippe idem in Graecia votum quod apud Latinos, Κούφη γῆ τοῦτον ἢ ταύτην καλύπτοι, Latini, *ſit tibi terra levis*. A. Fabri.

BENTLEII.

IN EPIGR. XXIX.

Vſ. 1. Ἡσιόδου τόδ᾽ ἄεισμα &c.] Sententia eſt: Heſiodum, non poſtremum quidem ſed potius ſuaviſſimum poëtarum, imitatus eſt Aratus Solenſis. Graeca ſic repone:

Ἡσιόδου τόδ᾽ ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος. οὐ τὸν ἀοιδῶν
Ἔσχατον, ἀλλ᾽ ὀκνέω μὴ τὸ μελιχρότατον
Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο. χαίρετε λεπταὶ
Ῥήσεις, Ἀρήτου σύντονος ἀγρυπνίη.

Extat ſed corruptiſſimum in vita Arati. Iſaacus Voſſius Notis ad Melam, & Salmaſius ad Solinum magis magisque corruperunt. In vita Arati ſcribitur σύγγονος ἀγρυπνίης: ſed veram lectionem σύντονος ἀγρυπνίη ex MSto Codice profert Holſtenius notis ad Stephanum. Certe Arati carmina non σύγγονοι dici poſſint vigiliarum Arati, ſed ἔκγονοι. An itaque ſcribendum ἔκγονοι ἀγρυπνίης. Sed tum vaſtus eſſet hiatus inter Ἀρήτου & ἔκγονοι, quem vitaſſet Callimachus, metri & εὐφωνίας ſtudioſiſſimus: dixiſſet potius:

χαίρετε ῥήσεις
Λεπταὶ, Ἀρήτειος ἔκγονοι ἀγρυπνίης.

Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο. χαίρετε λεπταὶ
Ῥήσεις, Ἀρήτου σύγγονοι ἀγρυπνίης.

λ'.

Ἐχθαίρω τὸ ποίημα τὸ κυκλικὸν, οὐδὲ κελεύθῳ
Χαίρω τίς πολλοὺς ὧδε καὶ ὧδε φέρει·
Μισῶ καὶ περίφοιτον ἐρώμενον· οὔτ' ἀπὸ κρήνης
Πίνω. σικχαίνω πάντα τὰ δημόσια.
Λυσανίη, σὺ δὲ ναίχι καλὸς καλός· ἀλλὰ πρὶν εἰπεῖν
Τοδὲ σαφῶς, ἠχὼ φησί τις, ἄλλος ἔχει.

λα'.

Ἔγχει, καὶ πάλιν εἰπὲ, Διοκλέος· οὐδ' Ἀχελῷος
Κείνου τῶν ἱερῶν αἰσθάνεται κυάθων.

Κα-

IN EPIGR. XXX.

Vſ. 1. Ἐχθαίρω τὸ ποίημα &c.] Quae deinceps ſequuntur Epigrammata, petita ſunt ex Anthologia Epigrammatum nondum edita.

Ibid. οὐδὲ κελεύθῳ Χαίρω, τίς πολλοὺς ὧδε καὶ ὧδε φέρει] Tis hic ponitur pro articulo ἣ. Quod valde inuſitatum: tamen & alibi ſic locutus eſt Callimachus; ſi fides habenda Sophoclis Scholiaſtae, Oedip. Colon. verſ. 3.

ἢ τίνων ἀνδρῶν πόλιν
Τίς πλανήτην Οἰδίπουν καθ' ἡμέραν
Τὴν νῦν σπανίστοις δέξεται δωρήμασι;

σχολ. Δύναται δὲ καὶ τοῖς ἄνω συνάπτεσθαι, τοῦ ΤΙΣ μὴ πυσματικῶς κειμένου, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἢ ἄρθρου, ὥστε τῷ πόλις συντετάχθαι, καὶ τὸν λόγον ἔχειν οὕτως, Τίνας χώρους ἀφίγμεθα, ἢ τίνων ἀνδρῶν πόλιν, ἣ τὸν πλανήτην Οἰδίπουν δέξεται. ὅτι δὲ τῷ ΤΙΣ ἀντὶ ἄρθρου χρῶνται, Καλλίμαχός φησιν οὕτως, Ὑπεὶρ ἄλα κεῖνος ἐνάσθη Ἀλκάθοόν τις ἄπλυτος (lege ἄπυστος.) Quin & Noſſis in Epigrammate inedito τίνα poſuit loco τοῦ ἣν, niſi veriſimilius eſt locum mendoſum eſſe, & pro τίνα reponendum eſſe, τάν.

Νοσσίδος εἰς Ἔρωτα.

Ἅδιον οὐδὲν ἔρωτος· ἃ δ' ὄλβια δεύτερα παντα
Ἐστὶν· ἀπὸ στόματος δ' ἔπτυσα καὶ τὸ μέλι.
Τοῦτο λέγει Νοσσίς. τίνα δ' ἁ Κύπρις οὐκ ἐφίλασεν,
Οὐκ οἶδεν κείνα, τἄνθεα ποῖα ῥόδα.

Vſ. 3. περίφοιτον ἐρώμενον] Male interpretantur, *inconſtantem amicum.* verte, *corpus vulgantem amaſium.* Περίφοιτος eſt meretrix, puer meritorius, ut in Epigram. XXXIX. Σιλλὸν περίφοιτος, vulgivaga Venere utens, ut loquitur Lucretius. Περίδρομος Theognis:

Ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα περίδρομον, ἄνδρα τε μάργον,
Ὃς τὴν ἀλλοτρίην βούλετ' ἄρουραν ἀροῦν.

Vſ. 6. ἄλλος ἔχει] Poëtae dicenti ναίχι καλὸς, Echo reſponſat ἔχει ἄλλος. Unde apparet, quod αι & ε jam a tempore Callimachi eodem ſere ſono efferebantur: quod notandum. Lege autem Ὧδε σαφῶς, non τόδε.

VARIORUM.

IN EPIGR. XXIX.

Hoc Epigramma (Epigramma enim integrum eſt, in Arati vita quae Achilli Statio adjecta eſt) legitur in eum Poëtam ſcriptum. Sed quia corruptiſſimum eſt illud, prout emendavit Caſaubonus, adſcribam:

Ἡσιόδου τόδ' ἄεισμα, καὶ ὁ τρόπος· οὐ τὸν ἀοιδὸν
Ἔσχε τὸν, ἀλλ' ὀκνέω μὴ τὸ μελιχρότατον
Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο. χαίρετε λεπταὶ
Ῥήσιες Ἀρήτου σύγγονοι ἀγρυπνίης.

Et nunc planum eſt. Carmen autem Heſiodi de Syderibus laudant veteres

Gram-

Carminum Solensis imitatus est. Salvete tenuia
Poëmata, Arati laboriosa lucubratio.

XXX.

Odi Poëma cyclicum, neque via
Laetor quae multos huc & illuc fert:
Odi & inconstantem amicum, neque a fonte
Bibo: odi omnia popularia
Lusania, nae tu καλὸς καλὸς, sed priusquam dixerim
Istud plane, Echo dicit quaedam, ἄλλος habet.

XXXI.

Funde, & iterum dic, in nomen Dioclis, neque Achelous
Illius sacros sentit cyathos Pul-

Grammatici. Theon in Aratum ἀστρικὴν βίβλον vocat: ὁ Σολεὺς *Aratus* quippe Solensis erat: hujus Librum Astronomicum vocat Callimachus ῥήσεις λεπτὰς, ut Strabo τὰ κατὰ λεπτὸν lib. x. δηλοῖ δὲ τὰς ἀπορίας αὐτῶν καὶ Ἄρατος ἐν τοῖς κατὰ λεπτόν. Et Ptolemaeus Rex Epigrammate quod in eadem illa vita legitur,

> Ἀλλὰ τὸ λεπτολόγου σκῆπτρον Ἀρητος ἔχει. A. FABRI.

Nos hoc Epigramma sic constituimus:

> Ἡσιόδου τόδ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος. Οὐ τὸν ἀοιδῶν
> Ἔσχατον, ἀλλ' ὄχ' ἄκρον, καὶ τὸ μελιχρότατον
> Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο. Χαίρετε λεπταὶ
> Ῥήσιες, Ἀρήτου ἔκγονοι ἀγρυπνίης.

Singula confirmata & illustrata, omninoque epigrammatis velut historiam vid. in Excursu.

IN EPIGR. XXX.

Vs. 1. ποίημα τὸ κυκλικὸν] ποίημα κυκλικὸν est quod ultra quam Poëtam decet vel minimas res persequitur, ut nihil omnino omittat. Dicitur quoque κυκλικὸν ἔπος. Inde κύκλῳ διδάσκειν, nihil in docendo praeterire, omittere. Illud autem Poëtae fugiendum monet Horat. in Arte Poëtica:

> *Nec circa vilem patulumque moraberis orbem.*

ubi ille per *orbem* κύκλον interpretatur. A. FABRI. Vide Salm. Plinianas exercitationes cap. XL. p. 594. ubi accurate differit de poëmate cyclico. TH. GRAEV. Adde Casaub. ad Athen. VII. 3.

Vs. 2. τὶς] pro ἥτις. quod notandum. A. FABRI.

Vs. 3. σικχαίνω πάντα τὰ δημόσια] Horat.

> *Odi profanum vulgus & arceo.*

σικχαίνω, μισῶ, ἐχθαίρω. A. FABRI. v. Soping ad Hesych. in Σικχαζόμενος, & quos ibi laudat.

Vs. 5. Λυσανίη] Suspicor legendum Λυσανία. A. FABRI.

Vs. 6. Τόδε] Malim legi τοῦτο. A. FABRI.

Ibid. Τόδε] Sic & MS. Lips. Bentleji correctionem probo. Nam τοῦτο, quod in Apographis quatuor reperit & praefert Clericus (v. Philargyrii Em. in Men. & Phil. p. 168.) in suo etiam Cl. Ruhnkenius, e correctione est.

Ibid. ἠχὼ φησί τις] Mihi hic aliquid videre videor, si legas,

> ἀλλὰ πρὶν εἰπεῖν
> Τόδε σαφῶς, ἠχὼ φησί τις, ἄλλος ἔχει.

Antequam, inquit, omnino & aperte haec dixerim, nempe ναίχι καλὸς, καλὸς, mihi Echo quaedam dicit ἄλλος ἔχει, dum scilicet ultimas syllabas τῶν ναίχι καλὸς καλὸς ingeminat. A. FABRI.

BENTLEII.

IN EPIGR. XXXI.

Vs. 1. Διοκλέος] Ita recte habetur apud

Καλὸς ὁ παῖς, Ἀχελῷε, λίην καλός. εἰ δέ τις οὐχὶ
Φησίν· ἐπισταίμην μοῦνος ἐγὼ τὰ καλά.

λβ'.

Θεσσαλικὲ Κλεόνικε τάλαν, τάλαν, οὐ, μὰ τὸν ὀξὺν
Ἥλιον, οὐκ ἔγνων, σχέτλιε, ποῦ γέγονας.
Ὀστέα σοι καὶ μοῦνον ἔτι τρίχες. ἦ ῥά σε δαίμων
Οὑμὸς ἔχει, χαλεπῇ δ' ἤντεο θευμορίῃ;
Ἔγνων, Εὐξίθεός σε συνήρπασε. καὶ σὺ γὰρ ἐλθὼν
Τὸν καλὸν, ὦ μόχθηρ', ἔβλεπες ἀμφοτέροις.

λγ'.

apud Schol. Theocriti Idyll. 2. In Anthologia male ſcriptum eſt Διοκλέες. In nomen Amicae vel Amaſii cyathos hauriebant, Διοκλέος, Ἡλιοδώρας &c. Meleager in Epigramm. ineditis:

Μελεάγρου εἰς Ἡλιοδώραν ἐρωμένην.
Ἔγχει, καὶ πάλιν εἰπὲ, πάλιν, πάλιν, Ἡλιοδώρας.
Εἰπὲ· σὺν ἀκρήτῳ τὸ γλυκὺ μίσγ' ὄνομα.
Καί μοι τὸν βρεχθέντα μύροις καὶ χθιζὸν ἐόντα
Μναμόσυνον κείνας ἀμφιτίθει στέφανον.
Δακρύει φιλέραστον ἰδοὺ ῥόδον, οὕνεκα κείναν
Ἄλλοθι κοὐ κόλποις ἡμετέροις ἐσορᾷ.

Εἰς τὴν αὐτὴν τοῦ αὐτοῦ.
Ἔγχει τᾶς Πειθοῦς, καὶ Κύπριδος Ἡλιοδώρας,
Καὶ πάλι τᾶς αὐτᾶς ἁδυλόγοι Χάριτες.
Αὐτὰ γὰρ μί' ἐμοὶ γράφεται θεὸς, ἇς τὸ ποθεινὸν
Οὔνομ' ἐν ἀκρήτῳ συγκεράσας πίομαι.

lege in epigr. poſteriore, ἁδυλόγω χάριτος. Heliodora omnium dearum loco eſt, Suadae, Veneris, Gratiae.

Ibid. οὐδ' Ἀχελῷος] Achelous hic eſt aqua quaelibet. Heſych. Ἀχελῷος, πᾶν ὕδωρ οὕτω λέγεται. Sententia eſt: Nulla aqua vino illo miſcenda eſt, quod Dioclis gratia ebibitur. Sic in epigr. Meleagri, ἐν ἀκρήτῳ, σὺν ἀκρήτῳ. Poſtea, cum Ἀχελῷε dicit, tanquam deum & perſonam alloquitur.

Vſ. 3. οὐδέ τις οὐχὶ φησὶν] Scribe & ex Cod. MSto, quo ego uſus ſum, & ex edita Anthologia, in cujus poſtrema pagina hoc diſtichon habetur, εἰ δέ τις οὐχί. *Si quis negat Dioclem eſſe pulchrum; abſtineat; & ego ſolus eum habeam ſine rivali.*

IN EPIGR. XXXII.

Vſ. 1. Θεσσαλικὲ Κλεόνικε] Sic diſtingue & lege,

οὐ μὰ τὸν ὀξὺν
Ἥλιον, οὐκ ἔγνων· σχέτλιε, ποῦ γέγονας;

Non novi equidem, ita prae macie mutatus es. *Ubi fuiſti, miſer?* Omnino aliud agebat ingenioſiſſima F. cum reponeret, τί γέγονας. τὶ enim nunquam in verſu producitur.

Vſ. 3. Recte οὑμὸς δαίμων, *meum fatum te exercet.* Poëta amator ad alterum amatorem loquitur.

V A R I O R U M.

IN EPIGR. XXXI.

Vſ. 1. Ἔγχει, καὶ πάλιν] Prius diſtichon laudat Schol. Theocrit. & amantium morem notat. Εἰώθασιν οἱ ἐρῶντες ὑπὲρ τῶν ἀγαπωμένων πλείονας κυάθους ἐπιχεῖσθαι. Καλλίμαχος, Ἔγχει, καὶ πάλιν, &c. Sed hos verſus ſic ex membranis ſcribendos docuit doctiſſimus Caſaub.

Ἔγ-

Pulcher puer, Acheloe, nimis pulcher, & nemo non
Dicit, *Utinam* noſſem ſolus ego *quae ſunt* pulchra.

XXXII.

Theſſalice Cleonice miſer, miſer, non per acutum
Solem non novi, miſer, quid factus es:
Oſſa tibi & tantum adhuc *reſtant* capilli: num te Daemon
Meus tenet, & moleſto occurriſti fato?
Novi: Euxitheus te rapuit; etenim tu veniens
Pulchrum illum, o miſer, vidiſti ambobus *tuis* oculis.

XXXIII.

Ἔγχει. καὶ πάλιν εἰπὲ, Διοκλέος, οὐδ' Ἀχελῶος
Κείνου τῶν ἱερῶν αἰσθάνεται κυάθων.

Ἔγχει Διοκλέος, quia amatores quos cyathos alicujus gratia educebant, de eius nomine ſolebant appellare. A. Fabri.

Ibid. Διοκλέος] Secutus ſum auctoritatem Schol. Theocr. & libri Caſauboniani, & repoſui Διοκλέος. Praecedens εἰπὲ induxit librarios, ut vocativo opus eſſe putarent. Ceterum Caſaub. exemplo ſuo ſic adſcripſerat, ſe de conjectura legere: *Ἔγχει καὶ τοὔνομ' ἐπὶ Διοκλέος· οὐ. Α. Τῶν ἱερῶν τούτων αἰ. κ.* Salmaſius autem ſic intelligebat: Achelous non ſentit ſacros latices Diocli dicatos: i. e. ad nomen pueri formoſiſſimi aures non arrigit.

Vſ. 2. Κείνου τῶν ἱερῶν] Κείνου non ad κυάθων, ſed ad ἱερῶν refer, *Illius ſacros:* nam Latinis etiam *ſacer* ſecundum caſum adſciſcit. A. Fabri.

Vſ. 3. εἰ δὲ] Sic Bentlejus e MS. corrigebat. Sic habet etiam MS. Lipſienſ. & Apogr. Cl. Ruhnken.

Vſ. 4. ἐπιςαίμην] Poëta optat, ut ſibi ſoli placeat, ſecurusque frui puero poſſit. Imitatus eſt Tibullus IV. 13. 5.

Atque utinam poſſis uni mihi bella videri!
Diſpliceas aliis! Sic ego tutus ero.

ubi h. l. Callimachi bene comparat Cl. Vulpius.

IN EPIGR. XXXII.

Vſ. 1. Κλεόνικε] MS. Voſſ. & Scalig. Κλεόνυμε. vitioſe.

Vſ. 2. οὐκ ἔγνων] Placet interpunctio Bentlejana. Sed in ea deſideratur σε, quod vix omitti poteſt. Igitur vide an verum ſit, οὐ σ' ἔγνων. σχέτλιε, π. γέγονας.

Ibid. ποῦ γέγονας] Ridiculum, quum infra dicat ὀςέα σοι καὶ μοῦνον ἔτι τρίχες. Lege igitur, τί γέγονας. A. Fabri. v. Bentl.

Vſ. 3. Ὀςέα σοι] Sic in Hymn. Cereris:

μέσφ' ἐπὶ νευρὰς
Δειλαίῳ ἶνές τε καὶ ὀςέα μοῦνον ἐλείφθεν. A. Fabri.

Vſ. 4. Οὑμὸς ἔχει] ὁ ἐμὸς, ὁ ὑμὸς. forſan legendum ὠμὸς, *crudelis, ſaevus.* niſi ſe etiam ab Euxitheo captum fuiſſe velit ſignificare. A. Fabri.

Ibid. Οὑμὸς] Nulla ratio eſt quare Callimachus ſe admiſceat, ſeque amatorem profiteatur. Itaque placet Annae correctio, cui & ſequentia bene conveniunt, χαλεπῇ δ' ἠ. Θ.

Ibid. Θευμορίῃ] An fato? Certe neſcio: Θευμορία enim pars eſt quam Sacerdotes poſt immolationem capiunt. A. Fabri.

Vſ. 5. συνήρπασε] Similiter Epigr. XLVII. 3.

Ibid. καὶ σὺ γὰρ ἐλθὼν] Nullum commodum ſenſum habet hoc ἐλθὼν, ut bene vidit doctiſſimus Pierſonus, qui in Veroſimil. p. 245. rectiſſime correxit καὶ σὺ παρελθών.

Bent-

λγ'.

Ὠγρευτής, Ἐπίκυδες, ἐν οὔρεσι πάντα λαγωὸν
Διφᾷ, καὶ πάσης ἴχνια δορκαλίδος,
Στίβῃ καὶ νιφετῷ κεχρημένος. ἢν δέ τις εἴπῃ·
Τῆ τόδε βέβληται θηρίον· οὐκ ἔλαβεν.
Χοὐμὸς ἔρως τοιόσδε· τὰ μὲν φεύγοντα διώκειν
Οἶδε, τὰ δ' ἐν μέσσῳ κείμενα παρπέταται.

λδ'.

Οἶδ' ὅτι μοι πλούτου κενεαὶ χέρες, ἀλλά, Μένιππε,
Μὴ λέγε, πρὸς Χαρίτων, τοὐμὸν ὄνειρον ἐμοί.
Ἀλγέω τὴν διὰ παντὸς ἔπος τόδε πικρὸν ἀκούων.
Ναί, φίλε, τῶν παρὰ σοῦ τοῦτ' ἀνεραστότατον.

λε'.

Ἄρτεμι, τὶν τόδ' ἄγαλμα Φιληρατὶς εἵσατο τῇδε·
Ἀλλὰ σὺ μὲν δέξαι πότνια, τήνδε σάου.

λϛ'.

Τίν με λεοντάγχωνε, συοκτόνε, φήγινον ὄζον
Θῆκε. τίς; Ἀρχῖνος. ποῖος; ὁ Κρής. δέχομαι.

λζ'.

BENTLEII.

IN EPIGR. XXXIII.

Vs. 3. Στίβῃ καὶ νιφετῷ κεχρημένος] Lege κεχαρημένος, *laetus*, *delectatus*. Horat. Carm. I. 1.

Multos castra JUVANT, *& lituo tubae*
Permistus sonitus, bellaque matribus
Detestata. manet sub Jove FRIGIDO
Venator, tenerae conjugis immemor.

IN EPIGR. XXXIV.

Vs. 3. Ἀλγέω τὴν διὰ παντὸς] Lege & interpretare.

Ἀλγέω τὴν, διὰ παντὸς ἔπος τόδε πικρὸν ἀκούων,
Ναί, φίλε, τῶν παρὰ σοῦ τοῦτ' ἀνεραστότατον.

Doleo caput perpetuo dictum hoc amarum audiens,
Hoc quidem dictum, charissime, tuorum inamabilissimum.

Ἀλγέω τὴν, subintellige κεφαλήν. Sic μὰ τὴν, οὐ μὰ τὴν. i. e. τὴν θεάν. Hesych. Οὐ μάτην, οὐκ ἀληθῶς, Μένανδρος ἐν Ὀργῇ. leg. Οὐ μὰ τήν.

VARIORUM.

IN EPIGR. XXXIII.

Hoc Epigramma ad verbum vertit Horat. Sat. I. 2. 105. monuit doctissimus Heinsius, & ante eum Scaliger. Vide quae ad Epigramma XVI. dicta sunt. A. FABRI.

Hoc epigramma etiam in mente habuit Aristaenetus Epist. II. 16. idemque versibus Latinis expressit, cum Horatii loco comparavit & illustravit Vavassor in Antibarb. p. 504. s.

Vs. 3. Στίβῃ] Sic amantissimus Pater meus in Epistolis I. 68. male in MS.

XXXIII.

Venator, o Epicudes, in montibus omnem leporem
Quaerit, & omnis veſtigia cervae
Pruina & nive uſus. ſi vero quis dicat
Cape, ictum jacet *animal.* non capiat.
Et meus amor talis eſt, fugientia quidem ſequi
Novit, & in medio poſita tranſvolat.

XXXIV.

Novi quod mihi divitiarum vacuae ſunt manus; ſed, o Menippe,
Ne mihi per gratias meum ſomnium dic.
Doleo quidem ab quovis verbum illud amarum audiens:
Certe, o amice, & a te illud moleſtiſſimum eſt.

XXXV.

O Diana, tibi iſtam ſtatuam Phileratis ſtatuit hic;
Sed tu accipe, veneranda, & illam ſerva.

XXXVI.

Tibi me, o Leonicida, Apricida, phaginam clavam
Poſuit. Quis? Archinus. Qualis? Cretenſis. Accipio.

XXXVII.

MS. Codice legebatur ϛεῖϐη. A. Fabri. Sic & MS. Lipſ.

Ibid. κεχρημένος] Lege κεχριμένος. A. Fabri. v. ad H. in Dian. 69.

Vſ. 4. Τῆ] Cape a τάω ſcilicet, eo Homerus plus ſemel uſus eſt. A. Fabri.

Vſ. 6. παρπέταται] MS. Lipſ. male προσφέρεται.

IN EPIGR. XXXIV.

Vſ. 2. τὠμὸν ὄνειρον] Proverbium olet, *Ne mihi meum ſomnium*, hoc eſt, *ne mihi rem notiſſimam dicas.* A. Fabri.

Vſ. 3. Ἀλγέω τὴν διὰ παντὸς] Quid haec? Lege Ἀλγέω μὲν διὰ παντὸς. A. Fabri.

Ibid. Ἀλγέω τὴν] Placet Annae conjectura. Τὴν dici intellectu κεφαλὴν., credo, ſed in formula jurandi; non cum verbo quoque. Comma poſt παντὸς delevi, ut Bentlejus volebat. Nec erat in MS. Lipſ. Interpunxi vero etiam poſt ἀκέων. Non enim cohaerere hic verſus cum ſequente poteſt. τόδε πικρὸν & τοῦτο ἀνερ. non poſſunt ad eundem referri.

Vſ. 4. Ναὶ φίλε τῶν παρὰ σεῦ] Mihi ſenſus commodior videretur, ſi legeres, Ναὶ φίλε καὶ παρὰ σεῦ, &c. Tamen recepta lectio poterit ſtare. A. Fabri.

IN EPIGR. XXXV.

Vſ. 2. τήνδε σάου] Legerem σάω Dorice, pro σάωσον. Sic in fine Lavacri Pallad.

καὶ Δαναῶν κλᾶρον ἅπαντα σάω.

A. Fabri.

IN EPIGR. XXXVI.

Vſ. 1. με] Fagina clava Herculem alloquitur. A. Fabri.

Ibid. λεοντάγχωνε] Bene λεοντάγχωνε, Leonem enim Nemaeum neque

λζ'.

Βαττιάδεω παρὰ σῆμα φέρεις πόδας, εὖ μὲν ἀοιδὴν
Εἰδότος, εὖ δ' οἴνῳ καίρια συγγελάσαι.

λη'.

Εἰς Ἐρασίξενον τὸν πότην.

Τὸν βαθὺν οἰνοπότην Ἐρασίξενον, ἡ δὶς ἐφεξῆς
Ἀκρήτου προποθεῖσ' ᾤχετ' ἔχουσα κύλιξ.

λθ'.

Ὁ Λύκτιος Μενοίτας τὰ τόξα ταῦτ' ἐπειπὼν
Ἔθηκε τῇ κέρασοὶ, δίδωμι καὶ φαρέτρην,

Σά-

que ferro neque sagittis confodit Hercules: sed circumposita collo manu, eo usque astrictum tenuit, donec eum praesocavit. Apollod. lib. 2. εἰς δὲ τὴν Νεμέαν ἀφικόμενος καὶ τὸν λέοντα μαστεύσας, ἐτόξευσε πρῶτον, ὡς δὲ ἔμαθεν ἄτρωτον ὄντα, ἀνατεινάμενος τὸ ῥόπαλον ἐδίωκε, συμφυγόντος δὲ εἰς ἀμφίστομον σπήλαιον, αὐτοῦ τὴν ἑτέραν ἀνῳκοδόμησεν εἴσοδον, διὰ δὲ τῆς ἑτέρας ἐπεισῆλθε τῷ θηρίῳ, καὶ περιθεὶς τὴν χεῖρα τῷ τραχήλῳ κατέσχεν ἄγχων ἕως ἔπνιξε. A. Fabri.

Ibid. λεοντάγχωνε] Monstrum verbi est. Prorsus accedo Cel. Valkenario, qui mihi scripsit, sibi corrigendum videri λεόνταγχ' ὧδε.

Ibid. συοκλόνε] Erymanthium aprum intellige. A. Fabri.

Bentleii.

IN EPIGR. XXXVII.

Vs. 1. Βαττιάδεω παρὰ σῆμα &c.] In MSto codice hic titulus est hujus epigrammatis.

> Καλλιμάχου εἰς τινα Βάττου υἱὸν ἢ Βαττιάδην πυκτήν.

Unde vero nobis pugilem illum Callimachum? lege ποιητήν. υ pro οι passim occurrit in libris Graecorum. Sed inepta est inscriptio. Nam Epigramma est in ipsum Callimachum; autore incerto.

IN EPIGR. XXXIX.

Vs. 1. Ὁ Λύκτιος Μενοίτας] Graeca verti, prout restituenda sunt;

> Ὁ Λύκτιος Μενοίτας τὰ τόξα ταῦτ', ἐπειπὼν
> Ἔθηκε· Τῆ, κέρας τοι δίδωμι καὶ φαρέτρην,
> Σάραπι, τοὺς δ' ὀϊστοὺς ἔχουσιν Ἑσπερῖται.

Inscriptio erat in Cod. MSto. Κωμικὸν τετράμετρον: nimirum ex duobus Dimetris catalecticis constat. Non itaque distinguendus est versus in duos Hemijambos vel Anacreonteos. Idem enim metrum infra habes Epig. XLI. Δήμητρι τῇ Πυλαίῃ τῇ τοῦτον οὐκ Πελασγῶν. de quo vide Hephaest. p. 57. Est & Sapphus metrum apud eundem p. 34. una duntaxat syllaba ab hoc differens. Γλυκεῖα μᾶτερ οὔτοι δύναμαι κρέκειν τὸν ἱστόν. Arcus & Pharetra, donum Sarapidi dicatum a sagittario Menoeta: non potuit sagittas dicare; quippe eas omnes consumserat in Hesperitas hostes. Hesperitae autem qui sint, docet Stephanus: Ἑσπερίς, πόλις Λιβύης· ἡ νῦν Βερονίκη. ὁ πολίτης, Ἑσπερίτης. Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ἐπιγράμμασιν. Hoc ipsum epigramma voluit Stephanus. Ptolemaeus in descriptione Cyrenaicae re-

XXXVII.

Battiadae ad tumulum fers pedes bene cantilenam
Scientis, & bene in convivio tempestiva ridere.

XXXVIII.

In Erasixenum potorem.

Profundum vini potorem Erasixenum bis porro
Vini epotus abstulit calix.

Epigrammata sequentia vertit Richardus Bentlejus secundum emendationes suas.

XXXIX.

Lyctius Menoetas hos arcus dedicavit:
Cape, inquiens, o Sarapi; arcum & pharetram
Tibi

regionis, Βερενίκη, ἢ καὶ Ἑσπερίδες. Eadem fere habes apud Strabonem & Plinium.

Ibid. Disticha, quae sequebantur, Ἔρχεται πολὺς μὲν &c. & Ἀ ναῦς ἀπόμου &c. inter Fragmenta rejecimus. Sic enim inscribuntur in Cod. MSto. Καλλιμάχου τετράμετρον Βακχικὸν, ἔστι δ' οὐ τέλειον ἐπίγραμμα. Et, Τοῦ αὐτοῦ τετράμετρον ἑκκαιδεκασυλλαβικὸν, οὐδὲ τοῦτο τέλειον.

V A R I O R U M.

IN EPIGR. XXXVII.

De inscriptione epigrammatis recte judicat Bentlejus. Ποιητὴν exhibent plane Apogr. Scaligeri & Ruhnk. Sed Scaliger in margine titulum & ipse ineptum judicat.

Vs. 1. εὖ μὲν ἀοιδὴν] Sic in superioribus Epigrammatis num. XXVI.
—— ὁ δ' ἤεισεν κρείσσονα βασκανίης.
A. FABRI.

IN EPIGR. XXXVIII.

Hoc epigramma pro inedito dat Jensius. Sed, quod me monuit doctissimus Ruhnkenius, extat etiam apud Athenaeum X. p. 436. sed sine auctoris nomine, cum varietate quadam.

Vs. 1. Τὸν β.] Athen. Οὐ β. ex quo Casaubonus hunc sensum eruebat: Erasixenus, qui non erat strenuus potor &c. Sed hoc repugnat testimonio Athenaei, qui exemplum vinosi hominis in eo esse vult. Τὸν corrigebat Dalechampius.

Vs. 2. Ἀκρήτου] Sic ed. Jens. & Athenaeus. Temere editum erat ἀκρίτου. Pro προποθεῖσ' Athenaei libri habent φανερῶν: in quo videtur esse vitium operarum pro φανερῶς.

Ibid. ὄχετ' ἔχουσα κύλικος] Lege ᾤχετ' ἔχουσα κύλιξ. A. FABRI.

IN EPIGR. XXXIX.

Vs. 1. Ὁ Λύκτιος Μενοίτας] Huic Epigrammati in MS. appositum erat κωμικὸν τετράμετρον, quod ridiculum; versus enim sunt Hemijambi: eos itaque sic distingue:

Ὁ Λύκτιος Μενοίτας
Τὰ τόξα ταῦτ' ἐπειπὼν
Ἔθηκε τῇ Κερασοῖ,
Δίδωμι καὶ φαρέτρην
Σάραπι, τοὺς ὀϊστοὺς
Ἔχουσιν Ἑσπερῖται.
A. FABRI.

Ibid. ἐπειπὼν] Lege ἀπειπὼν, Gallice diceres *renonçant*, *& las du mestier.* Monuit illustris Huetius. A. FABRI. Non bene. Vulgatum rectum.

Vs. 2. Ἔθηκε] Legendum omnino ἔθηκα, probat τὸ δίδωμι vers. 4. idque

Σάραπι, τοὺς ὀϊστοὺς ἔχουσιν Ἑσπερεῖται.

μ'.

Τὰ δῶρα τῇ Ἀφροδίτῃ
Σειλήνη περίφοιτος
. . , εἰκόν' . . . αὐτῆς
Ἔθηκε, τήν τε μίτρην,
Ἡμᾶς τοὺς ἐφίλησε.

μα'.

Δήμητρι τῇ πυλαίῃ τῇ τοῦτον οὐκ Πελασγῶν
Ἀκρίσιος τὸν νηὸν ἐδείματο ταῦθ' ὁ Ναυκρατίτης
Καὶ τῇ κάτω θυγατρὶ τὰ δῶρα Τιμόδημος
Εἵσατο τῶν κερδέων δεκατεύματα, καὶ γὰρ εὔξαθ' οὕτως.

Εἰς

quie etiam in mentem venit eidem Huetio. A. FABRI.

Ibid. τῇ κεραστοῖ] Quid ſit κεραστοῖ neminem puto poſſe conjicere: forſan legendum τῇ κεράστῃ, hoc eſt *Iſidi. Iſis* enim βούκερως. Herodot. in Euterpe: Τοὺς μὲν νῦν καθαροὺς ἔρσενας τῶν βοῶν. καὶ τοὺς μόσχους οἱ πάντες Αἰγύπτιοι θύουσι τὰς δὲ θηλέας οὔ σφι ἔξεστι θύειν, ἀλλὰ ἱραί εἰσι τῆς Ἴσιος. τὸ γὰρ τῆς Ἴσιος ἄγαλμα ἐὸν γυναικήϊον, βούκερών ἐστι κατάπερ Ἕλληνες τὴν Ἰοῦν γράφουσι. A. FABRI. Rectiſſime correxit Bentlejus: τῇ, κέρας τοι δίδωμι. MS. Lipſ. in marg. τοι γέρας. τοι. quod correctionem Bentleji firmat

Vſ. 3. Ἑσπερῖται] Qui ſunt Ἑσπερῖται neſcio, an qui πρὸς ἑσπέραν degunt? Caeterum quod hic legitur ὀϊστοὺς, id ſatis ſuperque oſtendit τὸ τόξα verſu primo *de arcu* debere accipi: nunc itaque modo tibi de iis omnibus quae hic dicta ſunt, ſatis conſtet, integrum Epigr. per nos ſoluta oratione redditum accipe: *Ego Lyctius Menoetes hunc arcum militiae laſſus appendo cornigerae Iſidi, tibi pharetram, o Serapi, ſagittas quidem* Ἑσπερῖται *tenent.* A. FABRI.

B E N T L E I I.

IN EPIGR. XL.

Vſ. 1. Τὰ δῶρα τῇ Ἀφροδίτῃ &c.] In Codice MSto ſic habetur,

τήν τε Πᾶνα,
Καὶ τοὺς αὐτοὺς ὁρῇ τάλαινα θάρσους.

Sine dubio legendum θύρσους. In caeteris non mihi ſatisfacio. Deeſt, ut videtur, unus verſiculus poſt Πᾶνα. In eodem MSto erat, Σει .... περίφοιτος. Unde ſupplevi Σειλήνη, non infrequens mulieris nomen.

IN EPIGR. XLI.

Vſ. 1. Δήμητρι τῇ πυλαίῃ] Graeca ſic legenda ſunt:

Δήμητρι τῇ πυλαίῃ, τῇ τοῦτον οὐκ Πελασγῶν
Ἀκρίσιος τὸν νηὸν ἐδείματο, ταῦθ' ὁ Ναυκρατίτης
Καὶ τῇ κάτω θυγατρὶ τὰ δῶρα Τιμόδημος
Εἵσατο, τῶν κερδέων δεκατεύματα. καὶ γὰρ εὔξαθ' οὕτως.

Priores duos habes apud Hephaeſtionem p. 57. Καὶ τὸ ἐκ τῶν ἰαμβικῶν ἐφθημιμερῶν δεκατάλληλον. Καλλίμαχος,

Δήμητρι τῇ πυλαίῃ &c.

Naucratis, urbs Aegypti; unde Ναυκρατίτης, ut ſupra ab Ἑσπερὶς, Ἑσπερίτης.

V A-

Tibi do: ſagittas vero habent Heſperitae.

XL.

Dona Veneri
Silena vagabunda imaginem ſuam
Dedicavit, & mitram
Quae mammas vinciebat.

XLI.

Cereri Pylaeae, cui hoc templum ex Pelaſgis oriundus
Acriſius condidit, & filiae apud inferos *Proſerpinae*
Haec dona Timodemus Naucratites
Dicavit, quaeſtuum decimas: ita enim voverat.

XLII.

VARIORUM.

IN EPIGR. XL.

Epigramma hoc in Apogr. Scal. Voſſ. Ruhnk. & MS. Lipſ. habet hunc titulum: Καλλιμάχȣ ἐπὶ τῇ τȣ̃ προάγοντ© τετράμετρον ἐσχάτη διποδίᾳ ἐνδεκασύλλαβον.

Vſ. 1. τῇ Ἀφροδίτῃ] Corrigo: τῇ 'φροδίτῃ, quod verſus deſiderat.

Vſ. 2. Σειλήνη] Hoc eſt a Bentlejo, cujus notulam vide. MSS. aut σοὶ μόνη, ut Scal. & Voſſ. aut σοι μόνη, ut Lipſ. ut corrigebat Scaliger, qui περίφοιτ© volebat eſſe nomen proprium, aut Σιμώνη, ut Ruhnk. Mihi Bentleji ratio placet.

Ibid. περίφοιτ©] Sic ſupra Epigr. 30. περίφοιτον ἐρώμενον. A. FABRI.

Ibid. εἰκόν' αὐτȣ̃ς] Lego αὐτῆς. Suam enim Veneri ſtatuam poſuerat Simona. id ſequentia ſatis probant. A. FABRI.

Ibid. εἰκόν' αὐτῆς] Eſt verſus mutilatus: Articulum praeponendum eſſe patet, ut initium verſus ſit τὴν εἰκόν': ſed excidit verbum ante αὐτῆς,

Τὴν εἰκόν' . . . αὐτῆς.

Αὐτῆς, quod placebat Annae, exhibet Apogr. Ruhnk. Mox correxi ἔθηκε pro ἔθηκεν e MS. Lipſ. Denique rectiſſime Anna ἣ μαςȣ̀ς ἐφύλασσεν. Additamentum, quod erat in libro Bentleji, eſt etiam in Apographis Scal. Voſſ. Ruhnk. & MS. Lipſ.

Vſ. 4. Ἡμᾶς τȣ̀ς ἐφίλησε] Lego ἣ μαςȣ̀ς ἐφύλασσε, *mammas cuſtodiebat*. Notum eſt antiquitus puellas faſciis papillas vincire fuiſſe ſolitas. Anacreon in aureolo illo Poëmatio num. XX.

Μύρον, γύναι, γενοίμην,
Ὅπως ἐγώ σ' ἀλείφω·
Καὶ ταινίη δὲ μαςῶν,
Καὶ μάργαρον τραχήλῳ,
Καὶ σάνδαλον γενοίμην,
Μόνον ποσὶν πατεῖν με.

& Terent.

Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum, quas matres ſtudent
Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore ut graciles ſient. A. FABRI.

Ibid. τόν τε Πᾶνα] Nihil hic video. Multa deſunt. A. FABRI.

IN EPIGR. XLI.

Hoc epigramma in MS. Lipſ. & Apogr. Ruhnk. habet hunc titulum: Καλλιμάχȣ ἐπὶ διπλασιασθείσῃ τῇ διποδίᾳ ἐπωδὸς δίμετρ© πλεονάζων μιᾷ συλλαβῇ τȣ̃ ἑξαμέτρȣ. Epigramma ipſum bene correctum a Bentlejo arbitror: primi verſus correctionem auctore Hephaeſtione, & jubente metro recepi.

Vſ. 1. Δήμητρι τῇ Πυλαίῃ] Cererem Πυλαίαν vocat, quod notandum. Sic ſupra in illius Hymn. illi clavem dat.

κατωμαδίαν δ' ἔχε κλεῖδα.

A. FABRI.

Ibid. Πελασγῶν] Lege ob verſum ὁ ἐκ Πελασγῶν. A. FABRI.

Vſ. 2. Ναυκρατίδης] Quid hoc Ἀκρίσι© Ναυκρατίδης? Legendum puto, ναύκρατȣς, *navium victor*. A. FABRI.

Vſ. 3. τῇ κάτω θυγατρὶ] *Proſerpinae*. A. FABRI.

μβʹ.

Εἰς ἱέρειάν τινα Δήμητρος γραῦν αἰσίως τελευτήσασαν, ἐπὶ τετραμέτρῳ ἑνδεκασυλλάβῳ.

Ἱερέη Δήμητρος ἐγώ ποτε, καὶ πάλιν Καβείρων,
Ὦνερ, καὶ μετέπειτα Δινδυμήνης
Ἡ γρῆυς γενόμην, ἡ νῦν κόνις ἠγο * * * * * *
Πολλῶν προστασίη νεῶν γυναικῶν.
Καί μοι τέκν' ἐγένοντο δύ' ἄρσενα, κἠπέμυσ' ἐκείνων
Εὐγήρως ἐπὶ χερσίν. ἕρπε χαίρων.

μγʹ.

Ἥμισύ μευ ψυχῆς ἔτι τὸ πνέον, ἥμισυ δ' οὐκ οἶδ'
Εἴτ' Ἔρος, εἴτ' Ἀΐδης ἥρπασε· πλὴν ἀφανές.

Ἡ

IN EPIGR. XLII.

In inſcriptione Apogr. Ruhnk. habet: ἐπὶ τῷ αὐτῷ τετραμέτρῳ ἑνδεκασύλλαβον.

Vſ. 1. Καβείρων] Κάβειροι dicebantur *Divi Potes.* Eosdem Samothracas eſſe exiſtimant. Vide quae apud Florum dicimus. A. FABRI.

Vſ. 2. Ὦνερ] Mihi hoc ſuſpectum eſt. A. FABRI.

Ibid. Δινδυμήνης] *Dindymene*, Cybele eſt a Didymo Phrygiae monte, qui illi ſacer eſt. Catull.

Dea, magna Dea, Cybele, Dindymi magna Domina. A. FABRI.

Vſ. 3. γρῆυς γενόμην] Haec corrupta ſunt. A. FABRI.

Vſ. 4. προστασίη] Quae ſequuntur ita corrupta ſunt & deperdita, ut nihil mihi ad explicanda tentandum judicem. A. FABRI.

B E N T L E I I.

IN EPIGR. XLII.

Vſ. 5. Καί μοι τέκν' ἐγένοντο] Lego.

Καί μοι τέκν' ἐγένοντο δύ' ἄρσενα, κἠπέμυσ' ἐκείνων
Εὐγήρως ἐνὶ χερσίν. ἕρπε χαίρων.

Εὐγήρως, verbum Ariſtoteli, Plutarcho aliisque uſurpatum: notans & provectam & beatam ſenectutem. Κἠπέμυσ', i. e. καὶ ἀπέμυσα vel καὶ ἐπέμυσα. Illud vero ἠγο..... notat ἡγεμόνα eam fuiſſe ἐν χοροστασίαις καὶ ἱερομηνίαις, i. e. ἀρχηγὸν τῶν γυναικῶν. Plutarch. de Iſide & Oſiride pag. 649. edit. Steph. Ἡ σε γινώσκειν, ὦ Κλέα, προσῆκέν ἐστιν, ἀρχικλαμένουσαν ἐν Δελφοῖς τῶν Θυιάδων. lege ἀρχηγὸν μὲν οὖσαν, ut ſupra in κεφαλαίων καταγρ. p. 523. ἡ δὲ τῶν Θυιάδων ἀρχηγὸς &c.

IN EPIGR. XLIII.

Vſ. 4. τὴν δρῆστιν μὴ ὑπέχεσθε νέοι] Pro ὑπέχεσθε, quod huic ſententiae plane incongruum eſt, malim ὑποδέχθε, ab ὑποδέχομαι, *recipio, admitto.*

Vſ. 5. Non diſplicet emendatio Scaligeri: ſed magis arridet altera,

Οὐκ εἶς ἐς τὸν ἔφηβον; ἐκεῖσε γὰρ ὁ λιθόλευστος.

Philoſtratus in vita Apollonii lib. 1. c. 6. proverbium eſſe docet, Ποῖ τρέχεις; ἢ ἐπὶ τὸν ἔφηβον;

V A R I O R U M.

IN EPIGR. XLIII.

Vſ. 1. Ἥμισύ μευ ψυχῆς] Praefatiuncula quam poſui p. 139. ſuper his Epigrammatis, judicium meum aperui: ſed tunc nondum divini Sca-

li-

XLII.

Sacerdos Cereris eram olim, & poſtea Cabirorum,
O viator, & deinde Dindymenes
Anus ego; quae nunc ſum pulvis; *quin etiam & functa ſum*
Multarum praefectura juniorum mulierum:
Et mihi erant duo liberi ſexus virilis: & oculos clauſi
Felici ſenectute in eorum manibus: abi jam laetus.

XLIII.

Dimidium quidem animae adhuc ſpirat: dimidium vero neſcio
An Amor an Orcus rapuit: ſed certe evanuit.

Pro-

ligeri Epiſtolas videre contigerat, quae abhinc fere quindecim diebus in manus meas devenere. Illas ego dum ſtudioſe propero, in eam tandem incidi, ubi Cl. Salmaſio de iisdem Epigrammatis conjecturam ſuam ſignificavit. Atque ibi non ſine gaudio ſuſpicionem meam tanti viri auctoritate firmatam deprehendi. En tibi ejus verba: *Ecquas gratias tibi habebo, qui quod vix ſperare audebam, id mihi ultro obtuliſti? Epigrammata, inquam, illa Graeca, quae ideo deſperaveram, non quod ab optimo & eruditiſſimo viro Grutero noſtro me quidvis impetraturum diffiderem: ſed quia neque fas videbam eſſe Codicem ex Bibliotheca educi, ut huc mitteretur, neque putabam eſſe iſtbic, qui moleſtam illam provinciam Graeca deſcribendi ſuſcipere vellet. Itaque & voto meo ſatisfeciſti, & diffidentiae ante expectatum ſuccurriſti*, &c. *Callimachi Battiadae multa agnoſco, quae illius eſſe Doricus character ſatis probat. Reliqua Callimachi nomine, ut ſtylo, ita dialecto differunt: quae ut Battiadae illius eſſe non negem, ita temere non affirmaverim. Sane magna diſcrepantia, ſed omnibus de hoc libere judicare per me liceto: quandoquidem ipſe conjecturae meae diffido. In quibusdam furta duorum ſummorum Poëtarum Latinorum deprehendi. Nam illud* Ἡμισύ μευ ψυχῆς ἔτι τὸ πνέον *totum expreſſit Q. Catulus vetus Poëta:* Auſugit mi animus, credo, ut ſolet, ad Theotimum. *Tantum nomen pueri mutavit, qui in Graeco eſt* Κηφισσός: ὀκ εἰς Κηφισσόν: *ita enim legimus. Si Gellius, qui opponit elegantiam Latinorum Graecis Poëtis, illud Epigramma ad verbum ex Graeco imitatum ſciviſſet, profecto nunquam illi in mentem veniſſet, ut, quum ingenia Latina extollere vellet, & Graecorum lepori opponere, Poëmatium in medium produceret, quod non Latini, ſed Graeci argumenti eſt. Alterum furtum eſt Horatii Sermone* II. *lib.* I. Leporem venator ut alta in nive ſectatur, &c. *Habes totidem ferme verbis*, Ὠγρευτὴς, Ἐπίκυδες, ἐν ὄρεσι. Hactenus Scaliger. Nunc Quinti Catuli verſus integros lubet referre: nam forſan aliquid juvabunt ad veram Epigrammatis ſcripturam indagandam, quod male in MS. Codice ſcriptum eſt.

Aufugit mi animus, credo, ut ſolet, ad Theotimum
Devenit. Sic eſt: Perfugium illud habet.
Quid ſi non interdixem ne illum fugitivum
Mitteret ad ſe intro: ſed magis ejiceret?
Ibimu' quaeſitum. Verum ne ipſi teneamur
Formido. Quid ago? Da Venu' conſilium.

A. Fabri.

Ibid. μευ] MS. Lipſ. μει. non male.
Vſ. 2. Ἔρῳ] MS. Lipſ. ἔρις. Sic & Apogr.

Ἦ ῥά τιν' ἐς παίδων πάλιν ᾤχετο. καὶ μὲν ἀπεῖπον
Πολλάκι. τὴν δρῆσιν μὴ ὑπέχεσθε νέοι.
Οὐκ ἴσον ἔφη σον, ἐκεῖσε γὰρ ἡ λιθόλευστος
Κείνη καὶ δυσέρως, οἶδ' ὅτι που στρέφεται.

μδ'.

Εἰ μὲν ἑκὼν ἄρχειν ἐπεκώμασα, μυρία μέμφου·
Εἰ δ' ἄκων ἥκω, τὴν προπέτειαν ὅρα.
Ἄκρητος καὶ ἔρως με ἀνάγκασεν, ὧν ὁ μὲν αὐτῶν
Εἷλκεν, ὁ δ' οὐκ εἴα σώφρονα θυμὸν ἔχειν.

Ἐλ-

Apogr. Scal. & Voff. Interpunctio verfus eft in MS. ut expreffi.

Vf. 3. πάλιν ᾤχετο] Interrogandi notam poft ᾤχετο poni debere arbitror. A. Fabri.

Ibid. ᾤχετο] In Lipf. eft nota interrogandi: quod placet. Poft correxi ἀπεῖπον, ut voluit Anna. Nam fic MS. Lipf. Apogr. Scal. Voff. Ruhnk.

Ibid. ἀπειπών] Legendum omnino καὶ μὲν ἀπεῖπον, *& tamen interdixi faepe*, &c. A. Fabri.

Vf. 4. δρῆστιν] *fugitivam*. Subaudi ψυχήν. Δρῆσται, δραπέται, Hefych. A. Fabri.

Ibid. ὑπέχεσθε] MS. Lipf. ὑπόχεσθε. In Apogr. Ruhnk. adfcriptum erat: Forte ἐπέχεσθε, i. κωλύετε ἀνελθεῖν, retinete. Bentlejanum melius eft.

Vf. 5. Οὐκ ἴσον ἔφη σον] Lege ut fupra ex Scaligero.

Οὐκ εἰς Κηφισσόν;
Annon ad Cephiffum aufugit?

A. Fabri.

Ibid. Οὐκ] MS. Lipf. & Apogr. Scal. & Voff. ἐκ συνε φησον. In margine Lipf. libri eft correctio Scaligeri: quam probo.

Ibid. ὁ λιθολ.] Lipf. & Apogr. Scal. Voff. & Ruhnk. ἡ, quod recepi, idque requirit praecedens ἡ δρῆστις.

Vf. 6. Κείνη καὶ δυσέρως] Lege & diftingue.

ἐκεῖσε γὰρ ὁ λιθόλευστος
Κείνη καὶ δυσέρως, οἶδ' ὅτι που στρέφεται.

A. Fabri.

Ibid. ὅτι πω] MS. Lipf. πυ. recte. Apogr. Ruhnk. στίφεται. Sed Cel. Valkenarius eleganter hic legendum cenfet οἶδ', ὅτ' ἐπιστρέφεται, e loco Luciani T. I. p. 637. ἐπιστρέφονται γὰρ εἰς τοὐπίσω, ὥσπερ οἱ δυσέρωτες.

BENTLEII.

IN EPIGR. XLIV.

Vf. 1. Εἰ μὲν ἑκὼν &c.] Graeca fic reftitue:

Εἰ μὲν ἑκὼν, Ἀρχῖν', ἐπεκώμασα, μυρία μέμφου,
Εἰ δ' ἄκων ἥκω, τὴν προπέτειαν ὅρα.
Ἄκρητος καὶ ἔρως μ' ἠνάγκασεν· ὧν ὁ μὲν αὐτῶν
Εἷλκεν, ὁ δ' οὐκ εἴα σώφρονα θυμὸν ἔχειν.
Ἐλθὼν δ' οὐκ ἐβόησα, τίς ἢ τίνος; ἀλλ' ἐφίλησα
Τὴν φλιήν· εἰ τοῦτ' ἐστ' ἀδίκημ', ἀδικῶ.

Codex MStus quo ufus fum habet, προπέτειαν ὅρα; non ἔχων, ut Editio A. Fabrae. τὴν προπέτειαν ὅρα. *Vide temeritas quid facit.* Excufatione temeritatis purgat fe ab injuria atrociore. Ἀρχῖνος, nomen adolefcentis ingenui, quem poëta comeffabundus petulanter eft ofculatus. Recte autem ὁ μὲν αὐτῶν; & fruftra funt, qui fupponunt αὐτόν. Epigramma in Antholog. lib.

Χαῖρε Νεοκλείδα δίδυμον γένος, ὧν ὁ μὲν ὑμῶν
Πατρίδα δουλοσύνας ῥύσατ', ὁ δ' ἀφροσύνας.

Pro

Profecto ad puerorum quempiam rursus abiit: & quidem interdixi
Saepe; fugitivam ne recipite, adolescentes.
Non vadis ad Ephebum? illuc enim lapidatam illam
Et perdito amore captam scio aliqua reverti.

XLIV.

Si sciens prudensque, Archine, comessatus ad te sum, quantumvis me incusa:
Sin inscius veni, temeritatem vide.
Vinum & amor me perpulerunt: quorum hic quidem
Trahebat: illud vero non sinebat sanam mentem habere:

Ve-

Pro τὴν ἱαρὴν vero substitui, δειρήν. Theognis:

> Ἔνθα μέσην περὶ παῖδα λαβὼν ἀγκῶν' ἐφίλησα
> Δειρήν· ἡ δὲ τέρεν φθέγγετ' ἀπὸ στόματος.

IN EPIGR. XLV.

Vs. 1. Ἕλκος ἔχων &c.] Graeca sic legenda:

> Ἕλκος ἔχων ὁ ξεῖνος ἐλάνθανεν· ὡς ἀνιηρὸν
> Πνεῦμα διὰ στηθέων, εἶδες, ἀνηγάγετο;
> Τὸ τρίτον ἤδη ἔπινε. τὰ δὲ ῥόδα φυλλοβολεῦντα
> Τἀνδρὸς ἀπὸ στομάτων πάντ' ἐγένοντο χαμαί.
> Ὤπτηται μέγα δή τι, μὰ δαίμονας· οὐκ ἀπὸ ῥυσμοῦ
> Εἰκάζω, φωρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθον.

Versu tertio pro ἡ γῆ ἔπινε, MStus quem ego vidi, ἤγικε πίνε. Forte igitur legendum: Τὸ τρίτον ἤγγικε Πῖνε, i. e. tertium poculum, tertia propinatio, appropinquavit. Sed prius illud malo. Pro στομάτων apud Athenaeum legitur στεφάνων lib. xv. p. 669. Τοῦτο γὰρ ἐν παισὶ τὰ Καλλιμάχου ἀναγινώσκων ἐπιγράμματα, ὧν ἐστι καὶ τοῦτο, ἐπεζήτουν μαθεῖν, εἰπόντος τοῦ Κυρηναίου,

> τὰ δὲ ῥόδα φυλλοβολεῦντα
> Τἀνδρὸς ἀπὸ στεφάνων πάντ' ἐγένοντο χαμαί.

Recte autem, nisi fallor, emendatum, Ὤπτηται μέγα δή τι. *Aestuat, flagrat, amore.* ut Callimachus alibi: ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτοιο; & in epigram. Νῦν ὁ μὲν ἄλλης δὴ θέρεται πυρί. Theocritus eadem plane metaphora: Idyll. VII. Αἴκεν τὸν Λυκίδαν ὀπτεύμενον ἐξ Ἀφροδίτης. & Idyll. XXII. Καὶ τὺ φιλάσεις, Ἀνίκα τὴν κραδίαν ὀπτεύμενος, ἁλμυρὰ κλαύσεις. Illud vero τὸ μέγα δή τι, in deliciis erat poëtae huic, ut H. in Delum: Σπερχομένη μέγα δή τι καὶ οὐ φατόν. & ibidem vs. 189. Αἰνήσεις μέγα δή τι. & Hymn. in Lav. Palladis vs. 122. Ἦ μέγα τῶν ἄλλων δή τι περισσότερον. Postrema illa φωρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθον, proverbii locum habent: Ego amator amantis mores & signa probe calleo. Ἔγνω δὲ φὼρ τε φῶρα, καὶ λύκος λύκον.

VARIORUM.

IN EPIGR. XLIV.

Vs. 1. Εἰ μὲν ἑκὼν] Omnino corruptum est prius distichon, atque immedicabile, nisi meliores Codices nanciscamur. A. FABRI.

Ibid. ἄρχειν] Margo Lips. ἀρχὴν.

Vs. 2. προπέτειαν ἔχων] MSS. Bentl. & Lips. ὅρα: quod recepi.

Vs. 3. Ἄκρητος καὶ ἔρως με ἀνάγκασεν] ad verbum pene Terent. Adelph. Act. III. Sc. IV.

> *Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia.* A. FABRI.

Ibid. με ἀνάγκ.] Lips. μ' ἠνάγκ.

Ibid.

Ἐλθὼν δ' οὐκ ἐβόησα· τίς ἢ τίνος; ἀλλ' ἐφίλησα
Τὴν ἰαρήν. εἰ τοῦτ' ἔστ' ἀδίκημα ἀδικῶ.

με'.

Ἕλκος ἔχων ὁ ξεῖνος ἐλάνθανεν· ὡς ἀνιηρὸν
Πνεῦμα διὰ στηθέων, εἶδες, ἀνηγάγετο.
Τὸ τρίτον ἡ γῆ ἔπινε, τὰ δὲ ῥόδα φυλλοβολεῦντα
Τἀνδρὸς ἀπὸ στομάτων πάντ' ἐχέοντο χαμαί.
Ὤπτημαι μεγάλως τι, μὰ δαίμονας· οὐκ ἀπὸ ῥυσμοῦ
Εἰκάζω, φωρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθον.

μϛ'.

Ἔστι τι, ναὶ τὸν Πᾶνα, κεκρυμμένον, ἔστι τι ταύτῃ,
Ναὶ μὰ Διώνυσον, πῦρ ὑπὸ τῇ σποδιῇ·
Οὐ θαρσέω· μὴ δή με περίπλεκε. πολλάκι λήθει
Τοῖχον ὑποτρώγων ἥσυχος ποταμός.
Τῷ καὶ νῦν δείδοικα, Μενέξενε, μή με παρεισδὺς
Οὗτος ὁ σ', εἰ γ' ἀρνῆς, εἰς τὸν ἔρωτα βάλῃ.

μζ'.

Ibid. ὧν ὁ μὲν αὐτῶν] Legendum puto:

ὧν ὁ μὲν αὐτὸν
Εἷλκεν, ὁ δ' οὐκ. A. FABRI.

Vſ. 5. ἐβόησα] Cl. Pierſonus Veroſim. p. 86. eleganter corrigit ἐκόησα, quod idem eſt qua ſenſum cum Bentlejano ἐνόησα. de quo verbo vid. Bentl. ad Fr. LIII. & viros doctos ad Heſychium. Diſtichon hoc ſine auctoris nomine habet Plutarchus de cohib. ira T. II. p. 455. B. usque ad τὴν ἰαρήν. Sed ille habet φλιήν. In eo, ut opinor, latet Bentleji δειρήν.

IN EPIGR. XLV.

Vſ. 1. Ἕλκος] Hoc epigramma ex mea ſententia ſic legendum eſt:

Ἕλκος ἔχων ὁ ξεῖνος ἐλάνθανεν· ὡς ἀνιηρὸν
Πνεῦμα διὰ στηθέων, εἶδες, ἀνηγάγετο.
Τὸ τρίτον ἠνίδ' ἔπινε· τὰ δ' ἐῤῥόδα φυλλοβολεῦντα
Τἀνδρὸς ἀπὸ κροτάφων πάντ' ἐχέοντο χαμαί.
Ὤπτηται μεγάλως τι, μὰ δαίμονας. οὐκ ἀπὸ ῥυσμοῦ
Εἰκάζω: φωρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθον. DORV. ad Charit. p. 328.

Ibid. ὡς ἀνιηρὸν] Leg. ὡς δ' adſcripſerat vir doctus in Apogr. Ruhnk. mox εἶδον pro εἶδες; ante tertium autem verſum ei nonnulla deeſſe videbantur.

Vſ. 2. διὰ στηθέων εἶδες] Mihi τὸ εἶδες ſuſpectum eſt, neque video quomodo recte poſſit intelligi. Legerem

Πνεῦμα διὰ στηθέων ἐκτὸς ἀνηγάγετο.

A. FABRI.

Vſ. 3. Τὸ τρίτον ἡ γῆ ἔπινε] Haec ego non intelligo, & videtur aliquid deeſſe. Poſtremum etiam diſtichon, meo quidem judicio, alio pertinet. A. FABRI.

Ibid. ἡ γῆ] MS. Lipſ. ἠνίκ'. quae eſt correctio Scalig. Apogr. Scal. ἤγηκε πίνε. Voſſ. ἤγκε πίνε.

Ibid. ἡ γῆ ἔπινε vel ἤγικε πίνε] In libris manu exaratis poſſet ferri prior lectio, ut ad κοτταβισμὸν reſpiceretur, quo licet ab amantibus in pel-

vim

Veniens autem non animadverti quis aut cujus esses; sed osculatus sum
Cervicem: si ista est injuria, injurius sum.

XLV.

Vulnus habet hospes, nobis inscientibus: vidisti,
Quam moestum suspirium per pectus ducebat?
Jam tertium bibebat: rosae vero, foliis cadentibus,
Ab hominis corollis humi jacuerunt.
Torretur vehementer per deos: non de tramite aberro
Conjectura; furis vero vestigia ipse fur novi.

XLVI.

Est aliquis occultus, per Pana; est per Bacchum,
Ignis aliquis sub hoc cinere.
Non audeo; noli me amplecti; saepe latenter
Murum subrodit quietus amnis.
Quamobrem & nunc metuo, Menexene, ne mihi subrepens
Hic tacitus insinuator in amorem me conjiciat.

XLVII.

vim saepe; at & in terram vinum cum sonitu allidebatur sive elidebatur. Dionysius ὁ Χαλκοῦς cognomine ap. Athenaeum L. XV. 11. 668.

Κότταβον ἐνθάδε σοι τρίτον ἱστάναι οἱ δυσέρωτες.

v. modo Scalig. ad Manil. V. p. 412. & Is. Casaub. ad Athen. XV. 1. & 2. ne alios excitem. Ipse Callimachus Fr. CII.

Πολλοὶ καὶ φιλέοντες Ἀκόντιον, ἧκαν ἔραζε
Οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας.

ubi illud ἔραζε negligitur in versione. Utrumque indicat habitum amatorum, qui πολυπόται. Vid. ad L. II. IV. 27. 23. DORV. l. c.

Ibid. τὰ δὲ ῥόδα] τὰ δίῤῥοδα servarim. vid. Vann. Crit. c. IX. p. 335. vs. 4. alii στεφάνων, ut Athenaeus XV. 9. 674. C. alii στομάτων & ἐγένοντο. Vides quid dederim. στομάτων certe vitiosum. vs. 5. in chartis erat μεγαλὰς τι μὰ δαίμονας. DORV. l. c.

Vs. 5. Ὤπτημαι &c.] MS. Lips. ὤπτηται. Rectissime correxit Bentlejus. Interim rescripsi, quod in libris reperit Dorvillius; nam vulgatum sensum non habet. Vir doctus in Apogr. Ruhnken. tentabat ὤπτησαι μεγάλως, & mox recte δαίμονας.

B E N T L E I I.

IN EPIGR. XLVI.

Vs. 5. Τῷ καὶ νῦν δέδοικα &c.] Hoc distichon sic legendum:

Τῷ καὶ νῦν δείδοικα, Μενέξενε, μή με παρεισδὺς
Οὗτος ὁ σιγέρπης εἰς τὸν ἔρωτα βάλῃ.

Σιγέρπης apud Hesychium, λαθροδάκτης, serpens vel canis clam subrepens & morsum inferens: Idem: Λαιθαργοὶ κύνες, κρύφα δάκνοντες. & alibi: Λαθαργὸς κύων, ὁ προσσαίνων μὲν, λάθρα δὲ δάκνων. Queritur Poëta Menexeno, se a puero quodam am-

μζ'.

Τὸν καλὸν ὡς ἰδόμαν Ἀρχέστρατον, ἐ μὰ τ' Ἑρμᾶν,
Οὐ καλὸν αὐτὸν ἔφαν, ἐ γδ ἄγαν ἐδόκει.
Εἶπα, κ' ἁ Νέμεσίς με συνά πασε, κ' εὐθὺς ἐκείμαν
Ἐν πυρὶ, πᾶς δ' ἐν ἐμοὶ Ζεὺς ἐκεραυνοβόλει.
Τὸν παῖδ' ἱλασόμεσθ', ἃ τὰν θεόν; ἀλλὰ θεῶ μοι
Ἔστιν ὁ παῖς κρείσσων. χαιρέτω ἁ Νέμεσις.

μη'.

Ληφθήσῃ, περίφευγε Μενέκρατες, εἶπα Πανήμου
Εἰκάδι· κ' Λώου τῇ τινι; τῇ δεκάτῃ

Ἦλ-

plexibus subdole labefactari & in amorem illici.

IN EPIGR. XLVII.

Vs. 1. Τὸν κάλὸν ὡς ἰδόμαν Ἀρχέστρατον. & ἁ Νέμεσις & Ζεὺς, & ἱλασόμεσθ' ἢ τὰν &c.] Hoc epigr. XLVII. non Callimacho adscribitur, in eo MSto quo usus sum: sed inscribitur Ἄδηλον.

IN EPIGR. XLVIII.

Vs. 1. Ληφθήσῃ, περίφευγε &c.] Graeca sic scribe:

> Ληφθήσῃ, περίφευγε Μενέκρατες, εἶπα Πανήμου
> Εἰκάδι· καὶ Λώου τῇ τίνι; τῇ δεκάτῃ
> Ἦλθεν ὁ βοῦς ἐπ' ἄροτρον ἑκούσιος. εὖγ' ἐμὸς Ἑρμῆς.
> Εὖγ' ἐμός. οὐ παρὰ τὰς εἴκοσι μεμφόμεθα.

Epigramma est ἐρωτικόν; neque quicquam ad usuras vel debitores attinet. De περίφευγε diximus supra ad Epigram. XXIX. Βοῦς ἑκούσιος ἐπ' ἄροτρον, proverbium; de rebus prospere evenientibus, non nostra industria; sed sponte sua, & ut fert natura. Inter εἰκάδα Πανήμου & δεκάδα Λώου viginti dies intersunt. Poëta Menecratis amore captus, XX Julii constituerat occasiones captare, quibus eum ad mutuum amorem pelliceret: Cum ecce X Augusti sponte se puer obtulit. Gratias itaque Mercurio agit tam inopinati boni auctori; neque de mora viginti dierum qui intersuerant, queritur. Παρὰ τὰς εἴκοσι, *propter viginti.* Id παρὰ cum accusativo saepe significat.

V A R I O R U M.

IN EPIGR. XLVI.

Hic omnia plana: suspicari tamen non abs re possit aliquis post secundum versum aliquid deesse, & per dialogismum hoc Epigramma scriptum fuisse. Sed sic etiam potest intelligi. En tibi illud Latine soluta oratione: *Est aliquis per Pana, suppositus est aliquis hic, per Bacchum, ignis sub hoc cinere. Nulla mihi est fiducia, neque tu me amplecteris, saepe latet murum subrodens tacitus fluvius, quare nunc maxime vereor: mane hospes ne qui me invasit, idem te, siquidem neges; in amorem praecipitet.* A. FABRI.

Vs. 4. ὑποτρώγων] Lips. ἀποτρώγων.

Vs. 5. δειδ. Μενέξ.] Correxi ut volebat Bentlejus. Nam sic est in MS. Lips. Scal. itemque post βάλῃ pro βάλοι, ut habet Apogr. Scal. & Graecae linguae ratio requirit.

Vs. 6. ὃ σ', εἰ γ' ἀρνῇς] Lips. & Scal. σεισάρνης Voss. οὔτ' ἔστος εἰ γαρ νῆς. Nihil adhuc melius vel vidi, vel reperi ipse Bentlejano στιγέρπης.

IN EPIGR. XLVII.

Hoc epigramma pro inedito & ἀδήλου auctoris dat Dorvillius ad Charitonem p. 332. item Cel. Albertus ad Hesych. T. I. p. 839. A. ubi particulam ejus aliquam commemorat: qui tamen Callimachi esse suspicatur.

XLVII.

Ut pulchrum vidi Archeſtratum, non per Mercurium
Non pulchrum eum dixi: neque mihi multum eſſe viſus eſt.
Dixi, cum me Nemeſis corripuit; & ego ſtatim jacere
In igne, totusque in me Jupiter ciere fulmina.
Puerum ne placabimus, an Deam? ſed Deâ mihi
Puer eſt potior: valeat igitur Nemeſis.

XLVIII.

Capieris, o vagabunde Menecrates: ajebam Panemi (*Julii*)
Viceſimo. Et Loi (*Auguſti*) die quo? die decimo
Ve-

tur. Cl. Pierſonius Veroſim. p. 84. ſuſpicatur eſſe Philippi, cujus & aliud in Archeſtratum eſt epigramma in Anthologia inedita, quod ibi V. D. protulit.

Vſ. 3. *ἁ Νέμεσις*] Vide notata ad verſum 71. Catull. p. 217.

Pace tua fari liceat, Rhamnuſia virgo. A. FABRI.

Ibid. *συνάρπασε*] Dorvillius edidit *συνήρπασε*. male, ut poſt ἣ pro ἃ. Contra bene *τὰν θεὸν* pro edito *τὴν*, idque ſecuti ſumus. Hoc quoque exemplum eſt in Doriſmo fluctuantium librorum. Itaque & poſt vſ. 5. legerim *θεῶ* pro *θεῷ*.

Vſ. 4. *πᾶς δ' ἐν ἐμοὶ*] Elegantiſſima eſt conjectura Cl. Pierſoni l. c. *Παῖς δ' ἐς ἐμ' (ἐμὲ) ὡς Ζεὺς ἐκεραυνοβόλει.*

Vſ. 5. *Τὸν παῖδ' ἱλασσόμεσθ' ἃ*] Omnino ſcribendum.

Τὸν παῖδ' ἱλασόμεσθ' ἁ τὰν θεόν;

Nil certius. Id vero ex totius Epigrammatis contextu ſatis patebit. A. FABRI.

Ibid. *ἱλασσόμεσθ'*] Ut Anna volebat, ita e Dorvilliano exemplo edidi, idque vel ſic lege pedia poſtulante recipiendum erat. Conſentit Apogr. Rubnken.

IN EPIGR. XLVIII.

Vſ. 1. *Ληφθήσῃ*] Apogr. Voſſ. *ληφθήσει*.

Ibid. *περίφοιτε*] Hoc verbum vitioſum haud dubie eſt per analogiam linguae. Iſ. Voſſius corrigebat *Ληφθήσῃ πυρὶ, φεῦγε* M. quod magis arridet Bentlejana conjectura.

Ibid. *εἶπα Πανήμου*] Lege, & diſtingue: *εἶπα, Πανήμου*. & *Πάνημος* Athenienſibus erat menſis qui nobis eſt *Julius*. A. FABRI.

Vſ. 2. *Εἰκάδι*] *Vigeſima*: In debitorem autem hoc Epigramma ſcriptum eſt, quem ideo *vigeſima*, hoc eſt ultima fere menſis parte captum iri dicit, quia tunc procedebant uſurae, quas in fine menſis ſolvi mos erat. Inde Strepſiades apud Ariſtoph. in *νεφ*.

ἐγὼ δ' ἀπόλλυμαι
Ὁρῶν ἄγουσαν τὴν σελήνην εἰκάδας.
Οἱ γὰρ τόκοι χωροῦσιν.

Ibid. *Λώου* &c.] Sic reſcripſi, ut volebat Bentlejus, de conſenſu librorum, qui modo in interpunctione diſcrepant. Salmaſius corrigebat: *Καὶ Λώου τῇ ἐπικαιδεκάτῃ.*

Ibid. *Τῇ τινι τῇ δεκάδῃ*] Lege *τῇ τινι τῇ δεκάδι*: intelligit autem *τριακάδα, νουμηνίαν*, qua potius eum captum iri dicit, quia *τότε*, ut Scholiaſtae Ariſtophanis verbis utar, *τοὺς μὴ ταχέως ἀποδιδόντας τοὺς τόκους, ἢ τὰ δάνεια, ἀπῄτουν ὡς ἐπιορκοῦς.* Ideoque eam ſe maxime abominari ait Strepſiades apud Ariſtoph.

Ἦλθεν ὁ βοῦς ὑπ' ἄροτρον ἑκούσιος. εὖγ' ἐμὸς Ἑρμῆς,
Εὖγ' ἐμός. οὐ παρὰ τὰς εἴκοσι μεμφόμεθα.

μθ'.

Ὡς ἀγαθὰν Πολύφαμος ἀνεύρατο τὰν ἐπαοιδὰν,
Τἄῤῥα μένων αἰγᾶν οὐ καθημὴς ὁ Κύκλωψ.
Αἱ Μοῖσαι τὸν ἔρωτα καταισχαίνοντι, Φίλιππε.
Ἦ πανακὲς πάντων φάρμακον ἁ σοφία.
Τοῦτο, δοκῶ, χ' ἁ λιμὸς ἔχει μόνον ἐς τὰ πονηρὰ
Τὤγαθον· ἐκκόπτει τὰν φιλόπαιδα νόσον.
Ἔσθ' ἁμῖν χ' ἁ κασὰς ἀφειδέα πρὸς τὸν ἔρωτα.
Τουτὶ, παῖ, κείρει τὰ περὶ παιδάριον.

Οὐδ'

Εἴθ' ἦν ἐγὼ μάλιστα πασῶν ἡμερῶν
Δέδοικα καὶ πέφρικα καὶ βδελύττομαι
Εὐθὺς μετὰ ταύτην ἔσθ' ἔνη τε καὶ
νέα.

ubi νεμηνίαν ἔνην καὶ νέαν vocat, quia ἐν αὐτῇ συμβαίνει καταλήγειν τὴν σελήνην καὶ γενέσθαι. A. Fabri.

Vſ. 3. Ἑρμᾶς] Doriſmus hic eſt alienus: itaque, ut voluit Bentlejus, reſtitui legitimum Ἑρμῆς. Poſt pro τᾶς ſcripſi τὰς, ut eſt in MS.

Vſ. 4. οὐ παρὰ τᾶς] Scribendum τᾶς Dorice pro τῆς, quod pro ταῖς. A. Fabri.

Bentleii.

In Epigr. XLIX.

In editione A. Fabrae primum duntaxat habetur Epigrammatis hujus diſtichon: nos reliqua addidimus ex Cod. MSto.

Vſ. 1. Ὡς ἀγαθὰν] Theocritus in Cyclope Id. XI.

Οὐδὲν πο̂τ τὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο,
Νικία, οὔτ' ἔγχριστον (ἐμὶν δοκεῖ) οὔτ' ἐπίπαστον
Ἢ ταὶ Πιερίδες &c.

Ubi haec adnotat Scholiaſtes, ex hoc loco emendandus: Φιλόξενος ποιεῖ τὸν Κύκλωπα παραμυθέμενον ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ τῆς Γαλατείας ἔρωτι, καὶ ἐντελλόμενον τοῖς δελφῖσιν, ὅπως ἀγγείλωσιν αὐτῇ, ὡς ταῖς μούσαις τὸν ἔρωτα ἀκεῖται, καὶ Καλλίμαχος Ὡς ἀγαθὸς Πολύφημος ἀνεύρατο τὴν ἀοιδὴν, αἱ μοῦσαι τὸν ἔρωτα κατίσχανον. Notandum τὸ κατίσχανον. Erunt enim fortaſſe, quibus haec lectio melior videbitur illa altera, quam ex MSto exhibuimus. Tum vero legendum fuerit:

Αἱ μοῦσαι τὸν ἔρωτα κατίσχανον. ἐντί, Φίλιππε,
Ἦ πανακὲς &c.

ἐντὶ Doricum pro ἐστί. Et priora illa Ὡς ἀγαθὰν. ita vertenda fuerint: *Ut bonum invenit*, vel *ſimul ac bonum.*

Vſ. 4. Ἦ πανακὲς] Laudat hunc locum Clemens Alex. Stromat. lib. V. Ἡ πανακὴς πάντων φαρμάκων σοφία, Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ἐπιγράμμασι γράφει. Reponenda eſt apud Clementem vera lectio, quam ex MSto edidimus.

Vſ. 5. Τοῦ δοκέω] Scribe, Τοῦτο, δοκῶ, χ' ἁ λιμὸς.

Vſ. 7. Ἔσθ' ἁμῖν χ' ἁ κασὰς ἀφειδέα πρὸς τὸν ἔρωτα] An legendum παστὰς? Eſt nobis & thalamus ſive uxor, remedium ad vagam libidinem. In hac ſumma feſtinatione nihil excogitare queo, quod vel mihi ipſi arrideat: ut neque in verſu ſecundo.

Variorum.

In Epigr. XLIX.

Vſ. 1. Πολύφημος] MS. Lipſ. Πολύφαμος. recte.

Vſ. 2. Τόῤῥα μένων αἰγῶν] Legendum

Τῇ ῥα μένων αἰγὰς οὐ καθ' ἵματ' ὁ κύκλωψ.

Ut

Venit bos ad aratrum ultro. Recte meus Mercurius,
  Recte sane: de viginti illis diebus non querimur.

XLIX.

Quam bonum Polyphemus invenit incantamentum!

. . . .

Musae amorem attenuant, o Philippe,
  Profecto omnibus morbis medetur Sapientia.
Quamobrem etiam & Fames hoc solum inter mala habet
  Boni: Exscindit morbum amatorium.
Est & haec nobis medicatrix ad prodigum amorem,
  Hoc, puer, tibi alas detondet. puerule,

Ne

Ut dulcem Polyphemus commentus est cantilenam, uno in loco perstans, non amplius gregis curam gessit. Et ita haec videntur integra. Sed ne dubites, audi delicias Theocriti, ubi de Cyclope:

> Πολλάκι ταὶ ὄϊες ποτὶ τ' αὔλιον αὐταὶ ἀπῆνθον
> Χλωρᾶς ἐκ βοτάνας. ὁ δὲ τὰν Γαλάτειαν ἀείδων,
> Αὐτῶ ἐπ' αἰόνος κατετάκετο φυκιοέσσας
> Ἐξ ἀοῦς, ἔχθιστον ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος
> Κύπριος ἐκ μεγάλας, τό οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον.
> Ἀλλὰ τὸ φάρμακον εὗρε. καθεζόμενος δ' ἐπὶ πέτρας
> Ὑψηλᾶς ἐς πόντον ὁρῶν ἄειδε τοιαῦτα.

Hoc me monuit eruditissimus adolescens Andreas Dacerius, quem ob eximium ejus ingenium Pater meus paterno plane amore diligebat. A. FABRI. D. Heinsius hoc epigramma ita legit;

> Ὡς ἀγαθὸς Πολύφαμος ἀνήρατο τᾶς Γαλατείας,
> Αἱ μοῦσαι τὸν ἔρωτα κατίσχανον.

TH. GRAEV. Immo ea fere sunt e Schol. Theocriti l. c. Sed Scholiastes ista laudavit memoriter, & neglecto Dorismo: unde nil certi colligi potest.

Ibid. οὐ καθημῆς] Voss. οὐ καθ' ἡμᾶς. Apogr. Ruhnk. Τέῤῥα —— καθ' ἱμας. Hunc versum sic sibi legendum videri Bentlejus scripsit ad J. G. Graevium: Τᾶῤῥα μένων αἰγᾶν οὐ καθιμᾶσθ' ὁ Κύκλωψ, quod parum discedit ab Annae ratione. Mihi autem non placet valde καθιμᾶν pro *dimittere*, & quidem de animalibus, nec credo sic dici.

Vs. 4. Ἦ πανακὲς] Versum correxi de Bentleji mente e vestigiis librorum. Nam praeterquam quod ap. Clementem est πανακὴς, quod male librarii ad σοφίαν referentes fecerunt e πανακὲς, Apogr. Voss. habet ἡ πανὲς, Ruhnk. ἡ πᾶν ἐς, quod e πανακὲς factum, nemo non videt. Iidem libri habent ἁ σοφία, Lips. contra ἡ σοφίη.

Vs. 5. Τοῦ δοκέω] Rectissime Bentlejus τοῦτο, δοκῶ. τοῦ δοκέω etsi sensum non habet alienum, tamen frigidius est in epigrammate. Apogr. Voss. sequentia sic habet: χ' ὠ χαλινὸς εἶχε. Etiam MS. Lips. ὠ. Mox idem ἐκκόπτειν, ut Scaliger volebat. Sed videtur id esse e correctione Scaligeri.

Vs. 7. ἁ κασὰς] Bentleji correctio facilis, & sensum efficit per se commodum. Sed sequentia docent, poëtam illas duas modo medicinas, literas & pauperiem, commemorasse. Apogr. Ruhnk. habet: Ἐσθ' ἁμὶν χ' ἀκεστα γ' ἀφ. unde Salmasius conjiciebat legendum: Ἔσθ' ἁμῖν τάδ' ἕκαστα γ' ἀφ. Quod non displicet. Mihi visum est sic: Ἔσθ' ἁμῖν τ' ἄκος αὐτὸ, pro ἄκος τὸ αὐτό.

Vs. 8. Τοῦτί παῖ] Apogr. Ruhnk. ταὶ, unde Salmasius sic corrigebat:

Ut

Οὐδ' ὅσον ἀτλάραγόν σε δεδοίκαμες· αἱ γὰρ ἐπῳδαὶ
Οἴκῳ τῶ χαλεπῶ τραύματος ἀμφότεραι.

ν΄.

Πολλάκι δὴ φυλῆς Ἀκαμαντίδος ἐν χοροῖσιν Ὧραι
Ἀνωλόλυξαν κισσοφόροις ἐπὶ διθυράμβοις
Αἱ Διονυσιάδες, μίτραισι δὲ καὶ ῥόδων ἀώτοις
Σοφῶν ἀοιδῶν ἐσκίασαν λιπαρὰν ἔθειραν,
Οἳ τόνδε τρίποδά σφισι μάρτυρα βακχίων ἀέθλων
Θήκαντο· κείνους δ' Ἀντιγένης ἐδίδαξεν ἄνδρας.

Εὖ

Τοῦτί σοι καὶ κ. τὰ π. π. Sed mihi illud ιαὶ hic frigere videtur.

Vſ. 9. ἀλλ' ἄραγον] Non dubitavi recipere certiſſimam Bentleji correctionem, ἀττάραγον, quam vocem ingenioſiſſime reſtitutam Callimacho vere judicat Cel. Hemſterhuſius ad Lucian. T. I. p. 416. Apogr. Voſſ. habet ἀτγάραγον, adſcripſeratque Voſſius in margine eundem Etymologi locum. Apogr. autem Ruhnk. plane ἀττάραγον.

Vſ. 10. Οἴκῳ] Intelligi poteſt ἐν; ſed tamen etiam ad vitanda ὁμοιοτέλευτα malim οἴκοι.

B E N T L E I I.

Vſ. 9. Οὐδ' ὅσον ἀλλ' ἄραγόν σε δεδοίκαμες] Sine dubio corrigendum eſt Οὐδ' ὅσον ἀτλάραγόν σε δεδοίκομες, vel δεδοίκομες a Dorico δεδοίκω. Ἀτλάραγος eſt mica panis, ſive res quaevis minutiſſima. Vide Heſychium & alios. Etymolog. Ἀτλάραγος, παρὰ τὸ ἀτάρταγός τις εἶναι. Καλλίμαχος· Οὐδὲ τὸν ἀτλάραγόν τι δέδοικεν. Reſpicit hunc ipſum Callimachi locum; & ex eo eſt reſtituendus.

IN EPIGR. L.

Verſu ſexto Θήκαντο repoſui verſus gratia: nam in MSto eſt ἔθηκαν. Diſtichon poſtremum, quod abeſt ab editione Fabrae, ex MSto addidimus. Sed in verſiculo poſteriori paulum quid immutavimus: MStus ſic exhibet:

Θῆκαν ἰοστεφάνων θεᾶν ἕκατι μουσᾶν.

Sententia Epigrammatis clara eſt & perſpicua. In Dionyſiis, quo tempore Athenis fabulas docuerunt poëtae Tragici & Comici, tribu aliqua chorum & veſtem & reliquum ornatum ſingulis ſuppeditante, victrix erat tribus Acamantis, fabulam edente Antigene, tibiis canente Ariſtone, chorum ducente Hipponico. Caeterum non eſt Callimachi Epigramma, ſed Bacchylidis vel Simonidis: ſic enim in Cod. MSto inſcriptum eſt.

Καλλιμάχου ἐπὶ τῷ αὐτῷ τετραμέτρῳ ἐνδεκασύλλαβον,
Βακχυλίδου ἢ Σιμωνίδου ἐπὶ τῷ αὐτῷ τετραμέτρῳ τετράμετρον,

ὅμοιον τῷ, Εἴ μοι γένοιτο παρθένος καλή τε καὶ τέρεινα· μιᾷ δὲ μόνῃ συλλαβῇ πλεονάζον, ἐπὶ τὸ τετραπόδιον οὐκ ἔχει ἴαμβον ἀλλὰ ἀνάπαιστον. Vides Callimachi Epigramma poſt verſus tetrametrum habuiſſe hendecaſyllabon. Deeſt itaque hic loci: ſed alibi extat num. XLI.

Ἱερέη Δήμητρος ἐγώ ποτε, καὶ πάλιν Καβείρων,
Ὦνερ, καὶ μετέπειτα Διυδυμήνης. &c.

Extat etiam aliud ejuſdem Simonidis Epigramma, geminum huic & germanum, apud Scholiaſtem Hermogenis περὶ ἰδεῶν pag. 410; quod quia huic loco & occaſioni apprime convenit, hic deſcribemus:

Ἦρχε μὲν Ἀδείμαντος Ἀθηναίοις, ὅτ' ἐνίκα

Ἀν.

Ne hilum quidem te formidamus. Incantamenta enim ambo
Domi sunt nobis acerbi vulneris.

L.

Saepe quidem in Tribus Acamantidos choris
Clamorem sustulerunt ob hederigeros dithyrambos
Horae Dionysiades; coronisque & rosarum floribus
Sapientum poëtarum inumbrarunt unguentatam comam:
Qui hunc tripodem sibi testem Bacchicarum victoriarum
Dicaverunt. Illos autem Antigenes docuit viros:

Bene

Ἀντιοχὶς φυλὴ δαιδάλεον τρίποδα
Ξεινοφίλου δέ τις [υἱὸς Ἀριστείδης ἐχορήγει
Πεντήκοντ' ἀνδρῶν καλὰ μαθόντι χορῷ,
Ἀμφὶ διδασκαλίᾳ δὲ Σιμωνίδῃ ἕσπετο κῦδος
Ὀγδωκονταέτει παιδὶ Λεωπρεπέος.

hoc est, Archonte Athenis Adimanto, Dionysiis vicit Tribus Antiochis, chorago Aristide, poëta Simonide.

VARIORUM.

IN EPIGR. L.

In Libro Lips. & Ap. Ruhnk. eadem est inscriptio, quae in Bentlejano. Epigramma hoc Callimacho etiam abjudicat & Simonidi tribuit Cel. Hemsterhusius ad Aristoph. Plut. p. 334. & in Addendis ad Lucianum T. I. p. 82. laudans etiam idoneum auctorem Stephanum in *Ἀκαμάντιον*. Nec res habet jam dubitationis aliquid. Ceterum in Dialecto inconstantia est. Videtur enim, ut cetera Simonidis, totum Doricum esse debere: cum tantum in ultimis versibus servetur Dorica dialectus.

Vs. 1. *Διφυλῆς Ἀκαμαντίδος*] Certe quid sit *Διφυλῆς* me nescire fateor: & verum puto quod conjicit idem Andreas Dacerius: legit enim,

Πολλάκι δὲ φυλῆς Ἀκαμαντίδος.

nam *φυλὴ Ἀκαμαντὶς* in Attica ab Acamante Thesei filio sic dicta. Vide Harpocrat. A. FABRI.

Vs. 2. *Ἀνωλόλυξαν*] MS. Palat. *ἀνώλυξαν*, auctore Dorvillio ad Charit. p. 278. Sed vulgatum verum ipse agnoscit.

Ibid. *κρισσοφόροις ἐπὶ διθ.*] Nemo non videt legendum *κισσοφόροις ἐπὶ διθυράμβοις*. A. FABRI.

Vs. 3. *Διονυσιάδες*] *Διονυσιάδες ἐν Σπάρτῃ παρθένοι αἱ ἐν τοῖς Διονυσίοις δρόμον ἀγωνιζόμεναι*. Hesych. A. FABRI.

Ibid. *μίτραισί τε*] Liber Lips. habet *δὲ*. quod quia sensus requirit, etiam sine libro erat reponendum.

Vs. 4. *λιπαρὰν ἔθειραν*] *unguentis delibutam*. Res nota est. A. FABRI.

Vs. 5. *Οἳ τόνδε τρίποδα*] Haec historia mihi ignota est. A. FABRI.

Ibid. *Οἳ τόνδε τρ.*] Non video quid hic in historia haeserit Anna. Epigramma est in tripoda, quem Chorus victor dedicavit.

Vs. 6. *κείνους*] MS. Lips. *κείνου* & mox *ἐδίδασκεν*. Pro *κείνους* Vir doctus in Apogr. Ruhnk. *οἷος δ'*.

Vs.

Εὖ δ' ἐπιθύνεῖτο γλυκερὰν ὄπα Δωρίοις Ἀρίστων
Ἀργεῖος ἡδὺ πνεῦμα χέων καθαροῖς ἐν αὐλοῖς.
Τῶν ἐχορήγησεν κύκλον μελίγηρυν Ἱππόνικος
Στρύθωνος υἱὸς, ἅρμασιν ἐν Χαρίτων φορηθείς.
Αἵ οἱ ἐπ' ἀνθρώποις ὄνομα κλυτὸν ἀγλαάν τε νίκαν
Θῆκαν, θεᾶν ἰοστεφάνων ἕκατι Μοισᾶν.

να'.

Τὴν ἀλίην Εὔδημος, ἐφ' ἧς ἅλα λιτὸν ἐπέσθων
Χειμῶνας μεγάλους ἐξέφυγεν δανέων,
Θῆκε θεοῖς Σαμόθραξι, λέγων ὅτι τήνδε κατ' εὐχὴν,
Ὦ λαοὶ, σωθεὶς ἐξ ἁλὸς ὧδ' ἔθετο.

νβ'.

Εὐμαθίην ᾐτεῖτο, διδοὺς ἐμὲ Σῖμος ὁ Μίκκου
Ταῖς Μούσαις· αἱ δὲ, Γλαῦκος ὅκως, ἔδοσαν

Ἀντ'

Vſ. 7. Εὖ δ' ἐτιθηνεῖτο] Nemo hoc, opinor, intelliget. Integrum verſum ſic legerem,

Εὖ δ' ἐτιθηνεῖτο γλυκερὰν ὄπα Δωρίων ἀρίστεις,

hoc eſt, *Bene autem formabat, fingebat dulcem vocem Dorum optimis Argivus ille dulcem infundens tibiis ſpiritum.* A. Fabri.

Ibid. ἐτιθηνεῖτο] Eleganter hoc verbum dicitur de qualibet cura in re aliqua colenda. Joſeph. A. J. IX. 10. 3. de terrae cultu dixit, ubi vid. Spanhemius. In medio autem pariter dixit Xenoph. Cyrop. VIII. p. 631. pro colere; quem locum male Lexica ſub activo proferunt.

Vſ. 9. κύκλων] Lege κύκλον, prout τὸ μελίγηρυν. A. Fabri.

Vſ. 10. ἅρμασιν ἐν Χαρίτων] Notabis currus etiam gratiis tribui. A. Fabri. v. Hemſterhuſ. V. Cel. ad Lucian. T. I. p. 28.

Vſ. 12. κλυτὸν] Apogr. Voſſ. κ' αὐτὰν.

Bentleii.

IN EPIGR. LI.

In Cod. MSto ἅλα λιτὸν. Sed ſi ad ἅλα referretur, dicendum foret ἅλα λιτὴν. Λιτὸς eſt pauper: Hymno in Apollinem vſ. 10.

Ὅς μιν ἴδῃ, μέγας οὗτος. ὃς οὐκ ἴδε, λιτὸς ἐκεῖνος.

Πονέων ex conjectura ſubſtituimus pro δανέων. In Codice MSto, quo ego uſus ſum, eſt δαέων.

IN EPIGR. LII.

Bacchi ſimulachrum Muſis donavit Simus Micci F. qui in ludo Grammatico literis operam dabat. In Cod. MSto eſt γλεῦκος ὅκως: Sed ſine dubio legendum, Γλαῦκος; ut edidimus. Glaucum intellige Homericum, qui arma cum Diomede commutavit,

Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Διπλόος τοῦ Σαμίου eſt litera Samii Pythagorae Υ; ſic dicta, quia in duplicem ramum dividitur. Notum illud:

Litera Pythagorae diſcrimine ſecta bicorni.

& illud:

Et tibi quae Samios deduxit litera ramos,
Surgentem dextro monſtravit limite callem.

Bacchus iſte ſitus erat e regione literae Y, quae prope ludum literarium poſita bivium virtutum & vitiorum pueris indicabat. Porro pueri iſti vota faciebant Baccho, & ea

gra-

Bene vero formavit dulcem vocem Ariſton
  Argivus, ſuavem ſpiritum fundens in ſimplicibus tibiis Doricis:
Quorum chori dulciſoni dux erat Hipponicus
  Struthonis filius, in Gratiarum curribus vectatus:
Quae illi apud homines nomen inclytum & claram victoriam
  Dederunt; ita volentibus Muſis violaceas coronas geſtantibus.

LI.

Naviculam Eudemus, in qua tenue ſal comedens
  Procellas magnas effugit aeris alieni,
Donavit Diis Samothracibus; dicens quod hanc ex voto,
  O populi, ſervatus ex mari hic poſuit.

LII.

Docilitatem petiit Simus Micci filius, donans me
  Muſis. Illae autem, Glauci inſtar, dederunt

Pro

gratia comam illi ſacram nutriebant: qui mos comam deo cuipiam conſecrandi, Baccho praecipue, etiam pueris notiſſimus. Euripides Bacchis:

> Πρῶτον μὲν ἁβρὸν βόστρυχον τεμῶ σέθεν.
> Ἱερὸς ὁ πλόκαμος. τῷ θεῷ δ' αὐτὸν τρέφω.

Cum vero & ipſe Bacchus crinem intonſum nutriverit, unde & ἁβροκόμης dictus & κισσοκόμης &c. ideo hanc puerorum religionem nihili aeſtimans, illos ait perinde facere, ac ſi ſomnium ſuum ſibi narrent; quod ipſe longe melius intelligat.

VARIORUM.

IN EPIGR. LI.

Hoc epigramma edidit & Kuſterus ad Suid. T.I. p.795. pro inedito. Primi duo verſus (ſed omiſſo δανέων) cum dimidio tertio ſunt ap. Suidam in Ἐπέσθων, unde patet, epigramma ſic in primo verſu corrigendum eſſe, ut pro ἅλα λιτὸς ἐπελθὼν legatur, ut edidimus: & ſic laudat haec verba illuſtraturus τὸ ἐποσθίειν, vel ἐπέσθειν Cel. Hemſterhuſ. ad Ariſtophanis Plut. p. 359. Bentlejus hic aberravit in corrigendo & explicando: ſed correxit errorem in praefatione ad Diſſ. de Phalaridis Epiſt. Ceterum verſionem correxi: quae tamen fieri ſic non poteſt, ut luſus, qui eſt in Graeco ἅλς, ſervetur. MS. Lipſ. pro δανέων in marg. ἀνέμων. Fruſtra.

Vſ. 1. Τὴν ἀλίην] Ἁλία genus navigii. A. FABRI.

Ibid. ἅλα λιτὸν ἐπελθὼν] Notari poteſt ἅλα λιτὸν hic dici *tranquillum mare*. A. FABRI.

Vſ. 3. Θεοῖς Σαμόθραξι] De Diis Samothracibus qui *Cabeiri* dicebantur, vide quae notavimus Epigr. XV. A. FABRI.

Ibid. τήνδε] Refer ad ἀλίην, non vero ad εὐχήν. A. FABRI.

IN EPIGR. LII.

Vſ. 1. ἐμὲ Σιμὸς] MS. Lipſ. Ἐμεσηνός. Sed haec eſt Scaligeri correctio, qui mox etiam corrigebat τὰς Μούσας.

Vſ. 2. Γλαῦκος ὅπως] Recte Bentlejus

Ἀντ' ὀλίγου μέγα δῶρον. ἐγὼ δ' ἀνὰ τήνδε κεχηνὼς
Κεῖμαι τοῦ Σαμίου διπλόον, ὁ τραγικὸς
Παιδαρείων Διόνυσος ἐπήκοος. οἱ δὲ λέγουσιν,
Ἱερὸς ὁ πλόκαμος, τοὐμὸν ὄνειαρ ἐμοί.

νγ'.

Τῆς Ἀγορανάκτός με λέγε, ξένε, κωμικὸν ὄντως
Ἀγκεῖσθαι νίκης μάρτυρα τοῦ Ῥοδίου
Πάμφιλον, οὐκ ἐν ἔρωτι δεδαυμένον. ἥμισυ δ' ὦπται
Ἰσχάδι καὶ λύχνοις Ἴσιδος εἰδόμενον.

νδ'.

Εἰς Αἴσχρην τινα γυναῖκα οὕτω καλουμένην, τὴν Μίκκου τροφόν.

Τὴν Φρυγίην Αἴσχρην, ἀγαθὸν γάλα, πᾶσιν ἐν ἐσθλοῖς
Μίκκος καὶ ζωὴν οὖσαν ἐγηροκόμει,
Καὶ φθιμένην ἀνέθηκεν, ἐπεσσομένοισιν ὁρᾶσθαι,
Ἡ γρηῢς μαστῶν ὡς ἀπέχει χάριτας.

νε'.

lejus e γλεῦκος fecit Γλαῦκος. Sed in Lipſ. eſt etiam ὅσως.

Vſ. 3. ἀνὰ τήνδε] Quid? εὐμαθίην. An legendum ἀνὰ τάσδε. Nihil in ſequentibus video. A. FABRI.

Vſ. 5. οἱ δὲ λέγουσιν] Legendum αἱ δὲ λέγουσιν. A. FABRI.

Vſ. 6. ἱερὸς ὁ πλόκαμος] Quid hoc ſit me neſcire fateor. A. FABRI. at v. Bentlejum.

Ibid. τοὐμὸν ὄνειαρ ἐμοί] Vide ſupra Epigr. v. A. FABRI.

Ibid. τοὐμὸν ὄνειαρ.] Apogr. Scalig. & Lipſ. τοῦ μόνου εἶαρ.

B E N T L E I I.

IN EPIGR. LIII.

Pamphili, perſonae in Comoedia, ſtatua, rugoſa illa quidem & fuliginoſa, ab Agoranacte poëta Comico dedicata eſt, ut teſtimonio eſſet victoriae, quam ludis Dionyſiis eſt conſecutus. Facete autem dictum, *teſtem vere Comicum:* de quo proverbio conſule Paroemiographos. Δεδαυμένον reſtituimus, pro edito δεδαγμένον. Heſychius: Δεδαυμένον, περιπεφρυγμένον, a δαίομαι. Εἰδόμενον vero pro εἰδομένων (ut a Fabra editum) & Cod. MStus habet.

IN EPIGR. LIV.

Aeſchrae, ancillae Phrygiae, nutrici ſuae gratiam rependit Miccus alumnus. Eleganter autem *lac bonum*, id eſt, nutricem bonam. Pro παισὶν ἐν ἐσθλοῖς, emendavimus, πᾶσιν. ἐσθλὰ πάντα, ἀγαθὰ πάντα, de re bene lauta, & omnium bonorum bona copia. Ariſtophanes Pluto:

Πρότερον γὰρ εἶχον μὲν παρὰ ταῖς καπηλίσι
Πάντ' ἀγαθά.

Idem Acharnenſibus:

Καὶ ταῦτα μέντοι, νὴ Δί', ὥσπερ μ' ἐτρεφέτην
Ἐν πᾶσι βελτίοις.

Scholiaſtes: Δέον εἰπεῖν, Ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς, βελτίοις εἶπε παρ' ὑπόνοιαν παίζων. Theopompus apud Hephaeſtionem:

Πάνυ

Pro parvo magnum donum. Ego vero ſto inhians
Adverſus hanc Samii duplicem *literam*, tragicus
Bacchus, puerorum auditor. illi autem dicunt,
Sacer tibi eſt capillus: meum mihi *narrantes* ſomnium.

LIII.

Dic me, o hoſpes, poſitum eſſe victoriae Agoranactis
Rhodii teſtem vere comicum
Pamphilum, non in amore ambuſtum: dimidium vero conſpicitur
Caricae & lucernis Iſidis ſimile.

LIV.

In Aeſchram mulierem ita dictam, nutricem Micci.

Aeſchram Phrygiam, lac bonum, Miccus
Et, dum viveret, in re opima aluit,
Et mortuae ſtatuam poſuit: quo poſteri viderent,
Ut anus mammarum mercedem ceperit.

LV.

Πάντ' ἀγαθὰ δὴ γέγονεν ἀνδράσιν ἐμῆς διὰ συνουσίας.

IN EPIGR. LV.

Extat in eandem fere ſententiam Epigramma Antholog. lib. I. c. 41.

Αἱ χάριτες τρεῖς εἰσι. σὺ δὴ μία ταῖς τρισὶ κείναις
Γεννήθης, ἵν' ἔχωσ' αἱ χάριτες χάριτα.

VARIORUM.

IN EPIGR. LIII.

Nil omnino conjicere poſſum in hoc Epigrammate, ut nec in ſequenti, quod mihi poſſit placere: itaque ſatius eſt ea aliis illibata relinquere. A. Fabri.

Vſ. 1. τῆς] Liber Lipſ. ταῖς.

Vſ. 3. δεδαυμένον] MS. Lipſ. & Apogr. Scal. & Voſſ. δεδεγμένον. Ruhnk. δεδαγμένον, quod Salm. explicat βεβλημένον. Heſych. Δεδηγμένος, βεβλημένος. Ταραντῖνοι. ἐν ἔρωτι δεδαγμένον, pro ἔρωτι δεδηγμ. τὸ ἐν πλεονάζει.

IN EPIGR. LIV.

Hoc epigramma pro inedito dedit Jenſius n. 89. cenſetque ab initio aliquid deeſſe: neſcio quare, cum plena ſit ſententia. Editum etiam eſt in Anthologia Reiſkii, n. 740.

Vſ. 1. ἀγαθὸν γάλα, πᾶσιν] Cl. Reiſkius e conjectura edidit ἀγαθὸς Γαλάταισιν ἐν ἐσθλοῖς, nulla ratione reddita. Enimvero ita parit cauſſa, propter quam benefecit Aeſchrae Miccus. Nec eſt, quare quem offendat ἀγαθὸν γάλα, de bona nutrice: cum etiam qui eadem nutrice uſi ſunt ὁμογάλακτες dicantur &c. aut ἐν πᾶσιν ἐσθλοῖς, de copia: cum ἐν ἀγαθοῖς hoc ſenſu paſſim occurrat. Salmaſius vulgatum παισὶν ἐν ἐσθλοῖς pro παῖς ἐσθλὸς dictum, fruſtraque notam mendi additam putabat in membranis. Gujetus autem corrigebat τὴν παῖς ἐσθλός, in quo friget τὸ τήν. Simile epigramma in tumulum nutricis eſt inter epigrammata Theocriti p. 180. ed. Heinſ. quod comparabat Gujetus.

Vſ. 3. ἀνέθηκε] Cl. Reiſkius re-

νε´.

Εἰς τὴν γυναῖκα Πτολεμαίου Βερενίκην.

Τέσσαρες αἱ Χάριτες· ποτὶ γὰρ μία ταῖς τρισὶ κείναις
  Ἄρτι ποτ' ἐπλάσθη, κἤτι μύροισι νοτεῖ,
Εὐαίων ἐν πᾶσιν ἀρίζηλος Βερενίκα,
  Ἇς ἄτερ οὐδ' αὐταὶ ταὶ Χάριτες Χάριτες.

νϛ´.

Τὸν τὸ καλὸν μελανεῦντα Θεόκριτον, εἰ μὲν ἔμ' ἔχθει,
  Τετράκι μισοίης· εἰ δὲ φιλεῖ, φιλέοις·
Ναιχὶ πρὸς εὐχαίτεω Γανυμήδεος, οὐράνιε Ζεῦ,
  Καὶ σύ ποτ' ἠράσθης. Οὐκ ἔτι μακρὰ λέγω.

νζ´.

Καὶ πάλιν, Εἰλείθυια, Λυκαινίδος ἐλθὲ καλεύσης,
  Εὔλοχος ὠδίνων ὧδε σὺν εὐτοκίῃ,
Ὡς τοι νῦν μὲν, ἄνασσα, κόρης ὕπερ· ἀντὶ δὲ παιδὸς
  Ὕστερον θυώδης ἄλλο τι νηὸς ἔχοι.

νη´.

Τὸ χρέος ὡς ἀπέχεις, Ἀσκληπιὲ, τὸ πρὸ γυναικὸς
  Δημοδίκης Ἀκέσων ὤφελεν, ἀρξάμενος

Γινώ-

ſcripſit *συνέθηκε*, *compoſuit*, *ſepelivit*, quod *ἀνατιθέναι* dicatur de ſtatuis, non hominibus. Primum ſenſus non patitur ſatis illud. Nam poſteri non vident, qui ſepeliverint, niſi monumentum ponatur cum titulo. Alterum falſum eſſe, multis exemplis doceri poteſt. Ἐπεσσομένοισιν autem conjuncte pro ἐπ' ἐσσομ. quae ſcriptura ſaepe eſt in libris, & hoc ſenſu laudatur in lexicis. At *ἐπισσόμενοι* ſunt potius *ſuperſtites*, *qui ſuperſunt*. *ἐπ' ἐσσομένοισι* autem eſt *apud futuros*. Vid. Cl. Heringa in exquiſitae doctrinae Obſerv. p. 15.

Vſ. 4. *μασθῶν*] MS. Scal. & Lipſ. *μαστῶν*. & ſic corrigit Jenſius. *μασθὸς* magis in compoſitis ſcribitur.

IN EPIGR. LV.

Vſ. 2. *κἤτι μύροισι νοτεῖ*] *De more*: infantes enim ſtatim atque in lucem erant editi, vel aqua, vel unguentis veteres abluebant. Nota autem hoc verbum *νοτέω*, *humidus ſum*, *perfluo*; nam rarum eſt. Caetera in venuſtiſſimo hoc Epigrammate plana ſunt. A. FABRI.

IN EPIGR. LVI.

Hoc & ſequentia Epigrammata Callimachum autorem prae ſe ferentia nunc primum ex Codice MSto exhibemus: quem olim vidimus Oxonii apud eruditiſſimum & celeberrimum virum Eduardum Bernardum. Is codex ſine dubio transſcriptus eſt ex vetuſto illo Heidelbergenſi, qui nunc Romae ſervatur in Bibliotheca Vaticana. In MSto primus verſiculus ſic ſe habet:

Τὸν

LV.

In uxorem Ptolemaei Beronicen.

Quatuor ſunt Gratiae. praeter enim tres illas
Alia nuper formata eſt, & adhuc unguentis madet,
Beata in omnibus invidenda Berenice,
Sine qua ne ipſae quidem Gratiae ſunt Gratiae.

LVI.

Dulce nigrantem Theocritum, ſi quidem me odit,
Quadruplo magis oderis: ſin autem amat, ames:
Ita per bene comatum Ganymedem, o ſumme Jupiter,
Et tu olim amaſti: non loquor plura.

LVII.

Quin iterum veni, Lucina, vocante Lycaenide,
Sic propitia cum partus facilitate:
Ut nunc quidem, regina, pro puella; poſtea autem pro puero
Aliud quid habeat templum tuum odoratum.

LVIII.

Sic habes debitum, Aeſculapi, quod pro uxore
Demodice Aceſon debuit, cum inciperet

Co-

Τὸν τὸ καλὸν μελανεῦντα Θεόκριτον εἰ μὲν ἐμόχθει.

Repoſuimus μελανεῦντα. Sic in Epigrammate quodam in Anthol. μελανεῦσα. Τὸ καλὸν autem apud Theocritum Idyl. III.

Τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε.

& ibidem non longe inferius:

Ὦ τὸ καλὸν ποθορῶσα. BENTL.

Vſ. 1. ἐμόχθει] Sic & alia Apogr. Anthol.

Vſ. 3. εὐχαίτεω Γαν.] Etiam Lucianus Deor. Dial. 5. καλὸν κομήτην vocat.

Vſ. 4. Καὶ σύ ποτ' ἠράσθης] Vid. Cl. Valkenar. praef. ad Virgil. cum Graecis coll. p. LXXI.

IN EPIGR. LVII.

In MS. Lipſ. haec inſcriptio eſt: Ἀνάθημα παρὰ Λυκαινίδος: ſc. epigramma eſt donarii, quod conſecratum eſt pro partu felici, quo puella edita erat, cum promiſſione majoris, ſi puer naſcatur. In Apogr. Ruhnk. additur Λυσιμάχου pro quo Καλλιμάχου reſcribendum notat Salmaſ.

Vſ. 2. Εὔλοχος] Apogr. Ruhnk. Ἐς λέχος.

IN EPIGR. LVIII.

Aceſon quidam uxoris ſuae Demodices imaginem pictam in Aeſculapii fano poſuerat ex voto. Quam imaginem, ſive adeo ipſam mulierem, laudat poëta, cum ob formam quae vel Deum capere poſſet, tum ob pudicitiam. In Codice MSto erat παρέξασθαι. Παρέχεσθαι παρθενίην, praeſtare virginitatem: ſic Hymno in Dianam: Δός μοι παρθενίην αἰώνιον, ἄππα, φυλάσσειν. Καὶ μή μιν ἀπαιτῇς: ἀπαιτεῖν χρέος, exigere debitum. BENTL.

MS. Lipſ. Ἀνάθημα τοῦ αὐτοῦ. Edidit hoc epigramma etiam Kuſter. ad Suid. T. I. p. 259.

Vſ. 2. ἀρξάμενος] In Apogr. Ruhnk.

Γινώσκειν. ἢν δ' ἄρα λάθῃ, καὶ μή μιν ἀπαιτῇς,
  Φησὶ παρέξεσθαι παρθενίην ὁ πίναξ.

νθ'.

Τῷ με Κανωπίτα Καλλίστιον εἴκοσι μύξαις
  Πλούσιον ἡ Κριτίου λύχνον ἔθηκε θεῷ,
Εὐξαμένα περὶ παιδὸς Ἀπελλίδος. ἐς δ' ἐμὰ φέγγη
  Ἀθρήσας φήσεις· Ἕσπερε, πῶς ἔπεσες;

ο'.

Φησίν ὅ με στήσας Εὐαίνετος (οὐ γὰρ ἔγωγε
  Γινώσκω) νίκης ἀντί με τῆς ἰδίης
Ἀγκεῖσθαι χάλκειον ἀλέκτορα Τυνδαρίδῃσι.
  Πιστεύω Φαίδρου παιδὶ Φιλοξενίδεω.

οα'.

Ἰναχίης ἔστησεν ἐν Ἴσιδος ἡ Θάλεω παῖς
  Αἰσχυλὶς, Εἰρήνης μητρὸς ὑποσχεσίῃ.

οβ'.

Τίς ξένος, ὦ ναυηγέ; Λεόντιχος ἐνθάδε νεκρὸν
  Εὗρεν ἐπ' αἰγιαλοῖς, χῶσε δὲ τῷδε τάφῳ,
Δακρύσας ἐπίκηρον ἑὸν βίον· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς
  Ἥσυχον, αἰθυίῃ δ' ἶσα θαλασσοπορεῖ.

adscriptum est εὐξάμενος, *ex voto.* Mox: an γινώσκεις.

Vs. 3. Γινώσκειν] v. Interpretes ad Matth. I. 25.

Ibid. ἢν δ' ἄρα] Prima in ἄρα, ut versus constet, debet produci, duplicanda in pronunciatione litera canina. Mox μὴ abest ab Apogr. Ruhnk.


Vs. 4. παρέξεσθαι] Etiam Lips. παρέξασθαι.

Ibid. παρθενίην] Apogr. Ruhnk. μαρτυρίην, quod non displicet.

IN EPIGR. LIX.

In hoc quoque epigrammate dialectus modo Dorica est, modo Ionica, ut nescias, utram sequare. Citatur a Suida in Μύξα. Μύξας in lucerna illustrat Jensius Lect. Luc. p. 44. non praeterito hoc epigrammate.

Vs. 2. Codex MStus habet Κρυτίε. Bentl. Sic & Lips.



Cognoſcere. quod ſi lateat, neque ſe exigas,
Ait Tabula, ſe ſervaturam eſſe virginitatem.

LIX.

Calliſtium Critiae filia me lucernam viginti
Ellychniis divitem dedicavit Deo Canopitae,
Voti rea pro filio Apellide. mea vero lumina
Aſpiciens dices; Heſpere, ut cecidiſti?

LX.

Dicit qui me ſtatuit Euaenetus (ego enim
Neſcio) me ob victoriam ſuam
Conſecratum eſſe aeneum gallum Tyndaridis.
Fidem ei habeo Phaedri filio Philoxenidis nepoti.

LXI.

In Iſidis Inachiae templo poſuit Thalis filia
Aeſchylis, Irenae matris promiſſo.

LXII.

Quinam es hoſpes, o naufrage? Leontichus hic mortuum
Offendit in littore, & hoc ſepulchro condidit,
Deflens vitam ſuam periculoſam: neque enim ipſe
Quietam degit; ſed mergorum ritu in mari verſatur.

IN EPIGR. LX.

In Cod. MSto eſt ἐγκεῖσθαι; ſed vera lectio eſt ἀγκεῖσθαι, hoc eſt, ἀνακεῖσθαι, ut ſupra Epigr. LII.

Ἀγκεῖσθαι νίκης μάρτυρα τοῦ Ῥοδίου.


Idem mendum occurrit in eodem Codice, in Epigrammate hoc Antipatri Sidonii nondum edito:

Ἁ πάρος αἱματόεν πολέμου μέλος ἐν δαῒ σάλπιγξ,
Καὶ γλυκὺν εἰράνας ἐκπροχέουσα νόμον,
Ἄγκειμαι, Φερένικε, τεὸν Τριτωνίδι κούρα
Δῶρον, ἐριβρύχων παυσαμένα κελάδων.

Et in illo Anacreontis, etiam inedito:

Οὗτος Φειδόλα ἵππος ἀπ' εὐρυχόροιο Κορίνθου
Ἄγκειται Κρονίδᾳ, μνᾶμα ποδῶν ἀρετᾶς.

In MSto ἔγκειμαι & ἔγκειται. BENTL.



AUCTARIUM EPIGRAMMATUM.

Ex Anthologia inedita.

LXIII.

Εὐδαίμων, ὅτι τἄλλα μανεὶς, ὡρχαῖος Ὀρέστας
Λευκαίρεται μανῶν οὐκ ἐμάνη μανίαν.
Οὐδ' ἔλαβ' ἐξέτασιν τῶ Φωκέος, ἅτις ἐλέγχει
Τὸν φίλον, ἀλλὰ καὶ ἓν δρᾶμ' ἐδίδαξε μόνον.
Ἦ τάχα καὶ τὸν ἑταῖρον ἀπώλεσε τοῦτο ποήσας·
Κἀγὼ τοὺς πολλοὺς οὐκέτ' ἔχω Πυλάδας.

Beatus, quod in ceteris furiosus, antiquus Oreſtes
Amore inſanientium non inſaniit inſaniam.
Nec periculum fecit Phocenſis (Pyladae), quo arguitur
Amicus, ſed unum modo drama docuit.
Certe enim etiam amicum perdidiſſet id faciendo:
Et ego multos jam non habeo Pyladas.

In MS. erat τάλα μανεῖς, quod ſic corrigendum eſſe, ut feci, planum eſt. In altero verſu initium eſt corruptum, nec certi quid habeo. Video latere hic verbum aliquod, quod ad rem amatoriam pertineat. Cogitavi ἐρωτομανῶν. Et fortaſſe in eo non falſus ſum: ſed initio quomodo ſuccurram non habeo. Λευκάρεται ſi eſt verbum bonum, ſignificat pulcrum, cujus virtus eſt in candore. Sed ſi hoc ſervemus, quid ſiet μανῶν? Nam μανιῶν μανίαν certe dicere non poſſumus. Itaque hujus particulae correctionem felicioribus relinquam. E μανίην porro feci μανίαν, & in tertio verſu, quem cum quarto dedi e correctione Salmaſii ad Solin. p. 858. τῶ reliqui, nam Dorica dialecto ſcriptum eſſe epigramma patet ex ἀρχαῖος Ὀρέστας, & ἅτις. E πόησας ſi quis facere velit ποιήσας, nihil impediet. Nam & Theocritus ποιήσας, ποιησεῖς &c. dixit prima brevi, ſed tamen & ſic memini me reperire.

LXIV.

Οἵτινες Ἀλίοιο παρέρπετε σῆμα Κίμωνος,
Ἴστε τὸν Ἱππαίου παῖδα παρερχόμενοι.

Qui-

Quicunque Elei tranſitis ſepulcrum Cimonis,
Scitote vos Hippaei filium tranſire.

Edidit Jenſius inter Epigr. inedita n. 97. ſed pro Ἀλίοιο Viri doctiſſimi, Heringa in Obſerv. p. 282. & Dorvill. ad Char. p 253. cenſent legendum eſſe Ἀλείοιο, Dorice pro Ἠλείοιο: quod etiam Salmaſio placebat, qui comparabat Δία Ἀλεῖον, ab Elide dictum: inde porro Heringa etiam σᾶμα corrigit: ex qua ratione denique etiam eſſe debebat Ἱππαίω. Nec repugnem, qui ſciam, quid Doricae dialecto acciderit. Sed ſi legamus Ἠλείοιο, non iſtis opus eſt.

L X V.

Αἴνιε καὶ σὺ γὰρ ὧδε Μενέκρατες ἔτι πυλὺς
Ἦσθά τί σε ξείνων ὥστε κατειργάσατο.
Ἤρατο καὶ Κένταυρον, ὅ μοι πεπρωμένος ὕπνος
Ἦλθεν, ὁ δὲ τλήμων οἶνος ἔχει πρόφασιν.

Hoc epigramma valde vitioſum edidit Jenſius n. 122. in quo corrigendo ingenium experti ſunt Viri doctiſſimi, Ruhnkenius in Epiſt. Crit. I. p. 78. & Reiskius in Anthol. p. 252. Ille diſtichon primum ſic conſtituit:

Αἴνιε καὶ σὺ γὰρ ὧδε Μενέκρατες εἰσέτι πυλὺς
Ἦσθα.

capiens Αἴνιε de patria Menecratis Aeno Thraciae. Sed literis ad me poſt ſignificavit, in primo verſu e MS. Voſſ. legendum ἐκέτι πυλὺς, quam ſcripturam etiam exhibet Apogr. Ruhnk. In altero autem corrigit: τίς ἀξείνων ὥς σε κατ. probabili ſane conjectura. Cl. Reiskius ſic conſtituit verſus:

Ἀνίδε καὶ σὺ γὰρ ὧδε Μ. Ἀσυπαλαιεῦ.
Οἶσθα τίς, ὦ ξεῖν', ἦν, ὅς σε κατειργ.

In quo primum vix feratur Doricum ἀνίδε: deinde in Ἀσυπ. eſt nimis incerta conjectura, ſine ullo vel librorum, vel hiſtoriarum fundamento: denique τίς ὦ ξεῖν' ἦν ὃς nimis languet, & profam ſapit languidam. Ego etſi non audeo, in tanta ſcripturae corruptione, certi quid polliceri, tamen & mihi licebit conjecturam meam proferre. Primum igitur epigrammatis veluti fundus eſt in Homeri Odyſſea Φ. & quidem in oratiunculis Antinoi & Penelopes, inprimisque vſ. 295. Οἶνος καὶ Κένταυρον —— ἄασεν. & 334. Οὗτος δὲ ξεῖνος, μάλα μὲν μέγας ἠδ' εὐπηγής. Ex hoc igitur verſu ductus eſt primus epigrammatis, ex illo tertius. Jam non offendor admodum in Αἴνιε, quod commode ſic accipi poteſt, ut vult Cel. Ruhnkenius. Thraces enim fuere vinolenti. Sed tamen non abſurdum fuerit corrigere αἴλινε, & cetera ſic conſtituere:

Αἴλινε καὶ σὺ γὰρ ὧδε Μ. ἐκέτι πυλὺς
Ἦσθα. τίς ἀξείνων, τίς σε κατειργάσατο;
Ἤρατο καὶ Κένταυρον, ὅ μοι πεπρωμένος ὕπνος
Ἦλθεν, ὁ &c.

Ex Anthologia edita.

L X V I.

Anthol. I. 1. p. 2.

Τὰν ἥβαν ἐς ἄεθλα πάλας ἤσκησε κραταιᾶς
Ἅ τε Ποσειδῶνος καὶ Διὸς ἁ γενεά.

 Κεῖ-

Κεῖται δέ σφιν ἀγὼν οὐ χαλκέου ἀντὶ λέβητος,
  Ἀλλ' ὅστις ζωὰν οἴσεται ἢ θάνατον.
Ἀνταίου τὸ πτῶμα· πρέπει δὲ Ἡρακλέα νικᾶν
  Τὸν Διός· Ἀργείων ἁ πάλα, οὐ Λιβύων.

Vs. 2. Ἄδε sic (non ἄτε) in Palat. & tribus Codd. aliis: ἀμφὶ in Palat. praeterea εἴσεται, quod defendi potest. εἰδέναι φυγὴν est φεύγειν in epigr. a Kustero edito ad Suid. in Ἄρης. Scholiasta autem unus dubitat, utrum sit Διοτίμου ἢ Καλλιμάχου. DORVILL. ad Charit. p. 514.

L X V I I.

Anthol. I. 27. p. 52.

Αὐτὸ τὸ πῦρ καύσειν διζήμενος οὗτος, ὁ νύκτωρ
  Τὸν καλὸν ἱμείρων λύχνον ἀναφλογίσαι,
Δεῦρ' ἀπ' ἐμῆς ψυχῆς ἅψον σέλας. ἔνδοθι γάρ μου
  Καιόμενον, πολλὴν ἐξανίησι φλόγα.

Volunt nonnulli, hoc epigramma esse Callimachi: quibus carminis festivitas suffragari videtur. Plane enim antiquitatem redolet. OBSOP.

L X V I I I.

Anthol. III. 5. p. 296.

Θηρῶν μὲν κάρτιστος ἐγὼ, θνατῶν δ' ὃν ἐγὼ νῦν
  Φρουρῶ, τῷδε τάφῳ λαΐνῳ ἐμβεβαώς.

Ἄδηλον.

Ἀλλ' εἰ μὴ θυμόν γε Λέων ἐμὸν, ὡς ὄνομ' εἶχεν,
  Οὐκ ἂν ἐγὼ τύμβῳ τῷδ' ἐπέθηκα πόδας.

Epigrammatis mentem aperit lemma in Cod. Pal. his verbis conceptum: Εἰς Λεοντά τινα, ὃν ἐσφράγει λέων μαρμάρινος. Illud mihi non possum aliter persuadere, quam junctim legenda esse epigrammata haec, quae tamen divulsa sunt, hoc modo: (*sic ut exprimi curavimus*) Praeterea auctori suo asserendum est. Non est enim Simonidae, sed Callimachi. Disjunctim etiam legebantur in MS. & aliquot epigrammata intercedebant: & prior pars Simonidae, altera Callimacho inscripta legebatur. SALMAS. Conjungenda esse haec epigrammata in unum, etiam Huëtius vidit in notis ad Anthol. p. 21.

L X I X.

Anthol. III. 9. p. 321.

Τὸν τελέθει παίζοντα περὶ φρέαρ Ἀστυάνακτα,
Εἴδωλον μορφᾶς κωφὸν ἐπεσπάσατο.
Ἐκ δ' ὕδατος τ παῖδα διάβροχον ἥρπασε μάτηρ,
Σκεπτομένα ζωᾶς εἴ τινα μοῖραν ἔχει.
Νύμφας δ' οὐκ ἐμίηνεν ὁ νήπιος, ἀλλ' ἐπὶ γούνων
Ματρὸς κοιμηθεὶς, τ βαθὺν ὕπνον ἔχει.

Alio loco in MS. Callimacho auctore legitur paucis mutatis. Immo in altero Ἀρχεάνακτα. Corrige igitur Ἀρχιάνακτα, & mox ἅρπασε & κοιμαθεὶς. SALMAS.

L X X.

Anthol. III. 10. p. 323.

Γήραϊ καὶ πενίῃ τετρυμένος, οὐδ' ὀρέγοντος
Οὐδενὸς ἀνθρώπου δυστυχίης ἔρανον,
Τοῖς τρομεροῖς κώλοισιν ὑπήλυθον ἠρέμα τύμβον·
Εὗρον ὀϊζυροῦ τέρμα μόλις βιότου.
Ἠλλάχθη δ' ἐπ' ἐμοὶ νεκύων νόμος· οὐ γὰρ ἔθνησκον
Πρῶτον, ἔπειτ' ἐτάφην· ἀλλὰ ταφεὶς, ἔθανον.

In Cod. Pal. dubium est, utrum sit Σιμωνίδου ἢ Καλλιμάχου. SALMAS.

L X X I.

Anthol. III. 10. p. 323.

Ἡ χρῆυς Νικὼ Μελίτης τάφον ἐστεφάνωσε
Παρθενικῆς. Ἀΐδη, τοῦθ' ὁσίως κέκρικας;

Vulgo male Leonidae. Est enim Simonidis, aut, quod potius puto, Callimachi. Nam quod proxime praecedit: Γήραϊ καὶ πενίῃ, &c. in dubio erat, Simonidis an Callimachi esset. Sequitur τοῦ αὐτοῦ. Puto igitur esse Callimachi. SALMAS.

L X X I I.

Anthol. IV. 12. p. 480.

Τίπτε μόθων ἄτλητος Ἐνυαλίοιο λέλογχας
Κύπρι; τίς ὁ ψεύστας συγνὰ καθᾶψε μάταν;

Ἐντεά σοι γὰρ ἔρωτες ἐφήμεροι, αἵ τε καθ' εὐνὰν
Τέρψεις, καὶ κροτάλων θηλυμανεῖς ὄτοβοι·
Δέρματα δ' αἱμαλόεντα μέθες Τριτωνίδι δία
Ταῦτα· σὺ δ' εὐχαίταν εἰς ὑμέναιον ἴθι.

Salmasius notat, hoc epigramma in Cod. Pal. Antimacho tribui. Sed cum ejus nullum epigramma sit in Anthol. edita & inedita, credit Cel. Ruhnkenius, oscitantem librarium Antimachum pro Callimacho dedisse, ut alibi passim: dignum certe esse ejus elegantia.

L X X I I I.

Anthol. VI. 15. p. 569.


Κυνθίδες θαρσεῖτε. τὰ γὰρ τοῦ Κρητὸς Ἐχέμμα
Κεῖται ἐν Ὀρτυγίῃ τόξα παρ' Ἀρτέμιδι,
Οἷς ὑμέων ἐκένωσεν ὄρος μέγα. νῦν δὲ πέπαυται,
Αἶγες, ἐπεὶ σπονδὰς ἡ θεὸς εἰργάσατο.

Cynthiae (ferae) estote bono animo: nam Cretensis Echemmae
Arcus jacent in Ortygia apud Dianam,
Quibus solebat desolare magnum montem. Nunc vero quiescit,
Caprae, postquam Dea fecit inducias.

Hoc epigramma in Anthologia quidem Ἀδήλου inscribitur. Sed Sylburgius notavit, in Codice Palatino inscribi Καλλιμάχου: idque Callimacho dignum judicabat J. G. Graevius in praef. Salmasius autem Callimachi esse non dubitabat: sed corrigebat in principio Κυνθιάδες h. e. quarum copia esset in Cyntho monte. Quam correctionem firmat Suidas. Itaque sic correxi. Prius distichon citat Suidas in Κυνθιάδες.

Vs. 1. Ἐχέμμα] Pro Ἐχέμμα est in Palatino Ἐχέμμου. Videtur hanc scripturam asserere Etymologici magni auctor: βέλεμνα, βέλη. ἐστι δὲ καὶ, ῥῆμα παρὰ τὸ βέλος, βέλεμος, ὡς ἔχω Ἔχεμος, Τήλεμος, πλεονασμῷ τοῦ ν βέλεμνος. Vulgata tamen damnari non potest, si casus primus est Ἐχέμης, aut Ἐχέμμης, cujus secundus est Ἐχέμμα, & Ἐχέμμου, ut Παυσανίας, Παυσανίου & Παυσανία, Ἀρχύτας, Ἀρχύτου & Ἀρχύτα, quae trita sunt. J. G. GRAEV.

Vs. 3. νῦν δὲ πέπαυται] Sic MS. & ita legendum: tamen ν supra υ scriptum, ut esset πέπανται. SALMAS.



E X-

EXCURSUS
ad Epigr. XXIX.

Nobile eſt Epigramma Callimachi in Arati Phaenomena, neque magis ſua cauſſa, & quod Callimachum auctorem habet, Arateique carminis laudem venuſte exprimit, quam, quod tam multi praeclari viri in eo vel emendando vel explicando laborarunt. Ejus adeo veluti hiſtoriam proponemus, & noſtram de virorum eruditiſſimorum vel emendationibus vel interpretationibus ſententiam proferemus.

Primum in notitiam eruditorum hominum venit per Petrum Victorium, edita inter Graecos Aſtronomos Vita Arati, Florentiae, 1567. Neque enim ibi latere diu poterat literatores, qui inde a reſtitutis bonis literis, mathematicas diſciplinas, inprimisque Aſtronomiam a veteribus traditam, diligenter tractarant, & veteres mathematicos vel ediderant vel praelectionibus illuſtrarant, ut in noſtris terris, Caſpar Bornerus, Phil. Melanchthon & Joach. Camerarius: quamquam Victorius in praefatione iſtius operis queritur, ſtudium illud inter eruditos homines jam refrigeſcere. Eodem anno Fulvii Urſini Virgilius cum Graecis collatus prodiit, in quo libro p. 14. e MSto Achillis Statii Romano, quem etiam Victorius commemorat, pro inedito prolatum eſt idem epigramma. Sed his nihil praeter editionem debebat. Mox Iſ. Caſaubonus in Lection. Theocrit. c. 4. corrigere depravatum epigramma tentavit, & poſt hunc Claud. Salmaſius in Exercit. Plin. p. 525. (ed. ſec.) qui etiam ſenſum ejus declarare conatus eſt. Ita quater edito epigrammate, exortus eſt Lucas Holſtenius, qui id eruditis pro inedito daret, in eruditiſſimis ad Stephanum Geographum notis, p. 301. adjuncto unius diſtichi auctario, e Barberiniano, ut videtur, Anthologiae Codice, e quo multa alia inedita epigrammata in iisdem ad Stephanum notis protulit. Sed Holſtenius, uti repererat, ita edidit, nulla in eo corrigendo criſi uſurpata. Salmaſiana autem criſi non contentus Iſ. Voſſius, aliter conſtituere epigrammatis lectionem tentavit in Comment. ad Melam, I. 13. ceterum in ſenſu ejus fere cum illo conſentiens. Exhibetur etiam, cum aliqua lectionis diverſitate, in capite Arati, a Jo. Fello editi. Repetiit totum illud Victorianum Aſtronomorum corpus Petavius in Uranologio: atque ita etiam epigramma, additis paucis in margine conjecturis. Tandem, in Graeviana Callimachi editione, Epigrammatis Callimachiis, loco undetriceſimo, cum Bentleji correctione, inſertum eſt. Voluit etiam de eo bene mereri Jo. Clericus in Silvis Philol. c. 6.

Eſt

Ἐντεὰ σοὶ γὰρ ἔρωτες ἐφήμεροι, αἵ τε καθ' εὐνὰν
Τέρψεις, καὶ κροτάλων θηλυμανεῖς ὄτοβοι·
Δέρατα δ' αἱμαλόεντα μέθεις Τειτωνίδι δία
Ταῦτα· σὺ δ' εὐχαίταν εἰς ὑμέναιον ἴθι.

Salmaſius notat, hoc epigramma in Cod. Pal. Antimacho tribui. Sed cum ejus nullum epigramma ſit in Anthol. edita & inedita, credit Cel. Ruhnkenius, oſcitantem librarium Antimachum pro Callimacho dediſſe, ut alibi paſſim: dignum certe eſſe ejus elegantia.

L X X I I I.

Anthol. VI. 15. p. 569.


Κυνθιάδες θαρσεῖτε. τὰ γὰρ τοῦ Κρητὸς Ἐχέμμα
Κεῖται ἐν Ὀρτυγίῃ τόξα παρ' Ἀρτέμιδι,
Οἷς ὑμέων ἐκένωσεν ὄρος μέγα. νῦν δὲ πέπαυται,
Αἶγες, ἐπεὶ σπονδὰς ἡ θεὸς εἰργάσατο.

Cynthiae (ferae) eſtote bono animo: nam Cretenſis Echemmae
Arcus jacent in Ortygia apud Dianam,
Quibus ſolebat deſolare magnum montem. Nunc vero quieſcit,
Caprae, poſtquam Dea fecit inducias.

Hoc epigramma in Anthologia quidem Ἀδήλου inſcribitur. Sed Sylburgius notavit, in Codice Palatino inſcribi Καλλιμάχου: idque Callimacho dignum judicabat J. G. Graevius in praef. Salmaſius autem Callimachi eſſe non dubitabat: ſed corrigebat in principio Κυνθιάδες h. e. quarum copia eſſet in Cyntho monte. Quam correctionem firmat Suidas. Itaque ſic correxi. Prius diſtichon citat Suidas in Κυνθιάδες.

Vſ. 1. Ἐχέμμα] Pro Ἐχέμμα eſt in Palatino Ἐχέμμου. Videtur hanc ſcripturam aſſerere Etymologici magni auctor: βέλεμνα, βέλη. ἔστι δὲ καὶ, ῥῆμα παρὰ τὸ βέλος, βέλεμος, ὡς ἔχω Ἔχεμος, Τήλεμος, πλεονασμῷ τοῦ ν βέλεμνος. Vulgata tamen damnari non poteſt, ſi caſus primus eſt Ἐχέμης, aut Ἐχέμμης, cujus ſecundus eſt Ἐχέμμα, & Ἐχέμμου, ut Παυσανίας, Παυσανίου & Παυσανία, Ἀρχύτας, Ἀρχύτου & Ἀρχύτα, quae trita ſunt. J. G. GRAEV.

Vſ. 3. νῦν δὲ πέπαυται] Sic MS. & ita legendum: tamen ν ſupra υ ſcriptum, ut eſſet πέπανται. SALMAS.



E X-

EXCURSUS
ad Epigr. XXIX.

Nobile eſt Epigramma Callimachi in Arati Phaenomena, neque magis ſua cauſſa, & quod Callimachum auctorem habet, Arateique carminis laudem venuſte exprimit, quam, quod tam multi praeclari viri in eo vel emendando vel explicando laborarunt. Ejus adeo veluti hiſtoriam proponemus, & noſtram de virorum eruditiſſimorum vel emendationibus vel interpretationibus ſententiam proferemus.

Primum in notitiam eruditorum hominum venit per Petrum Victorium, edita inter Graecos Aſtronomos Vita Arati, Florentiae, 1567. Neque enim ibi latere diu poterat literatores, qui inde a reſtitutis bonis literis, mathematicas diſciplinas, inprimisque Aſtronomiam a veteribus traditam, diligenter tractarant, & veteres mathematicos vel ediderant vel praelectionibus illuſtrarant, ut in noſtris terris, Caſpar Bornerus, Phil. Melanchthon & Joach. Camerarius: quamquam Victorius in praefatione iſtius operis queritur, ſtudium illud inter eruditos homines jam refrigeſcere. Eodem anno Fulvii Urſini Virgilius cum Graecis collatus prodiit, in quo libro p. 14. e MSto Achillis Statii Romano, quem etiam Victorius commemorat, pro inedito prolatum eſt idem epigramma. Sed his nihil praeter editionem debebat. Mox Iſ. Caſaubonus in Lection. Theocrit. c. 4. corrigere depravatum epigramma tentavit, & poſt hunc Claud. Salmaſius in Exercit. Plin. p. 525. (ed. ſec.) qui etiam ſenſum ejus declarare conatus eſt. Ita quater edito epigrammate, exortus eſt Lucas Holſtenius, qui id eruditis pro inedito daret, in eruditiſſimis ad Stephanum Geographum notis, p. 301. adjuncto unius diſtichi auctario, e Barberiniano, ut videtur, Anthologiae Codice, e quo multa alia inedita epigrammata in iisdem ad Stephanum notis protulit. Sed Holſtenius, uti repererat, ita edidit, nulla in eo corrigendo criſi uſurpata. Salmaſiana autem criſi non contentus Iſ. Voſſius, aliter conſtituere epigrammatis lectionem tentavit in Comment. ad Melam, I. 13. ceterum in ſenſu ejus fere cum illo conſentiens. Exhibetur etiam, cum aliqua lectionis diverſitate, in capite Arati, a Jo. Fello editi. Repetiit totum illud Victorianum Aſtronomorum corpus Petavius in Uranologio: atque ita etiam epigramma, additis paucis in margine conjecturis. Tandem, in Graeviana Callimachi editione, Epigrammatis Callimachiis, loco undetriceſimo, cum Bentleji correctione, inſertum eſt. Voluit etiam de eo bene mereri Jo. Clericus in Silvis Philol. c. 6.

Eſt

tum ſerves ἀοιδὸν ἔσχατον, an malit quis ἀοιδῶν, ut ἔσχατος ἀνδρῶν, Ῥωμαίων, τελειότατος πετεινῶν, & ſimilia, non admodum refert. Nec opus eſt, duram Caſauboni conjecturam refellere, καὶ οὗτος ὁ τρόπος ἀοιδὸν ἔχε τόν. aut Clerici alteram οὐ τοῦ ἀοιδοῦ (ſcil. Heſiodi) ἔσχατον, quae & ſupervacua & parum ſuavis eſt. Sed magna difficultas eſt in ſecundo. Nemo facile probabit Pantagathi conjecturam, corrigentis ὦ Ζεῦ, ἄσμα μελιχρ. apud Urſinum l. c. ἆσμα ἐπέων, neſcio quomodo, durius eſt: aut Salmaſii, Voſſiique, qui, ablati falſae interpretationis opinione, correxere, ille, ἀλλ' ὀκνέω μὴ τὸ μεληρότατον &c. hic ἀλλ' ἔχω σοι μὴ τὸ μελιχρ. qua ratione magis corruptum verſum, bene judicat Bentlejus: praeſertim, cum etiam priorem verſum huic ſententiae accommodare corrigendo tentarint. Tutiſſimum ſane eſt, manere in eo, quod poſt Caſaubonum Bentlejus probavit: ἀλλ' ὀκνέω, μὴ τὸ μελιχρ. *ſed haud ſcio, an dulciſſimum carminum expreſſerit imitando.* Nam & in Florentino Achillis Statii libro, in principio Vitae Arati, hic verſus ſic exhibetur, ut ſit ἀλλ' ὀκνέω, verbis ceteris foede corruptis, & Holſtenius ſic e MSto, ut videtur, edidit. Sed non negem, mihi duram videri ὀκνέω, μὴ ἀπειμάξατο, *haud ſcio an*, (quod vim affirmandi apud Latinos habet) *expreſſerit*: nec quiſquam exemplis ad eam rationem firmandam uſus eſt, aut mihi exempla, quod meminerim, occurrerunt inter legendum. Itaque aliquando venit in mentem, ſic hos verſus e veſtigiis corruptae ſcripturae (ὀκα.σωμητο) conſtituere:

Ἡσιόδου τόδ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος. Οὐ τὸν ἀοιδῶν
Ἔσχατον, ἀλλ' ὄχ' ἄκρον, καὶ τὸ μελιχρότατον, &c.

Non ultimum poëtarum imitatus eſt. Accurata ratio ſcribendi videtur poſtulare, ut poſt ἀλλὰ ſequatur contrarium ſuperioris, τοῦ ἐσχάτου ἀοιδῶν. Quod ſenſit Hemſterhuſius ὁ πάνυ, voluitque expreſſum a Callimacho in hunc modum: ἀλλ' οὐ τὸ σῶμα μ. τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμ. ad Pollucem p. 1117. b. Hoc plane eſt, ἀλλ' ὄχ' ἄκρον, *ſed longe principem*: ὄχ' ἄριστον Homerus dixerit. Prima in ἄκρος poſitione producitur, natura ſua brevis eſt, & correpta reperitur apud Poëtas, non modo ſcenicos, ut Euripidem Cycl. 455. Phoeniſſ. 433. ſed etiam alios, ut Theocrit. Id. XIV. 66. Epigramm. Anthol. III. p. 145. ed. Flor. Pſeudo-Orphea Argon. 458. 1165. Sed praeſtantiſſimi poëtae etiam *dulciſſimum carmen expreſſit*: Καὶ τὸ μελιχρότατον τῶν ἐπέων ἀπεμάξατο. In libris ſcriptis quam ſaepe μὴ & οὐ pro καὶ irrepſerit per ſimilitudinem compendiorum, vix neſcire poteſt non expers harum literarum, eſtque ſaepe a Criticis notatum.

Sequitur illud: Χαίρετε λεπταὶ ῥήσεις: *Salvete arguta carmina.* In quo ſane Ionica forma reſtituenda eſt ῥήσιες· quod & ſua ſponte quis viderit, & ſuadent libri veteres. Nam ſic e ſuo edidit Urſinus, & eo ducunt veſtigia Holſtenianae ſcripturae ῥήσις (in qua forte eſt operarum vitium) & verſus fit ſuavior. Pro Ἀρήτου

porro

porro Salmasius dat Ἀῤῥήτου, duplicata litera secunda, ad producendam syllabam primam, quam sua sponte longam esse, veterrimis & optimis auctoribus discimus. Posteriores demum etiam corripuerunt, quos imitati sunt Latini. Itaque bene etiam Vossius hanc correctionem repudiat, allato exemplo Leonidae. Eodem tamen modo corrigit Petavius in margine Vitae Arati; sed ut adjectivum, vehementius illud quam pro re, faciat, vertatque *inexplicabilis germana vigiliae*.

Restat difficilis nodus in ultimis verbis; in quibus triplex librorum lectio prodita est: prima Florentini, σύγγονος ἀγρυπνίης, quae etiam est in Vita Arati inedita, quam e MSto Bodlejano descriptam mecum benigne communicavit Dav. Ruhnkenius, Vir Graece doctissimus, merito suo nuper ad literas Graecas in Academia Leidensi publice docendas provectus; altera Romani, apud Ursinum, σύγγονοι ἀγρυπνίης· tertia Holsteniani, σύντονος ἀγρ. Primam nemini probatam vidi. Alteram, qui ut probam sequuntur, explicant *cognata*, aut *germana vigiliae*, ut vidimus ante. Sed inde commodus sensus non efficitur, & quidem in neutram partem. Ἀγρυπνίαν de eruditis hominibus eorumque operibus non dici in malam partem, supra monui: ut nec *evigilata opera* sic Latinis, aut *vigiliae* dicuntur. Nec *opera cognata vigiliis*, si in deteriorem partem explicare velis, aliud significent, quam, in quibus intelligendis multum vigilandum sit: quem tamen modum loquendi nec Latina nec Graeca lingua fert. Tertiam probavit Bentlejus. Nec incommodus ex ea sensus existit. σύντονος ἀγρυπνία est *acris*, *non remissa vigilia*. Nilus ep. 34. p. 57. ἀλλὰ καὶ εὐχῆς ἅψαι λοιπὸν, καὶ ψαλμῶν νηφαλίων, καὶ ἀγρυπνίας συντόνου. Enimvero fuit pronus librariis lapsus a σύντονος ad σύγγονος, sed non minus ab hoc ad illud. Itaque, etsi σύντονος haud dubie melius est, quam σύγγονος· tamen consensus reliquorum librorum facit, ut σύντονος correctori potius deberi, quam a Callimacho esse videatur: malueruntque viri docti aliud e σύγγονος eruere, quam Holstenii σύντονος probare.

Jam si quis terminationem vulgatae scripturae teneat, nihil propius est, quam, ut corrigat ἔκγονοι, quod placebat Hemsterhusio, Viro summo, ad Pollucem p. 1117. b. venitque etiam in mentem Bentlejo: qui tamen hiatum Ἀρήτου ἔκγονοι non concoquebat. Est ille quidem modus loquendi Callimachius. In hymno in Lavacr. Pallad. 26. habemus, Χρίματα τᾶς ἰδίας ἔκγονα φυταλιᾶς. Critias vero ap. Athen. I. 22. vas fictile appellat καμίνου ἔκγονον. Quo modo autem haec verborum permutatio nasci potuerit, non est difficile ad intelligendum, si quis modos permutandorum in libris priscis verborum non ignoret. Saepissime permutantur verba, quae in capite habent praepositiones ἐκ, ἐν, συν. In nota illa v. c. definitione artis, σύστημα ἐκ καταλήψεων, libri semper variant & veluti vacillant inter ἐγγεγυμνασ-

μένων,

μένων, ἐκγεγυμων. & συζυγ. (vid. ad Lucian. Parasit. c. 4.) Itaque facilis transitus fuit ab ἔκγονος vel ἔγγονος ad σύζγονος. Nam ἔγγονος & ἔκγονος adeo frequenter permutantur, ut idem significare, & promiscue dici videantur. Apud Josephum Ant. XX. 10. aliquoties ea permutatio facta: & quoties ibi est in editis ἔκγονος, Codex Vossianus, qui nunc Leidensis est, habet ἔγγονος. add. Albertum, Virum summum, ad Hesychium in Ἔγγονος. Sed plane eadem confusio est verborum ἔκγονος vel ἔγγονος & σύζγονος apud Dionysium Halic. L. I. p. 55. ubi Dardanum, ait, Palladium & alias sacras imagines in Asiam secum transtulisse & intulisse urbi a se conditae: inde autem translata esse Ilium πρὸς τῶν συζγόνων αὐτοῦ, *a nepotibus*, *a posteris*. Ita libri, quod sciam, omnes: sed recte Sylburgius corrigendum judicat ἐγγόνων vel ἐκγόνων; idque dudum in versione Lapus expresserat. Hiatum autem, qui in hac emendatione apud Callimachum offendebat Bentlejum, etsi libenter vitant elegographi, inprimisque Callimachus: tamen ea res non tantam habet necessitatem, ut propterea haec correctio repudietur: & potest illius hiatus insolentia induxisse correctorem, ut ex ἔκγ. faceret σύζγονος. Quod si quis tamen hiatum ferre nequeat, tenaxque sit primae in vulgata lectione syllabae, ob consensum librorum, ei forte probetur magis elegantissima conjectura Davidis Ruhnkenii, V. C. qui mihi scripsit, sibi legendum videri σύμβολον ἀγρυπνίης, *monumentum vigiliarum*, e simillimo loco epigrammatis, Anthol. V. 28. p. 509.

Στῆσε τρόπαιον, ἑῆς σύμβολον ἀγρυπνίης.

comparatque etiam Leonidae versum, ibid. VI. 12. p. 563.

λάμβανε βίβλον,
Καῖσαρ, ἰσηρίθμου σύμβολον εὐεπίης.



CAL-

CALLIMACHI
FRAGMENTA.

CALLIMACHI FRAGMENTA.

I.

Αἰεὶ γὰρ σμικροῖς σμικρὰ διδοῦσι θεοί.

II.

Apud Apollonii Scholiasten.

Ἔπρεπέ τοι προέχουσα κάρης εὐρεῖα καλύπτρη,
Ποιμενικὸν πίλημα, καὶ ἐν χερὶ χαῖον ἔχουσα.

III.

Apud eundem.

Δέσποιναι Λιβύης ἡρωΐδες, αἳ Νασαμώνων
Αὖλιν καὶ δολιχὰς θῖνας ἐπιβλέπετε,
Μητέρα μοι ζώουσαν ὀφέλλετε.

IV.

Apud eundem.

Καὶ τὰ μὲν ὡς ἤμελλε κατὰ ξένον ἐκτελέεσθε.

V.

Apud eundem.

Ἐν Δίῃ. τὸ γὰρ ἔσκε παλαίτερον οὔνομα Νάξῳ.

VI.

Annæ Fabri.

IN FRAGM. I.

Αἰεὶ γὰρ σμικροῖς] Hoc idem est ac proverbium quod olim in Syria jactabatur, ut ex D. Jesu Christi verbis patet, *Habenti dabitur.*

IN FRAGM. II.

Vs. 1. προέχουσα] *Prominens e capite, propendens.*

Vs. 2. χαῖον] *Pedum*, aut *venabulum.*

IN FRAGM. III.

Vs. 2. θῖνας] *Loca arenosa, sablonieres.*

Ibid. ἐπιβλέπετε] *Videtis*, hoc est *servatis, curatis*, Sic *videre domi*, *videre auspiciis*, dixit Cicero.

Vs. ὀφέλλετε.] *Vous me devez rendre ma mere.* Sic Latini verbo *debere* usi sunt. Horat.

Navis, quae tibi creditum
Debes Virgilium, finibus Atticis
Reddas incolumem, precor.

IN FRAGM. IV.

Vs. 1. ἐκτελέεσθε] Melius in Codice Stephani legitur ἐκτελέεσθαι.

IN FRAGM. V.

Vs. 1. Νάξῳ] Insula Maris Aegei. Hanc etiam Strongylen, Diam, Diony-

V I.

Apud eundem.

Θηρὸς ἀεϱτάζων δέϱμα κατωμάδιον.

V I I.

Apud eundem.

—— Χαλύϐων ὡς ἀπόλοιτο γένος,
Γηλόθεν ἀντέλλοντα κακὸν φυτὸν οἵ μιν ἔφηναν.

V I I I.

Apud Schol. Arati.

Ἠδὲ Κόνων μ' ἔϐλεψεν ἐν ἠέϱι, τὸν Βεϱονίκης
Βόστϱυχον, ὃν κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς.

I X.

Apud Athenaeum lib. 7.

Ἢ μᾶλλον χϱύσειον ἐν ὀφϱύσιν ἱεϱὸν ἰχθὺν,
Ἢ πέϱκας. ὅσα τ' ἄλλα φέϱει βυθὸς ἄσπετος ἅλμης.

X.

nyffam, Callipolin & Siciliam minorem vocatam fuiffe teftatur Plinius.

IN FRAGM. VI.

ἀεϱτάζων δέϱμα κατωμάδιον] Forfan de Hercule intelligendum eft hoc Fragmentum: nil tamen affirmo. cum omnes prifci illi Heroes ferinis pellibus folerent tegi, quod vel ex Virgil. notum eft. Pelles autem cae nodo fub mentum religatae ex humeris dependebant. Virgil.

Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.

Vf. 1. Χαλύϐων ὡς ἀπόλοιτο] Fragmentum eft e carmine quod vertit Catullus de Coma Berenices, ut & fequens. Vide ibi notata vf. 48.

Jupiter ut Chalybum omne genus pereat.

IN FRAGM. VIII.

Vf. 1. Ἠδὲ Κόνων μ' ἔϐλεψεν] Catul. de Coma Berenices verf. 5.

Idem me ille Conon caelefti lumine vidit
E Beroniceo vertice caefariem,
Fulgentem clare, quam multis illa Deorum
Non fine taurino fanguine pollicita eft.

Vide notata ibidem.

Ibid. Βεϱονίκης] Illa *Berenice* & *Beronice* dicebatur. Apud Hyginum faepe.

IN FRAGM. IX.

Vf. 1. χϱύσειον ἐν ὀφϱύσιν ἱεϱὸν ἰχθὺν] Hunc Callimachi locum ex ejus Galatea adducit Athenaeus: Καλλίμαχος δ' ἐν Γαλατείᾳ τὸν Χϱυσόφϱυν. ἢ μᾶλλον χϱύσειον ἐν ὀφϱύσιν ἱεϱὸν ἰχθύν. Ibidem etiam alium ejusdem Callimachi locum laudat ex Epigrammatis, ἐν δὲ τοῖς ἐπιγϱάμμασιν ὁ αὐτὸς ποιητὴς φησὶν, ἱεϱὸς δέ τις ἱεϱὸς ἰχθύς. Hic autem prifcis Latinis *aurata*, vel *orata* dicitur.

X 2 IN

X.

Apud Athenaeum lib. 15.

Πολλοὶ ϗ Φιλέοντες ἀκόντιον ἧκαν ἔραζε
Οἰνοπόται, Σικελᾶς ἐκ κυλίκων λατάγας.

X I.

Apud Clementem in Protrept.

Φοῖβος Ὑπερβορέοισιν ὄνων ἐπιτέλλεται ἱροῖς.

X I I.

Apud eundem & Scholiaſten Pindari.

Τέρπουσιν λιπαραὶ Φοῖβον ὀνοσφαγίαι.

X I I I.

IN FRAGM. X.

Vſ. 1. ἀκόντιον] Intellige humorem ejaculatum. Celeberrimus in Antiquorum conviviis luſus fuit, qui Κότταβος dicebatur, in quo amatores, exhauſto poculo, humoris reliquum in majora pocula ab alto infundebant, ut in lancem aliam mitterent, ſicque ſonum ederent, qui ſi major ederetur, ſe ab amaſiis diligi augurabantur. Sed en tibi totam ejus ludicri deſcriptionem Latinam quidem, ut facilius intelligatur. *Talis apud Athenienſes ludus erat. Virga quaedam longa erat in terram defixa, ac ſuper eam altera deligata, hac & illuc nutans, ut fieri ſolet in lancium jugo. Haec lances duas habebat appenſas, ſub iis lancibus crateres erant duo aquae pleni, & ſub aqua ſtatua aenea deaurata,* Μάνης *dicta. Jam vero ludentibus omnibus, ſurgebat aliquis phialam habens vini plenam, & quam longe abſiſtens, quod vini ex epota illa ſupererat, id in lancem unam mittere conabatur, ut repleta gravis fieret, inclinataque ſtatuae quae ſub aqua erat, caput allideret, atque ita ſonum ederet; quique ita jecerat, ut ne gutta quidem una in teram cecidiſſet, hic victor erat, ſeque ab amica redamari gloriabatur.* Vide Ariſtoph. Scholiaſten in Εἰρήνη pag. 717. Edit. Genev. qui hunc Callimachi locum laudat. Vide & Joannem Tzetzen Chil. cap. LXXXV.

Vſ. 2. Σικελᾶς ἐκ κυλίκων λατάγας] Legendum Σικελάς, ut & apud Scholiaſten Ariſtophanis legitur loco ſupra citato. Eſt autem, Λατάγη τὸ ὑπολειπόμενον ἐκ τοῦ ἐκποθέντος ποτηρίου ὑγρὸν, ὃ συνεστραμμένῃ τῇ χειρὶ ἄνωθεν ἐρρίπτουν οἱ παίζοντες εἰς τὸ Κοτταβεῖον. Porro Σικελὰς dicit noſter, quia, ut ait idem Interpres Ariſtoph. Σικελική τίς ἐστι παιδιὰ, πρώτων εὑρόντων Σικελῶν. Unde Anacreon, Σικελικὸν κότταβον ἀγκύλῃ δαΐζων. & Critias in Elegiis,

Κότταβος ἐκ Σικελῆς ἐστι χθονὸς εὐπρεπὲς ἔργον.

IN FRAGM. XI.

ἐπιτέλλεται] Pater meus amantiſſimus putabat legendum ἐπιτέρπεται, in Fragmento proxime ſequenti, τέρπουσι λιπαραὶ Φοῖβον ὀνοσφαγίαι. Vel fortaſſe ἐπιτέλλεται ſignificat *adeſt propitius & favens.* De Aſinorum ſacrificiis vide Fragmentum ſequens.

IN FRAGM. XII.

Φοῖβον ὀνοσφαγίαι] De Hyperboreis qui Apollini aſinos ſacrificabant, ſic Pindar. Pyth. Od. x.

Παρ' οἷς ποτε Περσεὺς
Ἐδαίσατο λαγέτας δώματ' ἐσελθών,
Κλειτὰς ὄνων ἑκατόμβας
Ἐπιτόσσαις θεῷ
Ῥέζοντας· ὧν θαλίαις ἔμπεδον
Εὐφαμίαις τε μάλιστ' Ἀπόλλων
Χαίρει, γελᾷ θ' ὁρῶν ὕβριν
Ὀρθίαν κνωδάλων.

IN

XIII.

Apud Strabonem. lib. I.

Αἰγλήτην, Ἀνάφην τε Λακωνίδι γείτονα Θήρᾳ
Λείπων ἀρχόμενος.

XIV.

Ibidem.

—— ὡς ἥρωες ἀπ' Αἰήταο Κυταίου
Αὖθις ἐς ἀρχαίαν ἔπλεον Ἁρμονίην.

XV.

Citatur & hoc Callimachi.

Νηφάλιαι γὰρ τῇσιν ἀεὶ μελιηδέας ὦπας
Λήτειραι καίειν ἔλλαχον Ἡσυχίδαι.

XVI.

IN FRAGM. XIV.

Vſ. 1. *κυταίου*] Scribe per majuſculam litteram *Κυταίου*. De Argonautis loquitur, Cytaea eſt Colchica urbs, unde Medea *Κυταιΐς*, & Aeetes pater ejus *Κυταῖος*: quod autem ait Scaliger in Propert. in illam deportatas fuiſſe decem tribus a Salmanaſar Aſſyrio, unde Samaritani hactenus a Judaeis *Κυταῖοι* dicti, *Cutaei;* id vero omnino falſum eſt, ut in ſuis in Origenem Notis monuit illuſtris Huëtius.

Vſ. 2. *Ἁρμονίην*] *In Illyricum*, ubi Cadmi Harmoniaeque monumentum conſpicitur.

IN FRAGM. XV.

Vſ. 2. *Λήτειραι*] *Sacerdotes.* Heſychius, *Λήτειραι, ἱέρειαι τῶν σεμνῶν θεῶν*, ubi Guiet. legit *Λίτειραι. Λιτή*

Ibid. *Ἡσυχίδαι*] *Ἡσυχίδαι* Athenis erant indigenarum genus. Heſych. *Ἡσυχίδαι, γένος Ἀθήνησι ἰθαγενῶν.*

Ibid. *μελιηδέας ὦπας Λήτειραι καίειν*] Lege, ut optime apud Schol. Sophocl,

Νηφάλιαι καὶ τῇσιν ἀεὶ μελιηδέας ὄμπας
Λήτειραι καίειν ἔλλαχον Ἡσυχίδαι.

Τῇσιν, hoc eſt *Εὐμενίσι*; *ὄμπας, θύματα πυρὶ καὶ μέλιτι δεδευμένα.* Heſych. Poſſet etiam legi *ὄμπνας*; *ὄμπναι* enim *fruges melle maceratae.* *Ἡσυχίδαι*, *Sacerdotes Eumenidum*, audi eundem Schol. Sophocl. ad illud Oedip. Col. *Ἄφωνα φωνῶν*] *ἀνήκουστα. ἀντὶ τοῦ ἠρέμα καὶ συντόμως. τοῦτο ἀπὸ τῆς δρωμένης θυσίας ταῖς Εὐμενίσι φησί. μετὰ γὰρ ἡσυχίας τὰ ἱερὰ δρῶσι. καὶ διὰ τοῦτο οἱ ἀπὸ Ἡσύχου καταγόμενοι θύουσιν αὐταῖς, καθάπερ Πολέμων ἐν τοῖς περὶ Ἐρατοσθένην φησὶν, οὕτω, τὸ δὲ τῶν Εὐπατριδῶν γένος οὐ μετέχει τῆς θυσίας ταύτης. εἶτα ἑξῆς, τῆς δὲ πομπῆς ταύτης Ἡσυχίδαι. ὃ δὴ γένος ἐστὶ παρὰ τὰς σεμνὰς θεὰς, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἔχει. καὶ προθύονται πρὸ τῆς θυσίας ταύτης κριὸν Ἡσύχου ἱερὸν ἥρωϊ, τοῦτον οὕτω καλοῦντες διὰ τὴν εὐφημίαν. οὗ τὸ ἱερόν ἐστι παρὰ τὸ Κυδώνιον, ἐκτὸς τῶν ἐννέα πυλῶν. καὶ Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν τῇ περὶ θεῶν ἑπτακαιδεκάτῃ περὶ τοῦ τῶν Ἡσυχιδῶν γένους καὶ τῆς ἱερᾶς φησι. καὶ Καλλίμαχος, Νηφάλιαι καὶ τῇσιν, &c.*

XVI.

Ex Callimachi Dactylicis.

Ἁ παῖς ἁ κατάκλειστος
Τὰν οἱ φασὶ τοκῆες
Εὐναίους ὀαρισμοὺς
Ἔχθειν ἶσον ὀλέθρου.

XVII.

Ex Agellio lib. IV. cap. XI.

Καὶ κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχειν ἀνιῶντος ἐδεστῶν
Κἀγὼ Πυθαγόρας ὡς ἐκέλευε λέγω.

XVIII.

Ex Macrobio lib. V. cap. XXI.

Καὶ γὰρ ὁ Θρηΐκιην μὲν ἀπήνατο χανδὸν ἄμυστιν
Ζωροποτεῖν. ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ.

Τῷ

IN FRAGM. XVI.

Vſ. 1. ἁ κατάκλειστος] Κατάκλειστον *puellam* dicit, quia hic mos erat in Graecia, ut puellas in thalamis custodirent; neque eas prodire finerent, dum eae adhuc essent innuptae. Phocylid.

> *Παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι*
> *Μηδέ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆναι ἐάσῃς.*

A. Fabri.

Κατάκλειστον Graeci vocarunt, quidquid ita pretiosum est, ut servari diligenter, & clausum teneri mereatur. Poëta noster puellas virgines, quas tenellis asservandas diligentius uvis scribit, vocat καταπλείστους. Hinc & κατάκλειστοι meretrices quaedam dictae, quae carius se venditarent, nec omnibus paterent. *devium scortum* Horatio, quod scilicet non omnibus obvium est. κατάκλειστα εἶχον τὰ βιβλία, apud Strabonem de Apelliconis heredibus, qui libros Aristotelis sub clave habebant, nec exire in publicum sinebant. Atque inde κατάκλειστοι de re pretiosa; quae non pro derelicto haberi, sed studiose conservari, ac tuto loco concludi digna est. Cl. Salmasius ad Tertull. de Pallio p. 177.

Vſ. 3. Εὐναίους ὀαρισμοὺς] Gallice diceres *Discours de Mariage.*

Vſ. 4. ἶσον ὀλέθρου] Legendum puto ὀλέθρῳ: imo & ita apud Scaligerum in Catull. legitur.

IN FRAGM. XVII.

Vſ. 1. Καὶ κυάμων] Legebat Pater meus,

> *Καὶ κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχειν ἀνιῶντος ἔδεσθαι.*

IN FRAGM. XVIII.

Vſ. 1. Θρηΐκιην] Sic Horat. Amystida Threiciam vocat.

> *Neu multi Damalis meri*
> *Bassum Threicia vincat amystide.*

Ibid. ἀπήνατο] Legendum suspicor ἀνήνατο, *recusavit.* Id sequentia suadent, ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ.

Vſ. 2. κισσυβίῳ] Neoptolemus Parianus libr. 3. περὶ Διαλέκτων ait κισσύβιον fuisse poculum ex hedera confectum. Addit Philemon fuisse μονωτόν. Neoptolemo adstipulantur multi, Theocritus, Didymus, cujus ea ver-

Τῷ μὲν ἐγὼ τόδ' ἔλεξα περιστείχοντος ἀλείσου
Τὸ τρίτον.

X I X.

Ex Luciano lib. cui tit. Ἔρωτες.

Αἴθε γὰρ ὦ κούροισιν ἐπ' ὄμματα λίχνα φέροντες
Ἔρχιος ὡς ὑμῖν ὤρισε παιδοφιλεῖν
Ὧδε νέων ἐράοιτε, πόλιν κ' εὔανδρον ἔχοιτε.

X X.

Ex Plutarchi Sympofiacis.

Καί μιν Ἀλητίδαι πουλὺ γεγειότερον
Τοῦδε, παρ' Αἰγαίωνι θεῷ τελέοντες ἀγῶνα,
Θήσουσιν νίκης σύμβολον Ἰσθμιάδος.
Ζήλῳ τοῦ Νεμέηθε, πίτυν δ' ἀποτιμήσουσιν,
Ἧι πρὶν ἀγωνιστὰς ἔστεφε τοὺς Ἐφύρη.

X X I.

verba ad Odyff. ix. Κισσύβιον ποιμενικὸν ποτήριον ἐκ κισσίνου ξύλου κατεσκευασμένον. ἢ ὄνομα κύριον ποτηρίου, ἢ, (lego ὃ) ἔχον κισσὸν ἔξωθεν. Clitarchus refert fcyphum κισσύβιον appellatum ab Aeolibus. Ab antiquiffimis tamen Graecis pocula quaevis κισσύβια appellabantur. Nicander Αἰτωλικῶν lib. 1. ἐν τῇ ἱεροποιΐῃ τοῦ Διδυμαίου Διὸς κισσοῦ σπονδοποιέονται πετάλοισι ὅθεν τὰ ἀρχαῖα ἐκπώματα κισσύβια φωνέεται. Homerus,

Κισσύβιον μετὰ χερσὶν ἔχων μέλανος οἴνοιο.

Afclepiades vetus interpres Homeri tradit folos rufticos eo poculi genere ufos. MEURSIUS ad Theocriti fpicilegium p. 5. Vide Heinfii lectiones Theocr. libr. 1. cap. 2. qui ait Callimachum a veteribus criticis apud Athenaeum vapulare, quod confuderit voces ἀλείσου & κισσυβίου, cum longe diverfa effent. TH. GRAEV.

IN FRAGM. XIX.

Vf. 2. Ἔρκιος] In al. legitur Ἔρχιος. An ab Ἐρχία, quae eft Tribus Atticae? Certe hic aliquid latet.

IN FRAGM. XX.

Vf. 1. Ἀλητίδαι] Nefcio quid fit: forfan ab ἀλῆτις, ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ut ait Hefychius; fed dubito; forfan ab Ἀλαί, quo modo vocabantur δύο δῆμοι τῆς Ἀττικῆς.

Ibid. γεγειότερον] Pater meus putabat legendum ὠγυγιώτερον.

Vf. 2. Αἰγαιῶνι] Quem Dii Briareum, illum Αἰγαίωνα vocabant homines. Homer.

Ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δέ τε πάντες
Αἰγαίωνα —— ——

Sed hoc Fragmentum de Briareo non poteft intelligi. Hic igitur Αἰγαιῶνι erit Neptuno; Αἰγαίωνα enim vocatum fuiffe Neptunum certum eft. Hefych. Αἰγαίων ἐπιτεταμένως ἐνάλιος θεὸς, οἱ δὲ ὁ Βριάρεως καὶ ὁ Ποσειδῶν.

Vf. 3. σύμβολον] *Apium.* Agones, Olympia, Nemea, Ifthmia, Pythia. In Olymp. *oleafter*, in Nem. *pinus*, in Ifthm. *apium*, in Pyth. *poma.* in Epigr. Ἆθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

XXI.

Ex Scholiaste Pindari.

Χαῖρε βαρυσκίμπων ἐπίτακτα μὲν ἕξακι δοιὰ,
Ἐκ δ' αὐτ' ἀγρεσίης πολλάκι πολλὰ καμών.

XXII.

Ex eodem.

Πρῶτος ἐπεὶ τὸν ταῦρον ἐκαίνισεν, οἱ τὸν ὄλεθρον
Εὗρε, τὸν ἐν χαλκῷ καὶ πυρὶ γιγνόμενον.

XXIII.

Ex eodem.

Ταὶ μὲν ἀρισκύδης εὖνις ἀνῆκε Διὸς
Ἄρ-

IN FRAGM. XXI.

De Hercule Fragmentum istud debet intelligi, qui labores duodecim, jubente Euristheo, reliquos suopte motu exantlavit. Unde Pind. Nem. Od. III.

—— —— ἰδίᾳ τε ἐρευνάσε τεναγέων ῥοὰς, ὅπα πόμπιμον
Κατέβαινε νόστου τέλος,
Καὶ γᾶν φράδασσε.

Vs. 1. βαρυσκίμπων] *Propter clavam.*

Vs. 2. Ἐκ δ' αὐτ' ἀγρεσίης] H. Valesius in notis ad N. Damasceni excerpta versum posteriorem sic emendat:

Ἐκ δ' αὐθαιρεσίης πολλάκι πολλὰ καμών.

IN FRAGM. XXII.

Vs. 1. οἱ τὸν ὄλ.] Οἱ, hoc est αὐτῷ *sibi.* Et male in Schol. Pind. legitur ὃς. De Perillo autem hic sermo est, qui Phalaridi Agrigentinorum Tyranno taurum aeneum, januam a latere habentem dedit, ut in eo homines igne supposito combureret, eos verum bovis mugitum edituros affirmans. At eum Phalaris primum opus suum jussit imbuere. Ovid. Trist. lib. III.

Pro quibus inventis, ut munus munere penses,
Da, precor, ingenio praemia digna meo.
Dixerat. At Phalaris, Poenae mirande repertor,
Ipse tuum praesens imbue, dixit, opus.

IN FRAGM. XXIII.

Vs. 1. Ταὶ μὲν ἀρισκύδης] Mendosissimum est hoc Fragmentum. Et cum in eo tota essem, ut inde aliquid elicerem, supervenit doctissimus Andreas Dacerius, quem supra nominavi, isque dum illud sedulo legit, antequam e Museolo nostro egrederetur, stans, ut ita dicam, pede in uno sic illud ingeniosissime restituit,

Τοῖς μὲν ἀρισκύδης εὖνις ἀνῆκε Διὸς
Ἄργος ἔχειν ἴδιόν περ ἐὸν λάχος, ἀλλὰ γενέθλη
Ζηνὸς ὅπως σκοτίη τρηχὺς ἄεθλος ἔοι.

atque illi de Heraclidis Poëta videtur loqui. Quos Juno Argos ita passa est accedere, ut illis cum Peloponnensibus & Tegeatis aliquot praeliis esset decernendum, quod ex Apollod. & Diodor. notum est. Heraclidas autem Jovis γενέθλην σκοτίην vocat, quia Hercules ex Jove & Alcmena natus est. Haec ille, donec quis meliora in medium proferat. Addit idem, fieri posse ut quis historiam comminiscatur quae ad Fragmentum illud referri posse videbitur; sed

Ἄργος ἔθειν, ἴδόν περ ἐὸν λάγος. ἀλλὰ γενέθλη
Ζηνὸς, ὅπως σκοτίη τρηχὺς ἄεθλος ἔοι.

XXIV.

Ex eodem.

Καὶ παρ' Ἀθηναίοις γὰρ ἐπὶ τέγος ἱερὸς ἧνται
Κάλπιδες, ὐ κόσμου σύμβολον, ἀλλὰ πάλης.

XXV.

Ex Scholiaste Aristophanis.

Ἀλλ' ἐνὶ δὴ φύλλοισι κεκομμένα τόσσα φέροιτε
Γράμματα, Κυδίππην ὡς ἐρέουσι καλήν.

XXVI.

Ex Olympiodoro in Meteora.

Αὐτὸν μὲν φιλέουσ', αὐτὸν δέ τε πεφρίκασι,
Ἑσπέριον φιλέουσιν, ἀποστυγέουσιν ἑῷον.

XXVII.

ſed ſic etiam non minus de Fragmenti totius emendatione conſtabit

Vſ. 2. ἴδόν περ ἐὸν λάγος] Nam Junoni ſacrum erat Argos. Pind.

Ἄργος Ἥρας δῶμα θεοπρεπὲς ——

& Horat.

Plurimus in Junonis honorem
Aptum dicit equis Argos, diteſque Mycenas.

IN FRAGM. XXIV.

Vſ. 1. ἐπὶ τέγος ἱερὸς] Bene apud Pind. legitur ἱερὸν: ſed legendum ob verſum ἐπὶ στέγος ἱερόν.

Vſ. 2. Κάλπιδες] Hydrias oleo plenas intellige, quae Athenis iis dabantur qui Panathenaea vicerant. Pind. Nem. Od. x.

—— γαίᾳ δὲ καυθείσᾳ πυρὶ καρπὸς ἐλαίας
ἔμολεν Ἥρας τὸν εὐάνορα λαὸν ἐν ἀγγέων
ἕρκεσιν παμποικίλοις.

IN FRAGM. XXV.

Vſ. 1. κεκομμένα] Κεχαραγμένα.

Vſ. 2. Κυδίππην ὡς] Bene alibi legitur ἔσσ'. Sic Propert.

Scribitur & veſtris Cynthia corticibus.

& Theocrit. in Epithalam. Helenae:

Γράμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεται (ὡς παριών τις
Ἀγνοίη) Δωριστὶ, σέβου μ' Ἑλένας φυτὸν εἰμι.

Et non ſolum in arboribus, ſed & in parietibus ſemper ſcribendi mos fuit. Ariſtoph. in Ἀχαρν. Ὑμῶν τ' ἐραστὴς ἦν ἀληθῶς, ὥστε καὶ ἐν τοῖσι τοίχοις ἔγραφον Ἀθηναῖοι καλοί. Ubi Schol. Ἴδιον ἐραστῶν ἦν τὰ τῶν ἐρωμένων ὀνόματα γράφειν ἐν τοῖς τοίχοις, ἢ δένδροις, ἢ φύλλοις. Ex hocce Callimachi Fragmentum adducit.

IN FRAGM. XXVI.

Vſ. 1. Αὐτὸν μὲν φιλέουσ'] Contra Virgil. in Ciri, qui hos verſus imitatus eſt.

Quem pavidae alternis fugiunt optantque puellae
Heſperium fugitant, cupiunt ardeſcere ſolem.

XXVII.

Ex Stobaeo.

Γηράσκει δ' ὁ γέρων κεῖνος ἐλαφρότερον,
Κοῦροι τὸν φιλέουσι. νέοι δέ μιν οἷα τοκῆα
Χειρὸς ἐπ' οἰκείην ἄχρις ἄγουσι θύρην.

XXVIII.

Ex eodem.

Ἄρνες τοι φίλε κοῦρε ὁμήλικες, ἄρνες ἑταῖροι
Ἔσκον ἐνηρείθμοι; δαύλια καὶ βοτάνη.

IN FRAGM. XXVII.
Vſ. 2. τὸν] Id eſt ὄν.

IN FRAGM. XXVIII.
Vſ. 2. ἐνηρίθμοι] Legendum ἀνήριθμοι.

Ibid. δαύλια] Δαυλία eſt *ficedula*; ſed δαύλιον quid ſit, neſcio: forſan legendum γαύλια *mulctralia*.



CAL-

CALLIMACHI FRAGMENTA EX ETYMOLOGICO GRAECO A VULCANIO COLLECTA.

In voce Αἶρα.

—— Λάθρῃ δὲ παρ' Ἡφαίστοιο καμίνοις
Ἔστρεφον αἰράων ἔργα διδασκόμενοι. Ubi Αἶρα idem est quod σφαῖρα.

In voce Ἄλεες.

Ἐς τὸ πρὸς τεῖχος ἱερὸν ἀλέες δεῦτε. Ἀλέες positum pro ἀολλέες, τουτέστι ὁμοῦ.

In voce Ἀλίαστος.

Φοιτίζειν ἀγαθοὶ πολλάκις θεοί.
Citatur hic Callimachi locus ab Etymolog. ut ostendat ἀλίζω formari ab ἀλῶ, quemadmodum φοιτίζω a φοιτῶ.

In voce Ἄλλιξ.

Ἄλλικα χρυσείῃσιν ἐεργμένην ἐνέτῃσι.
Ἄλλιξ Thessalica lingua significat τὴν χλαμύδα. Significat & τὸ ἐμπέρονημα.

In

ANNA FABRI.

In voce αἶρα.

Αἰράων] Αἶρα, σφαῖρα, hic sumitur pro *malleo*.

In voce ἀλὲς.

Ἀλέες] Hujus loci meminit Plutarch. in Moralibus: eum etiam laudat Schol. Theocriti, & ex Callimachi Choriambis sumptus est.

In voce ἄλλιξ.

Ἐνέτῃσι] Scribendum ἐνέτῃσι, id est περόναις.

In

[In voce Ἄλωα.

Δινομένη περὶ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλαξεν ἄλωα,
pro ἄλω κατ' ἐπέκτασιν.

In voce Ἀμπρεύω.

Ἄνδρ' ἐλαιοὶ δ' ἐκ λειόθεν ἀμπρεύοντες.
Proprie uſus eſt Callimachus verbo Ἀμπρεύειν ἐπὶ τοῦ ἕλκειν. Nam Ἄμπρον proprie eſt, τὸ σχοινίον τὸ ἕλκον τοὺς βόας.

In voce Ἄρδις.

—— ἀλλ' ἀπὸ τόξου
Αὐτὸς ὁ τοξευτὴς ἄρδιν ἔχων ἑτέραν.
Significat vero ἄρδις, cuſpidem teli.

In voce Ἀρπίς.

Ἐν μὲν γὰρ Τροιζῆνι θῆκε σὺν ἀρπίδεσι, hoc eſt τοῖς ὑποδήμασι.

In voce Ἀσινεῖς.

Δειλαίοις Ἀσινεῦσιν ἐπὶ τεθνῆρες * περάσας.
Sunt vero Ἀσινεῖς, Δρύοπες οἱ τὴν Ἀσίνην κατοικοῦντες.

In

In voce ἀμπρεύω.

Λειόθεν] Hoc Fragmentum ſic reſtituit Caſaub.

Ἄνδρες δείλαιοι δ' ἐκ λήϊσθεν ἀμπρεύοντες.

Loquebatur Callimach. de ubertate meſſis, & συγκομιδῇ frugum. ἐκ λήϊοθεν valet ἐκ τοῦ λήϊου *ex arvo*, ubi ſeges. Qui λειόσθεν retinent, & ἀμπρεύειν explicant *vitam trahere*, refelluntur ſatis ab ipſo Authore, qui ait κυρίως hic verbum illud accipi. ἀμπρευω, ὁ μὲν Καλλίμαχος κυρίως ἐπὶ τοῦ ἕλκειν ἔλαβε τὴν λέξιν.

Ἀμπρεύοντες] Ariſtophanes uſus eſt compoſito.

Χ' ὅπως ποτ' ἐξαμπρεύσωμεν
Τοῦτ' ἄνευ κανθηλίου.

ubi Schol. ἐξαμπρεύσωμεν, ἀντὶ τοῦ ἐλξωμεν. ἄμπρον, τὸ σχοινίον τὸ ἕλκον τοὺς βόας] Lege τοῦ ἕλκοντος βοός.

In voce ἄρδις.

Ἄρδιν] Meminit Theocrit. alicubi, ſeu quicumque Aram ſcripſit,

Ἶνις τ' ἀνδροφόρατος,
Ἰλιοραΐσας ἀρδίων ἦρ'
Ἐς Τευκρίδ' ἄγαγε τρίπορθον.

In voce ἀρπίς.

Ἐν μὲν γὰρ] Legebat Pater meus.

Ἦν μὲν Τροιζῆνι θῆκε σὺν ἀρπίδεσσι.

Intelligit enim μάχαιραν, quam Aegeus cum calceamentis ibi reliquerat. Vide Plutarch. in Theſeo, & Hygin. & Apollodor. lib. 3.

In

In voce Ἀσκάντης.

Καὶ τὸ μὲν ἐπ' ἀσκάντα κάθισεν. Significat vero Ἀσκάντης, κλινίδιον εὐτελές. Atticis σκίμπους.

In voce Ἀσσυρία.

Ἡ ἀπὸ Ἀσσυρίων ἡμεδαπὴ στρατιή.

Et

Ἥμισυ μὲν Πέρσαι, ἥμισυ δ' Ἀσσύριοι. τουτέστι Βαβυλώνιοι.

In voce Ἄστριας.

—— Δέκα δ' ἀστρίας αἴνυτο λάθρον.

ὑποκοριστικῶς ab ἀστράγαλος.

In voce Ἄστυρον.

Ἡ μὲν ἀερτάζουσα μέγα τρύφος ὑψιζώρου Ἄστυρον εἰς ἀνέβαινεν. hoc est εἰς ἄστυ ὑποκοριστικῶς.

* In voce Ἀττάραγος.

Οὔτε τὸν ἀττάραγόν τι δέδοικεν. παρὰ τὸ Ἀττάραγόν τις.

In voce Ἀφαυρός.

Ἢ ἄφαρον φαρόωσι. hoc est τὴν ἀγεώργητον γῆν.

In

In voce ἀσκάντης.

Hac voce usus est Aristoph. ἐν νεφ.

Πῶ Στρεψιάδης; ἔξει τὸν ἀσκάντην λαβών.

ubi Schol. ἀσκάντην, σκίμποδα, δίφρου τὶ εἶδος, ἢ τὸν κράβατον.

In voce Ἀσσυρία.

Ἡ ἀπὸ Ἀσσυρίων] Ex Poëmatio de Coma Berenices:

Vastatum finis iverat Assyrios.

Nam eo Fragmentum istud referendum puto. A. FABRI. Ἀσσύριοι, h. e. Βαβυλώνιοι, inquit Etymol. sic & in sacris litteris Babyloniis non semel Assyriorum nomen datum fuisse reperies. TH. GRAEV.

In voce ἄστριας.

Λάθρον] Notabis λάθρον pro λάθρα.

In voce ἄστυρον.

Ὑψιζώρου] Haec vox mihi suspecta. An legendum ὑψὶ ζωροῦ. Sed non video quomodo dici possit τρύφος ζωροῦ: forsan legendum ὑψίζωνος.

In voce ἀττάραγος.

Τὸν ἀττάραγόν τι] Lege ut restituit Casaub.

Οὐδὲ τὸν ἀττάραγόν τοι ἔδωκε.

Ita extulit proverbium Homericum, quo & Theocritus est usus, οὐδ' ἄλλα δοίης. Nam ἀττάραγος est τὸ ἐλάχιστον, ut apud Latinos *ciccus*, *pilus*, *betta*, *nauci*.

In voce ἀφαυρός.

Ἢ ἄφαρον φαρόωσι] Ἄφαρον, ἀνήροτον. φαροῦν, ἀροτριᾶν; φαρῶσαι, ἀρῶσαι, νεῶσαι, Hesych. Vide pag. 252. Nam

ibi

In voce Βεῦδος.

Ἐν δὲ Πάρῳ καλά τε καὶ αἴολα βεῦδε' ἔχουσαι. hoc est τὰ ποικίλα ἢ πορφυρᾶ ἱμάτια.

In voce Βλωμός.

Ὅσσον βλωμοῦ πίονος ἠράσατο. hoc est ψωμοῦ.

In voce Βούχετα.

Ἐξ ἁλὸς οὐ δίκην ἀνέρα Βουχέτιον ἕλκειν. Est vero Βουχέτιον ἐθνικὸν a Βούχετα neutro plurali, urbe Epiri.

In voce Βωνίτης.

Οἵους βωνίτῃσιν ἐνὶ κρύπτουσι γυναῖκες. Significat τὸν βουκόλον.

In voce Γαιοδόται.

Γαιοδόται καὶ σπάρτα διηνεκὲς εὖτε βάλωνται. Sunt vero Γαιοδόται, οἱ ἀρχιτέκτονες.

In voce Γενέθλη.

Τὴν δὲ γένην οὐκ οἶδα. Γένη foemininum.

In voce Γλαρίς.

Καὶ γλαρίδες, σταφύλη τε, καθιεμένη τε μολιβδίς. Est vero γλαρὶς, λιθοξοϊκὸν ἐργαλεῖον.

In voce Γραικοί.

Γραικοὶ καὶ γῆς ἡμετέρης ἀδαεῖς. hoc est Ἕλληνες.

In

ibi idem Fragmentum repetitur.

In voce βεῦδος.

Βεύδε' ἔχουσαι] Quod apud Hesych. est βεῦδος, apud Pollucem est βεῦθος, ἱμάτιον γυναικεῖον.

In voce βούχετα.

Ἐξ ἅλὸς δίκην] An ἐξ ἁλὸς οὐ δίκη, &c.

In voce βωνίτης.

Βωνίτησι] Βωνίτας, τοὺς ἐν ἀγρῷ, οἱ δὲ βουκόλους ἢ ἀγροίκους, Hesych. Quae sequuntur, scilicet ἐνὶ κρύπτουσι, mihi suspecta sunt.

In voce γαιοδόται.

Γαιοδόται] Οἱ ἀρχιτέκτονες, *Geometrae*: forte legendum esset γαιοδάται, id est *divisores terrae*, *mensores*, *finitores*, ut dicit Plaut. in Poenulo.

In voce γλαρίς.

Καθιεμένη τε μολιβδίς] Hunc locum sic emendavit Pater meus καθιεμένη τε μολιβδίς. staphyle est amussis, μολιβδὶς est plumbum quod deorsum demittitur.

In voce Γραικός.

Γραικοὶ δὲ γῆς] Lege Γραικοὶ δὲ τῆς γῆς. Revera Graeci rerum Aegyptiarum erant imperiti, adeoque totius reconditae vetustatis: illustrem locum dabit Plato in Timaeo, ubi sic

So-

In voce Γράμμα.

Γράμματα δ' οὐκ ἔλισσεν ἀπόκρυφα, hoc est ποιήματα.

In voce Γράσων.

Ὅς αἰζηῶν ἔγραε κηδεμόνος. Significat vero γράσων τὴν χλωρὴν κριθήν. ἀπὸ τοῦ γράω, τὸ ἐσθίω.

In voce Δάκνω.

Ξεῖνος ἐχιδναῖον νέρθεν ἄγων δάκετον. hoc est θηρίον. παρὰ τὸ δάκνω.

In voce Δανάκης.

Τοὔνεκα καὶ νέκυες πορθμήιον οὔπ φέρονται
Μούνη ἐπιπλοΐων ὅτε θυμιονησέμεν *
Ἀλλ' οὐσταίνοις ἐκ στομάτεσσι νεὼς Ἀχερουσίας ἐπὶ βάθρον δανάκης. Est vero Δανάκης numisma, obolo majus, quod Veteres mortuorum ori imponebant.

In voce Δεκαφυΐα.

Τῶν ἐπ σοι δεκαφυΐα φάτο ζωάγρεια πίσειν. hoc est δεκαπλάσια.

In

Solonem affatur senex Aegyptius: ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν.

In voce Γράσων.

ἔγραε] *Manducabat*, *absumebat.* Vox Cypria. Hesych. γρᾶ, φάγε, Κύπριοι.

In voce δάκνω.

Fragmentum istud de Hercule Cerberum ex inferis adducente debet intelligi.

In voce δανάκης.

Sic hos versus restituit Casaubonus,

Τοὔνεκα καὶ νέκυες πορθμήιον οὔτι φέρονται
Μούνη ἐνὶ πτολίων, ὅγε τέθμιον οἴσεμεν ἄλλους
Ἐν στομάτεσσι, νεὼς Ἀχεροντείας ἐπίβαθρον.

Ibi autem loquitur Callimachus de Hermione, ubi fuit altissimus terrae hiatus, quo mortuorum animas recta ad inferos pervenire putabant: & ideo nauli gratia δανάκην, numismatis genus ori suorum mortuorum non inserebant. Strabo, παρ' Ἑρμιονεῦσι δὲ τεθρύλληται τὴν εἰς Ἅδου κατάβασιν σύντομον εἶναι. διόπερ οὐκ ἐντιθέασιν ἐνταῦθα τὸ ναῦλον.

IN

In voce Διάκτορος.

Ἀλλὰ θεῆς ἤ τίς με διάκτορον ἔλλαχε Παλλάς. hoc est διάκονον καὶ διαγωγέα τῶν ψυχῶν.

In voce Δίασμα.

— Διάσματα φάρεος ἀρχήν. Significat vero δίασμα τὴν πρώτην τοῦ ἱματίου ἐργασίαν.

In voce Διερός.

— Διερὴν δ' ἀπεσείσατο λαίφην. hoc est ὑγρήν.

In voce Δίκρον.

— Δίκρον φίλτρον ἀειραμένη. hoc est δίκρανον ξύλον.

In voce Διφῶ, τὸ ψηλαφῶ.

Μήδ' ἀπ' ἐμεῦ διφᾶτε μέγα ψοφέουσαν ἀοιδήν.

In voce Δόναξ, τουτέστι κάλαμος.

Καὶ δόνακι πλήθοντα λιπὼν ῥόον Ἀστερίωνος.

In voce Δύπτης.

Δύπται τ' ἐξ ἁλὸς ἐρχόμενοι ἔνδιοι καύηκες.

In voce Εἶαρ.

Τὸ δ' ἐκ μέλαν εἶαρ ἔδαπτεν. hoc est τὸ αἷμα.

In voce Εἰνατία.

Εἰνατίην ὁμόδελφον ἐπ' ὠδίνεσσιν ἰδοῦσαι. Est vero εἰ-

In voce δίασμα.

In LXX. Interpr. vertitur *licium*.

In voce δίκρον.

Δίκρον φίλτρον] Lege, ut emendavit Casaub. δίκρον φίτρον ἀειραμένη. Furcam intelligit.

In voce Διφῶ, τὸ ψηλαφῶ.

Μήδ' ἀπ' ἐμεῦ διφᾶτε] Hic διφᾶτε, sine dubio significat *expectate*: sic Gallice verterem: *N'attendez pas de moy une chanson bruïante.*

In voce δόναξ.

Ἀστερίωνος] Ἀστερίων fluvius Argiae, cujus meminit Pausanias. Papin. etiam IV. Thebaid.

— Erasinus, & aequus
Fluctibus Asterion. —

In voce δύπτης.

Δύπται] *Mergi aves.*

ἔνδιοι] Μεσημβρινοὶ, id est *meridie gaudentes*, Virgil. *apricos* vocat.

Apricis statio gratissima mergis.

καύηκες] Sunt lari. Hesych. Καύαξ, λάρος.

In voce Εἰνατία.

Εἰνατίην] Lucinam a monte Cretae

Εἰνατίη epithetum Lucinae. Εἴνατος mons Cretae, ubi colebatur Lucina.

In voce Εἰσπνήλης.

Μέμβλετο δ' εἰσπνήλαις, ὁππότε κῦρος ἴοι. Est vero εἰσπνήλης, ὁ ἐρώμενος, ἤτοι ὑπὸ τοῦ ἐρῶντος εἰσπνεόμενος.

In voce Ἐμπελάτειρα.

Τοὺς αὐτῷ σκοτίους ἐμπελάτειρα τέκεν γυνή. hoc est ἑταίρη.

In voce Ζαγρεύς.

Υἱέα Διόνυσον ζαγρέα γιγνομένη. hoc est τὸ ζα, id est τὸν πάνυ ἀγρεύοντα.

In voce Ζάγκλον.

Κέκρυπται γυνὴ ζάγκλον ὑποχθονίη. hoc est τὸ δρέπανον.

In voce Ἠλιτόμηνος.

Τὸν σοὶ ἔπλησε φέρουσα μήτηρ ἐς ὠδῖνε μῆνας.

In voce Θαλῆς.

Πολὺ τὸ δῶρον ἐς Θάλητα ὤλισθεν.

In voce Κέλευθος.

Τὰ τράχηλα γυμνάζει. mutatione generis in aliud ge-

tae qui Εἴνατος. Hesych. non montem, sed simpliciter τόπον vocat, Εἴνατον, τόπος Λυκίας καὶ Κρήτης.

In voce Εἰσπνήλης.

Εἰσπνήλης] Est *amans:* ast ἐρώμενος est *amasius*, meminit Theocrit. Idyl. 12.

Δοιώ δή τινε τώδε μετ' ἀμφοτέροισι γενέσθην
Φῶθ'. ὁ μὲν ἦν εἰσπνήλης, φαίη χ' ὡ' μυκλαΐσδων
Τὸν δ' ἕτερον πάλιν, ὥς κεν ὁ Θέσσαλος εἴποι, ἀΐταν.

Ex quo loco apparet vocem esse Laconicam: nam Ἀμύκλαι Laconicae urbs; ea usus est Callimachus ut sua; nam alicubi vocat πατρῷον linguam Spartanam.

In voce Ἐμπελάτειρα.

τέκεν γυνὴ] Suspicor τὸ γυνὴ positum fuisse ad explicationem τοῦ ἐμπελάτειρα. atque adeo legendum,

Τοὺς αὐτῷ σκοτίους ἐμπελάτειρα τέκεν.

Sic pentameter versus est integer.

In voce Ζαγρεύς.

Διόνυσον ζαγρέα] Reperitur apud Hesychium, Ζαγρεύς, Διόνυσος: est autem Ζαγρεὺς *magnus & eximius venator.*

In voce Ζάγκλον.

Κέκρυπται γυνὴ] Legendum puto.

Κέκρυπται δὲ γυνὴ ζάγκλον ὑποχθονίη.

Ζάγκλη & ζάγκλον Syracusia lingua δρέπανον.

genus. ὁ τράχηλος. τὸ τράχηλον. ut ὑγρὰ κέλευθα.

In voce Κηκάς. i. λοιδορία.

Κηκάδι σὺν γλώσσῃ.

In voce Κίβισις.

Εἰ γὰρ ἐπιθήσει πάντα ἐμὴ κίβισις. hoc est ἡ κιβωτὸς ἢ πήρα.

In voce Κοάλεμος.

Ἠδ' ἐκόησεν, ἕνεκα γένος ἔσκεν. ἀπὸ τοῦ κῶ τὸ νοῶ. Inde κοάλεμος, ὁ μωρός.

In voce Κῷος.

Τῷ ἴκελον τὸ γράμμα τὸ Κάϊον, pro Κῷον.

In voce Λάκτις.

Αὖθις ἀπαιτίζουσαν ἔκνων εὐεργέα λάκτιν. hoc est σκυπάλιον, τορύνιον.

In voce Λογχάδες.

—— ὅπως ἀλιτροὺς
Αὐγάζειν καθαραῖς οὐ δύναται λογάσιν.

Λογχάδες sunt, τὰ ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν λευκά.

In

In voce Κηκὰς, id est λοιδορία.

Κηκάδι σὺν γλώσσῃ] Hoc est κακοστόμῳ, κακολόγῳ, *maledica*: neque enim, quod supra, κηκὰς est λοιδορία, sed *convitiatrix*, *calumniatrix*, &c.

In voce Κίβισις.

Εἰ γὰρ ἐπιθήσει] Legerem,

Εἰ γὰρ ἐπισχήσει πάντα ἐμὴ κίβισις.

ἐπισχήσει. *continebit*, *capiet*. Κίβισις Cypria vox.

In voce Κοάλεμος.

ἐκόησεν] *cogitavit*, a κοεῖν & ἠλεὸν est κοάλεμος, utitur Aristophanes in Equit. κοάλεμον αἱματοπότην, ubi Schol. Κοάλεμον τὸν Ἀγοράκριτον οὕτως εἶπεν, ἔγκειται δὲ τῇ λέξει τὸ, τε ἠλεὸν καὶ τὸ κοεῖν ὅ ἐστι νοεῖν, τὸν ἐν ἀνόητα καὶ μάτην κοοῦντα κοάλεμον εἶπεν.

In voce Λάκτις.

Αὖθις ἀπαιτίζουσαν ἔκνων] Hoc Fragm. sic emendavit Casaub.

Αὖθις ἀπαιτίζουσαν ἐὴν εὐεργέα λάκτιν.

Nam ἔκνων nihil est: ἔκνων a κνάω non satis convenit. Haec ille, sed legendum potius

Αὖθις ἀπαιτίζουσαν ἔγνων εὐεργέα λάκτιν.

ἔγνων *cognovi*, *vidi*: λάκτις autem est *trua*. Sic apud Nicandrum:

—— λάζεο τύκτην
Εὐεργῆ λάκτιν. ——

in voce Λογχάδες.

Λογάσι] Sic edendum curavi, cum male in al. esset λογχάσι: versus enim pentameter est; neque minus bene dicitur λογάσι quam λογχάσι: λογάδας. τοὺς ἐπιλεύκους, οἱ δὲ τὰς ὄψεις, οἱ δὲ κανθοὺς καὶ ψήφους λευκάς.

In

In voce Λύχνα.

Λύχνα φανείη, per metaplasmum generis a λύχνος.

In voce Μίκκος. i. μικρός.

Τοῖς μικκοῖς μικκὰ διδοῦσι θεοί.

In voce Μύκλος.

Ἔστι μοι μάγνης ἐννέα μύκλος ὄνος. Est autem μύκλος ἡ ἐν τῷ τραχήλῳ τοῦ ὄνου ὑποδίπλωσις.

In voce Ὄλπις.

Καὶ ῥα παρὰ σκαιοῖο βραχίονος ἔμπλεον ὄλπιν. hoc est τὴν λήκυθον.

In voce Πόα.

Αἴγυπτος προπάροιθεν ἐπ' ἐννέα χάρφετο ποίας. hoc est ἐνιαυτούς. διὰ τὸ ἅπαξ καὶ μόνον ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τὴν βοτάνην φύεσθαι.

In voce Φαρῶ.

Ἄφαρον φαρόωσι, μέλλει δέ σφισιν ὄμπνιον ἔργον. hoc est ἀροτριῶσι.

In voce Μίκκος.

Idem est ac illud quod supra vidimus, ἀεὶ γὰρ σμικροῖς σμικρὰ διδοῦσι θεοὶ, nec opus erat hic repeti.

In voce Μύκλος.

ἐννέα] μύκλος] Legi debet unica voce ἐννεάμυκλος, μύκλαι αἱ ἐπὶ τῶν ὄνων γραμμαὶ μέλαιναι τοῖς τραχήλοις καὶ ποσὶν ἐγγινόμεναι Hesych.

In voce Ὄλπις.

Καὶ ῥα παρὰ σκαιοῖο] Simile quid apud Horat.

> *Ibant octonis referentes idibus aera,*
> *Laevo suspensi loculos tabulamque lacerto.*

In voce Πόα.

ποίας] Hoc est ἐνιαυτούς. Sic Virgil. dixit *aristas:*

> *Post aliquot, mea regna videns mirabor, aristas.*

Post aliquot aristas, hoc est *post aliquot annos.*

In voce Φαρῶ.

Ἄφαρον φαρόωσι] Vide notata p. 351. Nam ibi idem Fragmentum reperitur, ἢ ἄχαρον φαρόωσι. Itaque mihi suspicio est hic legi debere, ut versus stet:

> Η ἄφαρον φαρόωσι, μέλλει σφισὶν ὄμπνιον ἔργον.

ὄμπνιον] Ὀμπνὴ, τροφή: Hic ὄμπνιον ἔργον est opus Cereale: ὀμπνία enim Ceres. Hesych. ὄμπνιος, λειμὼν ὁ τῶν πυρίνων καὶ Δημητρίων καρπῶν, ἐπεὶ ὀμπνία ἡ Δημήτηρ.

In voce Φιαρός.

Φιαρὴ τῆμος ἀνέσχεν ἕως. a Φάος fit φαερὸς, inde φιαρός.

In voce Φιαρός.

Φιαρὴ ἕως] A φάος, φαερὸς, unde φιαρὸς: ideoque optime Hesych. φιαρὸν exponit λαμπρόν. A. FABRI. Φιαρὸν, est splendens, nitens, ut interpretantur veteres Grammatici. Theocrit. Idyl. 11. vs. 20.

Λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν, ἁπαλωτέρα δ' ἀρνὸς,
Μόσχω γαυροτέρα, φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς.

Qua voce commendat Cyclops in Galatea suae cutis bene curatae nitelam & gratiam. Vid. Casaub. ad istum locum. TH. GRAEV.



CALLI-

CALLIMACHI FRAGMENTA ALIQUOT IN SUPERIORIBUS EDITIONIBUS OMISSA.

LECTORI ANNA FABRI.

Ut integrum, quantum in me est, divinum hunc Poëtam habeas, Lector, *huc adjeci Fragmenta quaedam quae inter legendum occurrere: poteram & alia, in vetustis & recentioribus Scriptoribus a me observata: sed, ut jam dixi, libri mei me in Urbem haud comitati sunt. Hanc igitur non aspernandam symbolam fac lubens accipias, vel quod melius, meliorem des. Vale.*

* I.

Ex Plutarch. in lib. de Exilio p. 602.

Μὴ μετρεῖν σχοίνῳ Περσίδι τὴν σοφίην.

I I.

Ex Schol. Pindari.

Οἵ νυ καὶ Ἀπόλλωνα παναρκέος ἠελίοιο
Χωρίον ἀγλμήγουσι, καὶ εὔποδα δηϊώνην
Ἀρτέμιδος.

I I I.

Ex eodem.

Ἐργῖνος Κλυμένου ἔξοχος ἐν σταδίῳ.

I V.

Ex eodem.

Ζηνί τε καὶ Νεμέῃ τὶ χάρισιν ἕδνον ὀφείλω.

V.

Ex eodem.

Ἦλιν ἀνάσσεσθαι Διὸς οἰκίον ἔλλιπε Φυλεῦ.

V I.

ANNA FABRI.

IN FRAGM. II.

Vſ. 1. Οἵ νυ καὶ Ἀπόλλωνα] Fugit me quid ſit Ἀπόλλωνια χωρίον. Forſan legendum Ἀπόλλωνος. Caeterum, hoc Fragmentum ex Hecale Callimachi adducit Schol. Pind. Nem. Od. 1. initio.

Vſ. 2. καὶ εὔποδα δηϊώνην] Hoc etiam mihi ſuſpectum eſt.

IN FRAGM. III.

Ἐργῖνος Κλυμένου] Hanc Ergini victoriam cantat Pind. Olymp. in fine Od. IV.

— διάπειρά τοι
Βροτῶν ἔλεγχος,
Ἅπερ Κλυμένοιο παῖδα
Λαμνιάδων γυναικῶν
Ἔλυσεν ἐξ ἀτιμίας·
Χαλκοῖσιν δ' ἐν ἔντεσι νικῶν
Δρόμον, ἔειπεν Ὑψιπυλείᾳ,
Μετὰ στέφανον ἰών.
Οὗτος ἐγώ· ταχυτᾶτι
Χεῖρες δὲ καὶ ἦτορ ἴσον.
Φύονται δὲ καὶ νέοις
Ἐν ἀνδράσι πολιαὶ
Θαμὰ, καὶ παρὰ τῆς ἁλικίας
Ἐοικότα χρόνον.

ubi vide ſis Schol. qui fuſe hiſtoriam narrat.

IN FRAGM. IV.

Ζηνί τε καὶ Νεμέῃ] Hocce Callimachi Fragmentum adduxit Schol. Pindari, ut probet Nemeam etiam Jovi ſacram fuiſſe. Inde eſt quod in Nemeis legimus, Νεμεαίου ἐν πολυϋμνήτῳ Διὸς ἄλσει.

IN FRAGM. V.

Ἦλιν ἀνάσσεσθαι Διὸς οἰκίον] Καλλίμαχος τὴν Ἦλιν ἀντὶ τοῦ Πίσαν Διὸς οἰκεῖον εἶπεν. καὶ τὸν ἐν Πίσῃ δὲ Δία Ἠλεῖον εἶπε Καλλίμαχος, Ἀλεῖος ὁ Ζεύ. Haec Schol.

VI.

Ex eodem.

Πτέρνη θ' ἵππος ἐλαυνόμενος.

VII.

Ex eodem.

Οὐ πάντες, ἀλλ' οὓς ἔσχεν ἕτερος δαίμων.

VIII.

Ex eodem.

Αὐτώρης ὅτε τοῖσιν ἐπέφραδε.

IX.

Ex eodem.

Ἤπερ αὐςαλέον Χαρίτων λόφον.

X.

Schol. Pind. qui praeterea id evenisse dicit, Ὅτι οἱ Ἠλεῖοι ὑφ' ἑαυτοὺς ποιησάμενοι τοὺς Πισαιάτας Ἦλιν τὴν Πίσαν μετωνόμασαν.

Φυλεῖ] Phyleus Augeae Elidis Regis filius fuit.

IN FRAGM. VI.

Πτέρνη θ' ἵππος] Apud Schol. Pindar. legitur πλέρνη θ' ἵπποις ἐλαυνόμενος. Legendum, ut eruditissime monuit Andreas Dacerius, πλέρνη θ' ἵππων ἐλαυνόμενος: hic enim περὶ τροχοῦ κεραμικοῦ sermo est qui utrinque a pedis calcaneo impellitur. Praeivit ad hanc emendationem quod apud eundem Schol. legitur, Δίδυμος δὲ φησὶ, μήτε τοὺς ἱππικοὺς δρόμους, μήτε τὰς τῶν ἁρμάτων κατασκευὰς, μήτε τὸν χαλινὸν διὰ τούτων δηλοῦσθαι, ἀλλὰ τὸν κεραμικὸν τροχὸν, ἐκ μεταφορᾶς διχόθεν μετειληγμένης. τοῦτο μὲν, ὅτι ἵπποις οἰκεῖος ὁ τροχός. τοῦτο δὲ, ὅτι ἑκατέρωθεν ἐλαίνεται ὑπὸ ποδὸς πλέρνης. Καλλίμαχος, &c. quae omnem dubitandi locum tollunt.

IN FRAGM. VII.

ἕτερος δαίμων] Hoc est, ὁ κακοποιὸς comparate ad ἀγαθοποιόν. Sic Pind. Pyth. Od. III.

Δαίμων δ' ἕτερος
Ἐς κακὸν τρέψαις ἐδαμάσατό νιν. —— ——

IN FRAGM. VIII.

Αὐτώρης] Ὁ τρίπους. ὅτι αὐτομάτῳ κελάδῳ, ut ait Pind. hoc est αὐτοκελεύςῳ, οὐ κατὰ ἐπίταγμα τῶν χρησμῳδουμένων τοὺς χρησμοὺς ἐκφέρει, ἀλλ' ἐπινοίᾳ ἢ τῷ μὴ ἐκ συντάξεως φερομένῳ. Ad Battum autem videtur hoc Fragmentum pertinere, cui roganti qua ratione balbutientis linguae nodos solveret, ultro respondit tripus, in fatis esse ut Cyrenes esset conditor.

IN FRAGM. IX.

Ἤπερ αὐςαλέον] Lege ut in quibusdam Pindari exemplaribus legitur.

Ἢ ὑπὲρ αἰςαλέον Χαρίτων λόφον.

Hunc autem Gratiarum collem in Africa sic describit Herodotus lib. 4. Οὗτοι μὲν δὴ (Γαράμαντες) καθύπερθε οἰκέουσι Νασαμώνων. τὸ δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν ἔχονται τὸ πρὸς Ἑσπέρης Μάκαι, οἳ λόφους κείρονται. τὸ μὲν μέσον τῶν τριχῶν ἀνιέντες αὔξεσθαι, τὰ δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν κείρονται ἐν χροΐ. ἐς δὲ τὸν πόλεμον στρουθῶν καταγαίων δορὰς φορέουσι προβλήματα. διὰ δὲ αὐτῶν Κίνυψ ποταμὸς ῥέων ἐκ λόφου καλευμένου Χαρίτων ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ. ὁ δὲ λόφος οὗτος ὁ Χαρίτων δασὺς ἴδῃσί ἐστι, ἐούσης τῆς ἄλλης τῆς προκαταλεχθείσης Λιβύης ψιλῆς. ἀπὸ θαλάσσης δὲ ἐς αὐτὸν ςάδιοι διηκόσιοί εἰσι.

X.

Ex eodem.

Καὶ τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον
Ἠνεκὲς ἀείδω δεδεγμένος ——

X I.

Ex eodem.

Ἀρσινόης, ὦ ξεῖνε, γάμον καταβάλλομ' ἀείδειν.

X I I.

Ex eodem.

Ἔλλατε νῦν ἐλέγοισι δ' ἐνιψήσασθε λιπώσας
Χεῖρας, ἵνα μοι πουλὺ μένωσιν ἔτος.

X I I I.

Ex eodem.

Μυκώνην μακάρων ἕδραν.

X I V.

Ex Schol. Ariſtophanis, e Νεφέλ.

Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος. οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω.

X V.

IN FRAGM. X.

Καὶ τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ] Prior verſus pentameter, alter erat hexameter. Per τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον, Homeri vel aliorum Poëtarum verſus intellige, quos ῥαψῳδοὶ lauream virgam tenentes populo recitabant, ideoque ῥαβδοῦχοι dicti. Schol. Pind. τοὺς ῥαψῳδοὺς, οἱ μὲν ῥαβδῳδοὺς ἐτυμολογοῦσι διὰ τὸ μετὰ ῥάβδου δηλονότι τὰ Ὁμήρου ἔπη διεξιέναι.

IN FRAGM. XI.

καταβάλλομ' ἀείδειν] Καταβάλλομαι, *incipio, aggredior* Ὅτι καταβολὰς ἔλεγον τὰς ἀρχὰς ὧντινοσοῦν ἐπῶν. Schol. Pind. ad illud Nem. Od. 2. καταβολὰν ἱερῶν ἀγώνων, &c.

IN FRAGM. XII.

Ἔλλατε] Puto ſignificare *deſinite*. Hoc Fragmentum adduxit Schol. Pind. ut probet quaecumque a Poëtis commendantur, ea nunquam peritura. Sed quo pertineat, conjicere non poſſum.

ἐνιψήσασθε] Quid an, *dicite?* A verbo ἐνίπτω, ἐνίψω, unde ἐνιψέω, ήσω. An vero, *intingite*, a verbo ἐννίπτω, ἐννίψω, unde ἐννιψέω, ψήσω. ſimplici ν ἐνιψήσω?

IN FRAGM. XIII.

Μυκώνην μακάρων ἕδραν] Per Μυκώνην Sicyona deſignari notat Schol. Pind. in fine Nem. Od. x. Sed omnino legendum eſt Μηκώνην: Mecone enim *Sicyon* dicta fuit, non *Mycone*: μακάρων autem ἕδραν vocat, ὅτι ἐπ' αὐτῆς οἱ θεοὶ διεδάσαντο τὰς τιμάς. Heſiod.

Καὶ γὰρ ὅτ' ἐκρίνοντο θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι
Μηκώνῃ

quem Heſiodi verſum laudat idem Schol. & ibidem male etiam legitur Μυκώνῃ.

IN FRAGM. XIV.

οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω] Hoc eſt καὶ γὰρ ἥκω Attice. Sic apud Ariſtoph. in νεφ.

—— οὐ γὰρ

X V.

Ejusdem.

— ὅς ῥ' ἔφυγεν μὲν
Ἀρκαδίην, ἡμῖν δὲ κακὸς παρενάσσατο γείτων.

X V I.

Ejusdem ex βατράχ. in voce λίμναις.

— Λιμναίῳ δὲ χοροστάδας ἦγον ἑορτάς.

X V I I.

Ejusdem ex βατράχ.

Ἀείδει καὶ πού τις ἀνὴρ ὑδατηγὸς ἱμαῖον.

X V I I I.

Ejusdem ex ἱππ.

— σκέρβολα μυθήσαντο.

X I X.

Ejusdem ex Ἀχαρν.

— ποῦ δέ ε πάντες ὁδῖται
Ἦ ῥα Φιλοξενίης ἔσχε στέγος ἀκλήϊστον.

X X.

— οὐ γὰρ ἀλλ' ἡ γῆ βίᾳ
Ἕλκει πρὸς αὑτὸν τὴν ἰκμάδα τῆς φροντίδος.

& in Βατραχ. οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς, ubi Schol. οὐ γὰρ ἀλλ', ἀντὶ τοῦ καὶ γὰρ, ἀλλὰ παρέλκει Ἀττικῶς.

IN FRAGM. XV.

ὅς ῥ' ἔφυγεν μὲν Ἀρκαδίην] De Cercyone loquebatur Callimachus, qui cum fratre Trophonio fugiens, ipſe quidem Athenas, frater vero Lebadiam Boeotiae petiit. Sed vide, ſi tanti eſt, Scholiaſten Ariſtoph. unde haec adducta ſunt. Locus eſt p. 155. Edit. Genevae in fol.

IN FRAGM. XVI.

Λιμναίῳ] Hoc eſt *Dionyſo*. Λίμναι enim ἐν Ἀθήναις τόπος ἀνειμένος Διονύσῳ ὅπου τὰ Λήναια ἤγετο. Heſych. Inde apud Ariſtoph. legimus in βατραχ.

Διόνυσον ἐν Λίμναισιν ἰαχήσαμεν.

IN FRAGM. XVII.

ὑδατηγὸς ἱμαῖον] ἱμαῖος eorum ᾠδὴ qui aquam hauriunt. Heſych. ἱμονιοστρόφου μέλη vocat Ariſtoph. in βατραχ. ubi Schol. ἃ εἰκὸς ἄνδρα ὕδατα ἀρυόμενον ᾄδειν. ἱμωνιὰ γὰρ καλεῖται, τὸ τῶν ἀντλημάτων σχοινίον, ἥτις ὡς ἐπιτοπλεῖστον ἐν τοῖς φρέασιν ἀπήρτηται. καὶ τὸ ᾆσμα ὃ ᾄδουσιν οἱ ἀντληταὶ ἱμαῖον.

IN FRAGM. XVIII.

Σκέρβολα] A verbo σκερβόλλω, κερτομῶ, λοιδορῶ. Utitur Ariſtoph. μὴ σκέρβολλε πονηρά. σκερβόλλω, pro ἐς κέαρ βάλλω Euſtath.

IN FRAGM. XIX.

ἔσχε στέγος ἀκλήϊστον] Idem quod apud Ariſtoph.

Τοὺς δὲ ξενίζειν, οὐδέποτε γ' ἴσχ' ἡ θύρα.

ad quem locum Schol. παροιμία ἐπὶ τῶν πολλοὺς ξένους ἀποδεχομένων οὐδέποτ' ἴσχει ἡ θύρα. μέμνηται καὶ Εὔπολις ἐν φίλοις. νὴ τὸν Ποσειδῶ, οὐδέποτ' ἴσχει ἡ θύρα. καὶ Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ — ποῦ δὲ ε, &c. καὶ Πίνδαρος: ἔνθ' ἄρα πεπταμέναιν ξείνοιν ἕνεκεν ταῖν θύραιν.

XX.

Ejusdem ex σφηκ.

Εὖτ' ἂν λύχνου δαιομένου ἄζδων ἐγένοντο μύκητες.

XXI.

Ejusdem ex σφηκ.

Σὺν δ' ἄμυδις φορυτόν τε καὶ ἱππεία λύματ' ἀείρειν.

XXII.

Ejusdem ex σφηκ.

Ἦν κεῖνος οὐνιαυτὸς ᾧ ποτὲ πτηνὸν
Καὶ τοὖν θαλάσσῃ, καὶ τὸ τετράπουν οὕτως
Ἐφθέγγεθ' ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμήθειος.

* XXIII.

Ejusdem ex ὀρνιθ.

Ἔλεια μικρὸν φωνῇ ἀγαθόν.

XXIV.

Ejusdem ex ὀρνίθ.

Τυρσηνῶν τείχισμα πελαργικόν.

XXV.

IN FRAGM. XX.

μύκητες] Scintillae quae circum ignem lucernarum exilientes, ingruentem pluviam nuntiant: unde Ariſtoph. in Σφηξ.

> Ἔπεισι γοῦν τοῖσι λύχνοις οὑτοιὶ μύκητες.
> Φιλεῖ δ' ὅταν ᾖ τοῦτο, ποιεῖν ὑετὸν μάλιστα.

& Aratus in διοσημείοις.

> Ἢ λύχνοιο μύκητες ἀγείρονται περὶ μυξαν.

Fungos vocat Virgil. lib. I. Georg.

> *Nec nocturna quidem carpentes penſa puellae*
> *Neſcivere hyemem, teſta cum ardente viderent*
> *Scintillare oleum, & putres conceſcere fungos.*

IN FRAGM. XXI.

ἱππεία λύματα]: Τὸν κόπρον τῶν ζώων. Et de Hercule ſtabulum Augeae purgante Fragmentum iſtud debet intelligi.

IN FRAGM. XXII.

Ἦν κεῖνος οὐνιαυτὸς ᾧ ποτὲ] Pro ἦν ποτε. ſic enim ſemper fabulas ordiebantur: ita apud Ariſtoph. ποτ' ἦν μῦς καὶ γαλῆ. Latini dicunt *olim*, vel *una vice*; Galli *une fois*. Porro apud Clementem in Stromatis, Callimachi in Mimiambis extat haec fabula tribus conſtans Choriambis.

IN FRAGM. XXIII.

Ἔλεια] Ἐλεᾶς & ἔλεια *avis*.

IN FRAGM. XXIV.

τείχισμα πελαργικόν] Ὅτι Ἀθήνησι τὸ πελαργικὸν τεῖχος ἐν τῇ ἀκροπόλει. Inde Ariſtoph.

> Τίς δ' ἂν καθέξει τῆς πόλεος τὸ πελαργικόν;

ubi Schol. Δίδυμός φησι τὸ πελαργικὸν τεῖχος ἐπὶ πετρῶν κεῖσθαι.

IN

XXV.

Ejusdem ex ὀρνίθ.

Τήνῳ Ἀγαμέμνων, ὡς ὁ μῦθος εἴσατο τῇ, καὶ λείπυρα καὶ μόνωπα θύεται.

XXVI.

Ejusdem ex Εἰρήν.

Μὴ σύ γε Θειάγενες κόψαις χέρα Καλλιφῶντος.

XXVII.

Ex Schol. Sophocl. in Antigon.

Ἀγροδέτω πάσησιν ἐπὶ προχάνῃσιν ἐφοίτα.

XXVIII.

Ex eod. in Antigon.

Φωκείων μέχρις κε μένῃ μέγας εἰν ἁλὶ μύδρος.

XXIX.

IN FRAGM. XXV.

Τήνῳ Ἀγαμέμνων] Hoc Fragmentum mihi corruptum est. De Agamemnone loquebatur Callimachus, qui Dianae ἐκ κνοῦ κόλον ἔθυσε: unde ipsa Κολαινὶς dicta est. Aristoph. in Ὀρνιθ.

> Οὐκέτι Κολαινὶς, ἀλλ' ἀκαλανθὶς
> Ἄρτεμις.

IN FRAGM. XXVI.

Καλλιφῶντος] Hunc non *Calliphonta*, sed *Cilliconta*, nominant Aristophanes, Eustathius, Hesychius. Cum Callimacho Suidas *Calliphonta* vocat. Sed quoquomodo dici debeat; neque enim nostrum est tantas componere lites; ejus historia haec est: *Prienensibus*, vel ut Hesych. *Regis ducibus Miletum Insulam prodidit Calliphon. Paulo post hanc Insulae traditionem Theagenes quidam divertit Samum, ibique carnes coepit vendere: ab eo empturus Calliphon, cum indicaret qua parte scindi sibi vellet, manum extendit, quam ille, sublato cultro, abscidit, addiditque: Nunquam tu manu ista aliam Urbem trades.* Hinc vulgo proditores *Calliphontas* vocabant.

IN FRAGM. XXVII.

Ἀγροδέτω] Quid hoc? An legendum ἀγροδότης?

προχάνῃσι] Hoc est προφάσεσι, καὶ γὰρ προφάσεις προχάνας ἐκάλουν. Schol. Sophocl. qui ex tertio αἰτίων hunc Callimachi locum adduxit.

IN FRAGM. XXVIII.

Φωκείων] De Phocaeensibus, qui Urbem suam reliquere, cum ea ab Harpalo Regis Cyri Praefecto oppugnaretur, loquebatur Callimachus. Meminit Horat. Od. XVI. lib. V.

> —— —— —— *Phocaeorum*
> *Velut profugit execrata civitas.*

μέγας εἰν ἁλὶ μύδρος] Εἰώθασι οἱ ὀμνύοντες ταῦτα ποιεῖν, μύδρους γὰρ αἴροντες ἐπαρῶνται μένειν τὰ ὅρκια ἕως αὐτοὶ φανῶσι, καὶ ῥίπτουσιν αὐτοὺς εἰς θάλασσαν ὅπως ἂν αἰώνια τὰ ὅρκια ὑπάρχῃ. Schol. Sophocl. sicque hanc Phocaeorum execrationem factam fuisse narrat Herodot. lib. I. πρὸς δὲ ταύτῃσι, καὶ μύδρον σιδήρεον κατεπόντωσαν καὶ ὤμοσαν μὴ πρὶν ἐς Φωκαίην ἥξειν, πρὶν ἢ τὸν μύδρον τοῦτον ἀναφῆναι.

Ad illud juramentum alludit Horat. loco supra laudato.

> *Sed juremus in haec: simul imis*
> *saxa renarint*
> *Vadis levata, ne redire sit nefas.*

IN

XXIX.

Ejusdem in Οἰδ. ἐπὶ Κολ.

Εἴδεος ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέον Αἱμονίηθεν
Μεμβλωκὸς πίλημά τι πέτρου ἄλκαρ ἔκειτο.

* XXX.

Ex Schol. Theocrit.

—— ὥσπερ ἐκείνας πρώκας ἔραζε πεσούσας.
—— προίκιον ἐνδυκέως τέττιγος εἶδαρ ἔδων.

XXXI.

Ex eodem.

Ἐς τὸ περὶ τεῖχους ἱερὸν ἀλέες δεῦτε.

XXXII.

Ex Hesychio in A.

Ἃ πάντα συνάγειρας.

XXXIII.

Ex eodem, & Suida in voce Νεκάδεσσι.

Ἡδομένη νεκάδεσσιν ἐπισκυρῶν πολέμοιο.

XXXIV.

IN FRAGM. XXIX.

Εἴδεος ἀμφὶ δέ οἱ] Post τὸ εἴδεος, sic distinctio ponenda est; nam ad versus qui praecesserant, pertinebat. Hic autem de Thessalicis sermo est, qui πλατεῖς erant. Unde ἡλιοστερεῖς vocat Sophocl.

—— ——κρατὶ δ' ἡλιοστερὴς
Κυνῆ πρόσωπα Θεσσαλὶς νιν ἀμπέχει.

Ubi ἡλιοστερὴς idem est quod apud Callim. πέτρου ἄλκαρ. Nam πέτρον Solem vocabant Graeci. Lycophr. σκιὰ καλύψει πέτρον.

IN FRAGM. XXX.

πρώκας ἔραζε πεσούσας] Sic Fragmentum istud emendavit Casaubonus. Quod male in editis Theocriti Scholiis legitur. Πρώκας autem σταγόνας δρόσου, ἀπὸ τοῦ πρωῒ πέμπεσθαι.

προίκιον] Προίκιον εἶδαρ, *dapes inemptae*, vel *cibus pauperum*, *vel miserorum*, inquit Casaubonus. Sed non video quomodo recte πρώκας cicadarum dapes inemptas vocare possit Callim. Legendum igitur, ut ex verbis Scholiastae manifestum est, πρώϊον ἐνδύκ. τέττ. εἶδ. Alludit enim Callim. ad etymon τοῦ πρώκας, quod supra posuimus.

IN FRAGM. XXXII.

Ἃ πάντα συνάγειρας] Lege, ut ex Suida pater meus apud Hesych. monuit, ἃ πάντως ἵνα γῆρας.

XXXIV.

Ex Stobaeo de perjurio, Serm. XXVIII.

Ὤμοσεν ἀλλὰ λέγουσιν * ἀλλὰ θεάσαι τοὺς ἐν ἔρωτι
Ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ᾽ ἐς ἀθανάτων.

XXXV.

Ex eodem pro Artibus, Serm. LVIII.

Ἔνθ᾽ ἀνέμων μεγάλων κῦμα διωλύγιον.

XXXVI.

Ex eodem.

Τρισμάκαρ ἢ παύρων ὄλβιός ἐστι μέγα
Ναυτιλίῃσιν * ἣν ἔχεις βίον. ἀλλ᾽ ἐμὸς αἰὼν
Κύμασιν αἰθυίης μᾶλλον ἐσωκίσατο.

* XXXVII.

Ex eodem.

Ὡς ἡδὺ μὲν θάλατταν ἀπὸ γῆς ὁρᾶν.

XXXVIII.

Ex Etymolog. in voce Ἀγρόθι.

Εὖτ᾽ ἐνωπελίῃ, φέρε τ᾽ ἀγρόθι νόσιμα πάντα.

XXXIX.

IN FRAGM. XXXIV.

ἀλλὰ λέγουσιν * ἀλλὰ θεάσαι] Miror cur sic corrupte legatur apud Stobaeum Fragmentum istud, cum extet adhuc Epigramma unde illud adductum est, ubi legitur:

Ὤμοσεν. ἀλλὰ λέγουσιν ἀληθέα, τοὺς ἐν ἔρωτι
Ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ᾽ ἐς ἀθανάτων.

Sed vide, si lubet, integrum Epigramma p. 296.

IN FRAGM. XXXV.

ἀνέμων μεγάλων κῦμα διωλ.] Forsan πνεῦμα διωλύγιον.

IN FRAGM. XXXVI.

Ναυτιλίῃσιν * ἣν ἔχεις] Ex conjectura doctiss. Andr. Dacerii, quod hic desideratur, sic supplebis saltem, ut sensum habeas integrum:

Τρισμάκαρ, ἢ παύρων ὄλβιός ἐστι μέγα,
Ὅστις ναυτιλίῃσι μὴ ἔχει βίον ——

Idem fere Terentius Hecyr. Act. III. Sc. IV.

So. *Non hercle verbis, Parmeno, dici potest*
Tantum, quam reipsa navigare incommodum est.
P. *Itane est?* So. *O fortunate, nescis quid mali*
Praeterieris, qui nunquam es ingressus mare.

IN FRAGM. XXXVIII.

Εὖτ᾽ ἐνωπελίῃ] Lege, ut emendavit summus Casaub. εὖτ᾽ εὐωπελίῃ.

IN

XXXIX.

Ex eod. in voce Ἐρωδιός.

Πολλάκι δ' ἐκ λύχνου πῖον ἔλειξαν ἔαρ.

XL.

Ex eod. in voce Ἰάλεμος.

Εἰδυῖαν φάλιον ταῦρον ἰηλεμίσαι.

XLI.

Ex eodem.

—— ἀμφί τε κεβλὴν
Εἰρμένος ἀγλίθων οὖλον ἔχει στεφανόν.

XLII.

Ex eodem.

Δείελον αἰτίζουσι.

* XLIII.

Ex eodem.

Ἰύζων δ' ἀν' ὄρος.

XLIV.

Ex Constantino in voce Δανά.

— δανὰ ξύλα κεάσαι.

XLV.

IN FRAGM. XXXIX.

ἔαρ] Cypria vox, quae proprie *sanguinem* significat: hic vero ἔαρ *oleum* vocat Callim. ratione satis aperta.

IN FRAGM. XLII.

κεβλὴν] Κεφαλὴ, κεβαλὴ, κεβλή.

IN FRAGM. XLII.

Δείελον αἰτίζουσι] Hoc est, δειλινὴν τροφήν. Interpr. Homer. ad illud Odyss. P. Σὺ δ' ἔρχεο δειελιήσας, ubi integrum Callim. versum refert: Δειελιήσας, inquit ille, πρὸς τὴν δειλινὴν ὥραν παραγινόμενος, τουτέστι τὴν μεσημβρίαν, ἢ τὴν ἑσπερινὴν διατρίψας. ἔνιοι τὴν δειλινὴν τροφὴν αἰτῶν. καὶ Καλλίμαχος φησὶ,

Δείελον αἰτίζουσιν. ἄγουσι δὲ χεῖρας ἀπ' ἔργου.

Τὴν πρὸς τῇ δειλινῇ τροφὴν αἰτοῦντες οὐ δεόντως. προειρήκαμεν γὰρ ὅτι οἱ ἀρχαῖοι τρισὶ τροφαῖς ἐχρῶντο. Quae omnia ex Eustath. sumpta sunt, nisi quod apud illum male, ut puto, in versu Callim. δειελίην αἰτίζουσι legitur pro δείελον αἰτίζουσι. Illum vide sis p. 1832.

IN FRAGM. XLIII.

Ἰύζων] Ἀγροικῇ φωνῇ προσφωνῶν. πεποίηται δὲ ἡ λέξις παρὰ τὸ ἰοὺ ἐπίρρημα. Homer. Iliad. P.

—— ἀμφὶ δὲ τόν γε κύνες τ' ἄνδρες τε νομῆες
Πολλὰ μάλ' ἰύζουσι. ——

IN FRAGM. XLIV.

Δανὰ ξύλα κεάσαι] Quae hic δανὰ Callim. Homer. vocat κάγκανα. Audi Eustath. Κάγκανα δὲ γίνεται παρὰ τὸ καίειν καὶ καίνειν, τὰ εἰς τὸ καίεσθαι καινόμενα, ἤτοι κοπτόμενα. Παυσανίας δὲ δανὰ τὰ τοιαῦτα ξύλα καλεῖσθαι δηλοῖ. φάσι γὰρ· δανὰ, εὐκέαστα, ξηρά. παρὰ τὸ δαίεσθαι. δῆλον δὲ, ὅτι εὐκέαστα, τὰ

εὔκλα-

XLV.

Ex eod. in voce Οἶστροι.

Βȣ̃σσον ὅν τε μύωπα βοῶν καλέȣσιν ἀμορβοί.

XLVI.

Citantur & haec apud recentiores.

Αὐτίκα τὰν τᾶλιν παιδὶ σὺν ἀμφιθαλεῖ.

XLVII.

Item.

— εἴ σε Προμηθεὺς
Ἔπλασε, καὶ πηλȣ̃, μὴ 'ξ ἑτέρȣ γέγονας.

XLVIII.

Item.

Ἀντὶ γὰρ ἐκλήθης Ἴμβρασε Παρθενίȣ.

XLIX.

Item.

— ȣ̓ γὰρ ἐργάτιν τρέφω
Τὴν Μȣ̃σαν, ὡς ὁ Κεῖος Ὑλλίχȣ νέπȣς.

L.

εὔκλαστα. Κεάσαι γὰρ ἐπὶ ξύλων τὸ κόψαι, ὡς ἐν Ὀδυσσείᾳ.

IN FRAGM. XLV.

Βȣ̃σσον, ὄν τε μύωπα βοῶν] Fragmentum istud ad Ionem pertinere suspicor: nam Ἰȣ̃ς ἄφιξιν scripsit Callimachus.

IN FRAGM. XLVI.

τὰν τᾶλιν παιδὶ σὺν ἀμφ.] Τᾶλις est *nova nupta.* παῖς ἀμφιθαλὴς, *puer patrimus*, *matrimus:* nam & in Graecia *pueri*, *patrimi*, *matrimi* deducebant novam nuptam, ut apud Romanos. Catull.

Mitte brachiolum teres,
Praetextate, puellulae.

Hunc autem Callimachi locum laudat Interpres Sophocl. in Antigon. Τᾶλις κατ' Αἰολεῖς ἡ ἐγγυηθεῖσα πρὸς γάμον τινὶ, ὥσπερ καὶ Καλλίμαχος λέγει, αὐτίκα τὴν τᾶλιν, &c.

IN FRAGM. XLVIII.

Ἴμβρασε] Parthenius fluvius in Samo Ionia, *Imbrasus* postea denominatus, & ab eo Samos Ionia ipsa, *Imbrasia* dicta est: neque audiendus est vir summus Josephus Scaliger, qui in suis ad Varronem Conjectan. id de Samothracia tradidit, quod de Samo Ionia tantum verum esse probant & Stephanus, & Strab. lib. XII. & XIV. tamen, quod mirere, ejusdem Stephani autoritate sententiam suam firmare conatur idem Scaliger.

IN FRAGM. XLIX.

ὁ Κεῖος] Simonidem intelligit, qui Ceus fuit: sic Κεῖος dixit Theocrit. & Horat. Ceam naeniam vocat Simonidis carmina:

Sed ne relictis Musa procax jocis
Ceae retractes munera naeniae.

νέπȣς] Idem quod apud Latinos *nepos.*

IN

L.

Item.

Τὴν μὲν ὅ γε σπέρμῖωεν Ἐρινύϊ Τιλφωσσαίῃ.

L I.

Item.

Ἄρμενα παρ' Δαναῦ γῆς ἐπὶ βυγενέων.

L I I.

Item.

Δαῖμον, τί κόλποισιν ἐπιπλύουσι γυναῖκες.

L I I I.

Item.

— αὐτὸς ὁ Μῶμος

Ἔγραφεν ἐν τοίχοις, ὁ Κρόνος ἐστὶ σοφός.

IN FRAGM. L.

Ἐρινύϊ Τιλφωσσαίῃ] Hoc est *Cereri*, ut optime Scaliger in Conjectan. Δημήτηρ enim ἡ αὐτὴ τῇ Ἐρινύϊ, unde *Cerritos*, quasi *Cereritos*, furore correptos dicimus. Attici Δημητριακές. Τιλφώσση autem, vel Τιλφωσσαία Ἐρινὺς ἀπὸ τῆς Τιλφώσσης κρήνης Βοιωτίας, ἧς, ut ait Eustath. πιὼν Τειρεσίας καὶ διὰ γῆρας ἐχ ὑπομείνας τὴν ψυχρότητα τέθνηκεν, ὡς λέγεται ἱστορεῖν Ἀριστοφάνης.

IN FRAGM. LI.

Ἄρμενα παρ' Δαναῦ] Haec mihi mendi suspecta sunt. Etymol. magn. in voce Ἁρμοὶ habet.

Ἁρμοῖ γὰρ Δαναῶν γῇ ὡς ἀπὸ βυγείως.

quae non magis sana sunt.

βυγενέων] Hoc est, *apum*, quod eae ex ossibus boum nascuntur, ut apud Virgil. IV. Georg. & Varr. II. de R. R. *Denique ex hoc putrefacto* (bove) *nasci dulcissimas apes, mellis matres, a quo eas Graeci* βυγενεῖς *appellant.*

IN FRAGM. LII.


τί κόλποισι ἐπιπλύουσι γυναῖκες] Hunc Callimachi versum laudat Scholiastes Theocriti ad Idyll. VI.

Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.
Ταῦτα γὰρ ἁ γραία με Κοτυτταρὶς ἐξεδίδαξεν.

ubi ille, ποιοῦσι γὰρ καὶ μέχρι τοῦ νῦν μάλιστα τοῦτο αἱ γυναῖκες τὸ νεμεσητὸν ἐκτρεπόμεναι. Καλλίμαχος, δαίμων, &c.

IN FRAGM. LIII.

Ἔγραφεν ἐν τοίχοις] De hoc more vide notata ad Fragmentum XXV. p. 347.



CAL-

CALLIMACHI POEMATIUM

DE

COMA BERENICES,

A CATULLO

LATINIS VERSIBUS REDDITUM.

Omnia qui magni dispexit lumina mundi,
  Qui stellarum ortus comperit atque obitus,
Flammeus ut rapidi solis nitor obscuretur,
  Ut cedant certis sidera temporibus,
Ut Triviam furtim sub Latmia saxa relegans
  Dulcis amor, gyro devocet aërio:
Idem me ille Conon coelesti numine vidit
  E Bereniceo vertice caesariem
Fulgentem clare: quam multis illa dearum,
  Levia protendens brachia, pollicita est,
Qua rex tempestate novis auctus hymenaeis,
  Vastatum fines iverat Assyrios,
Dulcia nocturnae portans vestigia rixae,
  Quam de virgineis gesserat exuviis.
Estne novis nuptis odio Venus? anne parentum
  Frustrantur falsis gaudia lacrymulis,
Ubertim thalami quas intra limina fundunt?
  Non, ita me divi, vera gemunt, iverint.
Id mea me multis docuit regina querelis,
  Invisente novo praelia torva viro.

At tu non orbum luxti deserta cubile,
Sed fratris cari flebile diffidium,
Quum penitus moestas exedit cura medullas.
Ut tibi nunc toto pectore solicitae
Sensibus ereptis mens excidit. atqui ego certe
Cognoram a parva virgine magnanimam.
Anne bonum oblita es facinus, quo regium adepta es
Conjugium, quo non fortius ausit alis?
Sed tum moesta virum mittens, quae verba loquuta es?
Jupiter, ut tersti lumina saepe manu.
Quis te mutavit tantus deus? an quod amantes
Non longe a caro corpore abesse volunt?
Atque ibi prae cunctis, pro dulci conjuge, divis
Non sine taurino sanguine pollicita es,
Si reditum retulisset is haud in tempore longo, &
Captam Asiam Aegypti finibus adjiceret.
Queis ego pro factis coelesti reddita coetu,
Pristina vota novo munere dissoluo.
Invita, ô regina, tuo de vertice cessi,
Invita: adjuro teque tuumque caput:
Digna ferat, quod si quis inaniter adjurarit.
Sed qui se ferro postulet esse parem?
Ille quoque eversus mons est, quem maxima in oris
Progenies Phthiae clara supervehitur,
Quum Medi irrupere novum mare, quumque juventus
Per medium classi barbara navit Atho.
Quid facient crines, quum ferro talia cedant?
Juppiter, ut Chalybωn omne genus pereat:
Et qui principio sub terra quaerere venas
Institit, ac ferri frangere duritiem.
Abjunctae paulo ante comae mea fata sorores
Lugebant, cum se, Memnonis Aethiopis

Uni-

Unigena impellens nutantibus aëra pennis,
Obtulit Arſinoes Chloridos ales equus.
Isque per aetherias me tollens advolat auras,
Et Veneris caſto collocat in gremio.
Ipſa ſuum Zephyritis eo famulum legarat,
Grata Canopaeis incola littoribus:
Scilicet in vario ne ſolum limite caeli
Ex Ariadnaeis aurea temporibus
Fixa corona foret, ſed nos quoque fulgeremus
Devotae flavi verticis exuviae.
Uvidulam a fletu, cedentem ad templa deum, me
Sidus in antiquis diva novum poſuit.
Virginis & ſaevi contingens namque Leonis
Lumina, Calliſto juncta Lycaoniae,
Vertor in occaſum, tardum dux ante Bootem,
Qui vix ſero alto mergitur Oceano.
Sed quanquam me nocte premunt veſtigia divum,
Luce autem canae Tethyi reſtituor:
(Pace tua fari haec liceat Rhamnuſia virgo,
Namque ego non ullo vera timore tegam,
Non ſi me infeſtis diſcerpant ſidera dictis,
Condita quin vere pectoris evoluam)
Non his tam laetor rebus, quam me abfore, ſemper
Abfore me a dominae vertice diſcrucior.
Quicum ego, dum virgo quondam fuit, omnibus expers,
Unguentorum una millia multa bibi.
Nunc vos, optato quas junxit lumine taeda,
Non prius unanimis corpora conjugibus
Tradite, nudantes rejecta veſte papillas,
Quam jucunda mihi munera libet onyx,
Veſter onyx, caſto colitis quae jura cubili.
Sed quae ſe impuro dedit adulterio,
Illius mala dona levis bibat irrita pulvis.
Namque ego ab indignis praemia nulla peto.

Sic magis, ô nuptae, ſemper concordia, veſtras
 Semper amor ſedes incolat aſſiduus.
Tu vero regina tuens cum ſidera, divam
 Placabis feſtis luminibus Venerem
Sanguinis expertem, non votis eſſe tuam me,
 Sed potius largis affice muneribus.
Sidera cur retinent? Utina coma regia fiam,
 Proximus Arcturos fulgeat Erigonae.



I N

IN CALLIMACHI POEMATIUM A CATULLO LATINIS VERSIBUS REDDITUM

NOTAE.

De Coma Berenices] Hujus Poëmatii argumentum habes apud Hyginum, lib. II. *Cum Ptolemaeus Berenicen, Ptolemaei & Arsinoës filiam sororem suam, duxisset uxorem, & paucis post diebus Asiam oppugnatum profectus esset, vovit Berenice, si victor Ptolemaeus redisset, se detonsuram crinem. Quo voto damnatum crinem in Veneris, Arsinoës Consitidis,* [lego *Chloridis*] *posuit Templo, isque postero die non comparuit. Quod factum cum Rex aegre ferret, Conon Mathematicus, cupiens inire gratiam Regis, dixit crinem inter sidera videri collocatum, & quasdam vacuas à figura septem stellas ostendit, quas esse crinem fingeret.*

Παρθενικαὶ μεγάλων παῖδες Ἀκεστοριδᾶν,

Et,

—— καὶ μεγάλοις ὕστερα Λαβδακίδαις.

In nobiliſſimo hoc Epigrammate poëta loquentem inducit ipſum Simonidem. Huc refer illa Quintiliani lib. XI. c. 2. *Eſt autem magna inter auctores diſſenſio, Glaucone Caryſtio, an Leocrati, an Agatharcho, an Scopae ſcriptum ſit id* (Simonidis) *carmen: & Pharſali fuerit haec domus, ut ipſe quodam loco ſignificare Simonides videtur, atque Apollodorus, & Eratoſthenes, & Euphorion, & Lariſſaeus Eurypylus tradiderunt; an Cranone, ut Apollas Callima-*

 chus,

chus, quem secutus Cicero hanc famam latius fudit. Scopam nobilem Thessalum periisse in eo convivio constat, adjicitur sororis filius; putant & ortos plerosque ab illo Scopa, qui major aetate fuerit. Quis vero iste Apollas Callimachus: Cyrenensem enim nostrum Battiadem a Quintiliano hic nominari vel ex ipso hoc Epigrammate plane constat. Forte legendum *Apollas & Callimachus:* vel ulcus aliquod latet, non sine meliorum Codicum ope sanabile. Locus vero Ciceronis, quem laudat Quintilianus, extat in libro II. de Oratore. Vide & Valerium Max. I. c. 8.

LXXII.

—— Θεὸς δέ οἱ ἱερὸς Ὕκης.

—— Deus autem illi est sacer Hycas.

Athenaeus lib. VII. p. 327. Τὸν ὕκκην (Cod. MStus in Biblioth. Regia ὕκην) Καλλίμαχος ἐν Ἐπιγράμμασιν ἱερὸν ἰχθὺν καλεῖ διὰ τούτων, Θεὸς δέ οἱ ἱερὸς ὕκκης. Idem eodem libro p. 284. Ἐν δὲ τοῖς Ἐπιγράμμασιν ὁ αὐτὸς ποιητὴς (ὁ Καλλίμαχος) φησιν, ἱερὸς δέ τις ἱερὸς ἰχθῦς. Cod. MS. ἱερὸς δέ τις ἱεροσύκης. Est idem locus cum superiore.

LXXIII.

Εἰς Δύμην ἀπιόντα τῆς Ἀχαίας.

Dymam profectum, quae in Achaea est.

Stephani Byzantii Fragmentum: Δύμη, πόλις Ἀχαίας ἐσχάτη πρὸς δύσιν. ὅθεν καὶ Καλλίμαχος ἐν Ἐπιγράμμασιν, Εἰς Δύμην ἀπιόντο τὴν ἀχαι * * * Lege, τῆς Ἀχαίας. Est versus Hendecasyllabus, ut alibi Epigr. Σελήνη περίφοιτος εἰκόν' αὐτῆς: Vel erit Heroicus; si legeris: Εἰς Δύμην ἀπιόντας Ἀχαιΐδα.

LXXIV.

Scholiastes Ibidis Ovidii: *Menander Comicus, Atheniensis, dum in Piraeo portu nataret, submersus est. De quo nobilissimae a Graecis editae traduntur Elegiae, & a Callimacho Epigramma.*

ΘΑΥΜΑΣΙΑ. MIRABILIA.

Sive, Θαυμάτων τῶν εἰς ἅπασαν τὴν γῆν καὶ τόπους ὄντων Συναγωγή. Miraculorum, quae in toto terrarum orbe sunt, Collectanea. *Suidas.* Hujus operis pars erat, Περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ θαυμασίων καὶ παραδόξων. De rebus in Peloponneso & Italia mirabilibus. *Suidas.*

LXXV.

L X X V.

1. Ἐν Κράνωνι τῆς Θετταλίας δύο κόρακας εἶναί φασι μόνους· ὅταν δ᾽ ἄλλους ἐκνοσσεύσωσιν, ἴσους αὐτοὺς καταλιπόντες ἀπέρχονται. Cranone Thessaliae, ajunt duos tantum esse corvos: qui, cum pullos educant, pares eos relinquentes, abscedunt.

Stephanus Byzantius v. Κράνων. ἐν ταύτῃ δύο κόρακας εἶναι φασι μόνους ὡς Καλλίμαχος ἐν θαυμασίοις καὶ Θεόπομπος. ὅταν δ᾽ &c.

2. Κατὰ τὰς Αἰγυπτίας Θήβας ἐστὶ σπήλαιον, ὃ ταῖς μὲν ἄλλαις ἡμέραις πληροῦται ἀνέμου, κατὰ δὲ τὰς τριακάδας οὐ πνεῖ παντελῶς. Prope Thebas Aegyptias est spelunca; quae caeteris quidem diebus vento repletur; trigesimis vero mensium haud spirat omnino.

Steph. Byz. v. Θήβη. Ἔστι καὶ ἄλλη ἐν Αἰγυπτίᾳ, περὶ ἧς Καλλίμαχός φησιν, ὅτι κατὰ τὰς &c. Noli dubitare, quin haec ad θαυμασίων opus sint referenda. Eadem memorat Antigonus ex Hellanico Lesbio cap. CXXXIX.

3. Φησὶ Καλλίμαχος Εὔδοξον ἱστορεῖν, ὅτι ἐν τῇ κατὰ ἱερὸν ὄρος θαλάττῃ τῆς Θρᾴκης ἐπιπολάζει κατά τινας χρόνους ἄσφαλτος, ἡ δὲ κατὰ Χελιδόνας, ὅτι ἐπὶ πολὺν τόπον ἔχει γλυκείας πηγάς. Eudoxum *ait Callimachus* narrare; in mari Thraciae apud montem qui Sacer dicitur, quibusdam temporibus bitumen in superficie ferri. Et mare quod est ad Chelidonias insulas, multis locis fontes habere dulces.

Antigonus Histor. Mirab. cap. CXLIV. Πεποίηται δέ τινα καὶ ὁ Κυρηναῖος Καλλίμαχος ἐκλογὴν τῶν Παραδόξων· ἧς ἀναγράφομεν, ὅποτε ἡμῖν ἐφαίνετο εἶναι ἀκοῆς ἄξια. Notandum Antigonum profiteri, *se ex Callimachi opere excerpturum esse, quae memoratu digna judicaverit.* Idem cap. XXXII. Aristotelis laudat collectanea Περὶ Θαυμασίων ἀκουσμάτων; unde etiam se selecta quaedam decerpturum esse memorat. Et profecto, ut omnia, quae deinceps habet a capite isto XXXII. usque ad caput CXXVII. sunt Aristotelis: ita quaecunque apud eum extant a cap. CXLIV. ad finem usque libri, a Callimacho petita sunt: de quo opinor haud male meritus sum; qui primus tam luculenta ἀποσπασμάτια illi restituo. Jure autem haec a nobis Callimacho adscribi, facile deprehendet qui sanum judicium & gustum aliquem harum rerum habet. Caeterum pro Χελιδόνας bene Meursius reponit Χελιδονίας; quod in versione Latina expressimus: & in iis etiam quae sequuntur Interpretationem Xylandri castigabimus ad emendationes Meursii & nostras: quod hic semel monere sufficiat.

4. Θεόφραστος δὲ, τας περὶ τας Αἰόλου νήσους ἀναζεῖν οὕτως, ἐπὶ δύο πλέθρων τὸ μῆκος, ὥστε μὴ δυνατὸν εἶναι διὰ τὴν θερμασίαν ἐμβαίνειν εἰς ταύτην. Theophrastum autem narrare, mare circa Aeoli insulas ad duorum jugerum spatium ita fervere, ut ob aestum intrare id nemo possit.

Recte Meursius τὴν περὶ τὰς Αἰόλου νήσους: i. e. θάλατταν: sed non vidit, & Θεόφραστον etiam scribendum esse, non Θεόφραστος.

Hoc

Hoc eſt, Θεόφραστον ἱστορεῖν φησι Καλλίμαχος. Sic ſtatim, Μεγασθένην δὲ Τίμαιον δὲ &c.

5. Ἐκ δὲ τῆς κατὰ Δῆλον, νῆσον τὴν Καρχηδονίων, τοὺς κολυμβητὰς ἀναφέρειν ἐν δύο ὀργυιαῖς χαλκὸν, ἐξ οὗ καὶ τοὺς ἐν Φαινεῷ τοὺς ὑπὸ Ἡρακλέους ἀνατιθέντας ἀνδριάντας εἰργάσθαι. E mari autem, quod ad Demoneſum Carthaginenſium eſt, urinatores aes ad duas ulnas efferre; e quo aere & ſtatuas in Pheneo ab Hercule poſitas, confectas eſſe.

Recte Meurſius κατὰ Δημόνησον & ἐν Φενεῷ, ex Ariſtotele & Stephano Byz.

6. Μεγασθένην δὲ τὸν τὰ Ἰνδικὰ γεγραφότα, ἱστορεῖ ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν θαλάττῃ δένδρεα φύεσθαι. Megaſthenem, rerum Indicarum ſcriptorem, referre; arbores in mari Indico naſci.

Pro ἱστορεῖ lege ἱστορεῖν. Et ſupra Εὔδοξον ἱστορεῖν. & infra, ἱστορεῖν δὲ ταῦτα Θεόπομπον, ἱστορεῖν Λυκον.

7. Περὶ δὲ τῶν ποταμῶν καὶ κρηνῶν, Λύκον μέν φησι λέγειν, ὅτι ὁ μὲν Καμίσκος θαλάττης ῥεούσης ῥεῖ, ὁ δὲ Κάπαιος καὶ Κριμίσιος, ὅτι τὰ μὲν ἐπιπολῆς τῶν ὑδάτων εἰσὶ ψυχροὶ, τὰ δὲ κάτω θερμοί. τὸν δὲ Ἱμέραν ἐκ μιᾶς πηγῆς σχιζόμενον, τὸ μὲν ἁλυκὸν τῶν ῥείθρων ἔχειν, τὸ δὲ πότιμον. De Fluminibus autem & Fontibus; Lycum ait perhibere, Camicum fluente mari fluere: Anapum vero & Crimiſum in ſuperficie frigidos, infra calidos eſſe: Himeram autem ex uno fonte in duos ſcindi alveos; alterumque fluvium ſalſum, alterum potabilem eſſe.

Lege Κάμικος, & ὁ δὲ Ἄναπος καὶ Κριμισός. corrigente Meurſio. Poteris etiam pro Κάπαιος legere Κακύπαρις.

8. Τίμαιον δὲ, τῶν ἐν Ἰταλίᾳ ποταμῶν ἱστορεῖν Κρᾶθιν ξανθίζειν τὰς τρίχας. Timaeum narrare, Crathin unum de amnibus Italiae crines flavos facere.

9. Πολύκριτον δὲ καταγεγραφέναι, τὸν μὲν ἐν Σόλοις οὐ ψευδῶς ὠνομάσθαι Λίπαριν· ἀλλ' οὕτως ἀπολιπαίνειν, ὥστε μὴ προσδεῖσθαι ἀλείμματος· τὸν δὲ ἐν Παμφυλίᾳ Μύαβιν ἀπολιθοῦν, ἐάν τις ἐμβάλῃ στοιβὴν ἢ λίθον. Polycritum ſcripſiſſe, fluvium, qui eſt apud Solos, non injuria Liparin, i. e. *pinguem* appellari, quippe ita pinguedinem corporibus illinere, ut unctione nihil ſit opus. Muabin autem in Pamphylia injectam ſtoebam vel viticem in lapidem vertere.

Pro ἢ λίθον Meurſius reponit ἢ λύγον. Poteris etiam legere στοιβὴν ἢ φλεών. Theophraſtus Hiſt. Plant. 6. 1. καὶ ὁ φλεὼς, ὃ δή τινες καλοῦσι στοιβήν. Et ex eo Plinius. *Stoebe, quam aliqui Phleon vocant.*

10. Περὶ δὲ τὴν τῶν Ἀγρίων Θρακῶν χώραν, φησὶ ποταμὸν προσαγορευόμενον Πόντον καταφέρειν λίθους ἀνθρακώδεις· τούτους δὲ καίεσθαι μὲν, πᾶν δὲ τοὐναντίον πάσχειν τοῖς ἐκ τῶν ξύλων ἀνθρακευομένοις, ὑπὸ μὲν γὰρ τῶν ῥιπίδων πνευματιζομένους σβέννυσθαι· τῷ δὲ ὕδατι ῥαινομένους βέλτιον κάεσθαι· τὴν δ' ὀσμὴν αὐτῶν οὐδὲ ὑπομένειν ἑρπετόν. In regione Thracum, qui Agriae appellantur, fluvium ait eſſe nomine Pontum, qui lapides carbonum ſimiles alveo deferat, & hos uri quidem, ſed plane

sic contrario modo atque carbones ligneos: quippe extingui, si flabris ventilentur; aqua consperfos, facilius ardere: odorem autem horum, nullum reptile tolerare.

11. Τὴν δ' ἐν Λούσοις κρήνην, καθάπερ παρὰ τοῖς Λαμψακηνοῖς, ἔχειν ἐν ἑαυτῇ μῦς ὁμοίους τοῖς κατοικιδίοις. ἱστορεῖν δὲ ταῦτα Θεόπομπον. Fontem, qui Lusis est, itidem ut eum qui Lampsaci, mures in se habere domesticorum similes. haec Theopompum narrare.

12. Εὔδοξον δὲ, τὴν ἐν Ἅλῳ Ὀφίουσαν τὸ ἀλφὸν παύειν. Eudoxum porro tradere Ophiusam, quae est in Halo, impetiginem abolere.

13. Λύκον δὲ τὸν Ῥηγῖνον λέγειν, τὴν μὲν ἐν τῇ Σικανῶν χώρᾳ φέρειν ὄξος, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐδεσμάτων χρῶνται. τὴν δὲ ἐν Κυσιτράτῳ, οἷον ἐλαίῳ ῥεῖν. τοῦτο δ' ἔν τε τοῖς λύχνοις κάεσθαι, καὶ δύνασθαι φύματα καὶ ψώραν ἰᾶσθαι, προσαγορευόμενον Κυσιτραῖον. πλησίον δὲ εἶναι, τὴν ἀπὸ μὲν Ἀρκτούρου μέχρι Πλειάδος ἀναδιδοῦσαν οὐδενὸς χεῖρον τῶν ἄλλων ὑδάτων, ἀπὸ δὲ Πλειάδος μέχρι πρὸς Ἀρκτοῦρον, τὰς μὲν ἡμέρας καπνὸν ἀναφέρουσαν, καὶ πνέουσαν θερμόν. ἐν δὲ τῇ νυκτὶ φλογὸς πληρουμένην. Lycam Rheginum dicere, fontem in Sicanorum regione acetum ferre, quo in cibis utantur: fontem autem in Mytistrato tanquam oleo fluere, quod & in lucernis uratur & ad tubercula scabiemque sanandam faciat, appelleturque Mytistratium. In propinquo fontem esse, qui ab Arcturo usque ad Pleiades non secus quam alii fontes aquam suppeditet; sed a Pleiade usque ad Arcturum interdiu fumum efferre & calidum spirare, noctu autem flamma impleri.

Recte Meursius ἐν Μυτιστράτῳ & Μυτιστράτιον.

14. Ἀρέθουσαν δὲ, τὴν ἐν Συρακούσαις, ὥσπερ οἱ λοιποί φασι καὶ Πίνδαρος, τὴν πηγὴν ἔχειν ἐκ τοῦ κατὰ τὴν Ἠλείαν Ἀλφειοῦ. διὸ καὶ ταῖς Ὀλυμπικαῖς ἡμέραις, ὅταν ἐν τῷ ποταμῷ ἀποπλύνωσι τῶν θυμάτων τὰς κοιλίας, οὐ καθαρὰν εἶναι τὴν ἐν τῇ Σικελίᾳ κρήνην, ἀλλὰ ῥεῖν ὄνθῳ. φησὶ δὲ καὶ φιάλην ποτ' εἰς τὸν Ἀλφειὸν ἐμβληθεῖσαν ἐν ἐκείνῃ φανῆναι. Arethusam, qui Syracusis est fons, ut & alii & Pindarus testantur, fontem habere ex Alpheo, qui Elidem praeterfluit. Itaque etiam Olympiorum diebus, cum ventres victimarum in fluvio eluuntur, fontem in Sicilia purum non esse, sed fimo fluere. Et ait, quodam tempore pateram in Alpheum conjectam in Arethusa extitisse.

His subjungit Antigonus de suo; Τοῦτο δ' ἱστορεῖ καὶ Τίμαιος.

15. Θεόπομπον δέ φησι γράφειν τὴν μὲν Κιγχρώψωσι τοῖς Θραξὶ τὸν ἀπογευσάμενον τελευτᾶν εὐθύς. Theopompum ait scribere; fontem apud Cychropas Thracas qui gustaverit, statim mori.

Pro Κιγχρώψωσι, Meursius, Κύχροις ἢ χρωψί. Ego malim Κύχρωψι.

16. Ἐν Σκοτούσῃ δ' εἶναι Κρήνην ἰδίαν, οὐ μόνον ἀνθρώπων ἕλκη, ἀλλὰ καὶ βοσκημάτων ὑγιάζειν δυναμένην. κἂν ξύλον δὲ σχίσας ἢ θραύσας ἐμβάλῃς, συμφύειν. Scotusae autem fontem esse parvum, qui non hominum modo, sed & pecudum vulnera valeat sanare: lignumque etiam fissum aut confractum si injicias coalescere.

Quam-

Quamobrem vero hanc κρήνην nominat ἰδίαν? annon & alii fontes, quos in hoc opere memorat, sunt aeque *peculiares?* lege sine dubio, Ἐν Σκοτούσσῃ δ' εἶναι κρηνίδιον, οὐ μόνον -δυνάμενον. Aristoteles de eodem fonte: Ἐν δὲ Σκοτούσαις τῆς Θετταλίας φασὶν εἶναι κρηνίδιόν τι μικρὸν, &c. & Sotion: Περὶ Σκότουσαν τῆς Θετταλίας κρηνίδιόν ἐστι μικρὸν &c.

17. Ἐκ δὲ τῆς περὶ Χαονίαν, ὅτ' ἂν ἀφεψηθῇ τὸ ὕδωρ, ἅλας γίνεσθαι. Fontem in Chaonia esse, ex cujus aqua elixata fiat sal.

18. Τῶν δ' ἐν Ἄμμωνι κρηνῶν, λέγειν Ἀριστοτέλη, τὴν μὲν Ἡλίου γε νομιζομένην μεσῶν μὲν νυκτῶν καὶ μεσημβρίας γίγνεσθαι θερμὴν, ἕωθεν δὲ καὶ δείλης καθάπερ κρύσταλλον. ἡ δ' ἄλλη διότι, καταβαίνοντος μὲν ἡλίου, πηγνύει, ἐπὶ δυσμαῖς δ' ἰόντος, ἵσταται. De fontibus apud Ammonem, Aristotelem narrare, eum qui Solis esse perhibetur, media nocte & media die calescere: mane & vesperi instar esse glaciei, alterum autem, ascendente sole, scaturire; vergente vero ad occasum, stare.

Vulgata lectio, καταβαίνοντος μὲν ἡλίου, πηγνύει, nullo modo ferri potest: idem enim est καταβαίνοντος, ac ἐπὶ δυσμαῖς ἰόντος; neque πηγνύει est concrescere, congelari; sed πήγνυται. Lege ἀναβαίνοντος μὲν ἡλίου, πηδύει. [Propius accedit καταφαίνοντος. Hemsterii.]

19. Κτησίαν δὲ, τὴν ἐν Αἰθιοπίᾳ τὸ μὲν ὕδωρ ἔχειν ἐρυθρὸν, ὡσανεὶ κιννάβαρι. τοὺς δ' ἀπ' αὐτῆς πιόντας, παράφρονας γίνεσθαι. Ctesiam scribere, in Aethiopia fontem aquam habere instar cinnabaris rubentem, quae pota vecordes reddat.

Addit Antigonus de suo: Τοῦτο δ' ἱστορεῖ καὶ Φίλων, ὁ τὰ Αἰθιοπικὰ συγγραψάμενος.

20. Τὴν δὲ ἐν τοῖς Ἰνδικοῖς κρήνην Σίλαν οὐδὲ γε κουφότατα τούτων βληθέντων αιαν ἐπιμένειν, ἀλλὰ πάντα καθέλκειν. Fontem autem in India Sidam neque levissima quaeque injecta sinere innatare; sed absorbere omnia.

Meursius rescribit, κρήνην Σίδαν οὐδὲ γε κουφότατα τῶν βληθέντων ἂν ἐπιμένειν, auctore Plinio lib. 31. c. 2. *Ctesias tradit, Sidan vocari stagnum in Indis, in quo nihil innatet, omnia mergantur.* Recte; nisi quod pro ἂν ἐπιμένειν, quod ne Graecum quidem est, legendum ἐᾶν ἐπινεῖν. Ex αιαν, ἐᾶν. nam αι & ε eodem sono efferebantur. Subjungit Antigonus: Καὶ ταῦτα δὲ πλείους εἰρήκασι, καὶ ἐπὶ πλειόνων ὑδάτων. [Possis etiam legere ἐπιπλεῖν. Excerpta Varia in Cod. MS. Regio: Ὅτι ποταμός ἐστι ἐν τῇ Ἰνδικῇ ὁ καλούμενος Σίλα (sic) διὰ τὸ ἀπὸ κρήνης ὁμωνύμου ῥεῖν, ἐν ᾧ οὐδὲν τῶν ἐμβαλλομένων ἐπιπλεῖ, πάντα δὲ εἰς τὸν βυθὸν καταδύεται παραδόξως. Ruhnken.]

21. Εὔδοξον δὲ ἱστορεῖν, τὴν μὲν ἐν Καρχηδόνι Κροκοδείλους ἐν αὐτῇ μικροὺς, ὁμοίους τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ. Eudoxum narrare, Carthagine fontem parvos in se habere Crocodilos Aegyptiorum similes.

Pro ἐν αὐτῇ μικροὺς, lege ἐν αὐτῇ ἔχειν μικρούς. Sic supra, 11. ἔχειν ἐν ἑαυτῇ μῦς.

22. Περὶ δὲ τὴν Ἀθαμανίαν ἱερὸν εἶναι Νυμφῶν, ἐν ᾧ τὴν κρήνην τὸ

μὲν

τὸ ὕδωρ ἔχειν ἄφατον ὡς ψυχρόν· ὃ δ' ἂν ὑπερθῇς αὐτοῦ θερμαίνειν· ἐὰν δέ τις φρύγανον ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων προσενέγκῃ, μετὰ φλογὸς καίεσθαι. In Athamania fanum esse Nympharum, in quo fons sit, cujus aquae frigus sit ineffabile: quicquid autem superponatur, id calescere: & si quis sarmenta aut aliquid tale admoveat, id inflammari.

23. Κατὰ δὲ τὴν Ἀραβίαν ἐν πόλει Λευκοθέᾳ, Ἀμώμητόν φησι γράφειν τὸν πραγματευθέντα τὸν ἐκ Μέμφεως ἀνάπλουν, εἰς τὴν καλουμένην Ἴσιδος κρήνην ἄν τις οἴνου ἐπιχέῃ κοτύλην, διότι γίνεται τὸ ποτὸν εὔκρατον. In urbe Arabiae Leucothea, Amometum, qui Navigationem ex Memphi descripsit, narrare ait; si quis in fontem Isidis vini cotylam infundat, potum fieri probe temperatum.

24. Περὶ δὲ λιμνῶν. Κτησίαν μὲν ἱστορεῖν λέγεται, τῶν ἐν Ἰνδοῖς λιμνῶν τὴν μὲν τὰ εἰς αὐτὴν ἀφιέμενα καταδέχεσθαι, καθάπερ τὴν ἐν Σικελίᾳ, καὶ Μήδοις, πλὴν χρυσὸν καὶ σίδηρον καὶ χαλκόν. καὶ ἄν τι ἐμπέσῃ πλάγιον, ὀρθὸν ἐκβάλλειν. ἰᾶσθαι δὲ τὴν καλουμένην λεύκην. τὴν ἑτέραν κατὰ τὰς ἰδιαζούσας ἡμέρας ἐπιπολάζειν ἔλαιον. De Lacubus; Ctesiam ait narrare, esse in India lacus; unum, qui injecta omnia sustineat (sicut & qui in Sicilia, & Media est) dempto auro, aere, & ferro; & si quid obliquum incidat, rectum ejicere: mederi autem vitiligini albae: alium autem, in quo statis diebus oleum supernatet.

Pro λέγεται scribe λέγει; nempe *Callimachus*. Sic infra, 28. Φησὶν Εὔδοξον ἱστορεῖν: ubi τῷ φησὶν deerit casus nominativus, nisi hic emendes, λέγει pro λέγεται.

25. Ζηνόφιλον δὲ, ἐν μὲν τῇ πλησίον Ἰόππης οὐ μόνον ἐπιδέχεσθαι πᾶν βάρος· ἀλλὰ καὶ περὶ τὸ τρίτον ἔτος φέρειν ὑγρὰν ἄσφαλτον. ὅταν δὲ γίγνηται τοῦτο, περὶ τοῖς ἐντὸς τριάκοντα σταδίων οἰκοῦσιν μειοῦσθαι χαλκώματα. Zenophilum autem, in regione prope Joppam *lacum* non modo quodvis pondus sustinere; sed etiam tertio quoque anno ferre liquidum bitumen. quod cum fit, apud eos, qui intra xxx. stadium habitant, aeramenta rubigine infici.

Meursius, qui ἐπιδέχεσθαι interpretatur, *recipere*, *demittere*, corrigit ἐπινήχεσθαι. Sed ἐπιδέχεσθαι, vertendum est, *sustinere*: ut commate superiore τὰ εἰς αὐτὴν ἀφιέμενα καταδέχεσθαι, *sustinere quae in eum injiciuntur.* Quanquam eo in loco Xylander & Meursius καταδέχεσθαι vertant *demittere*. Id vero unum esset maxime, non ἐκ τῶν θαυμασίων modo, sed etiam ἐκ τῶν ἀπίστων, si leviora quaeque lacus absorberet; aurum vero & argentum & ferrum sustineret, sed, ut dixi, καταδέχεσθαι, est *sustinere.* Quod constabit ex his Plinii lib. XXXI. c. 2. *In Aphricae lacu Apuscidamo omnia fluitant, nihil immergitur: item in Siciliae fonte Phintia, & in Medorum lacu, puteoque Saturni.* Ubi vides quos Callimachus intelligit lacus ἐν Σικελίᾳ καὶ Μήδοις. Porro pro μειοῦσθαι, bene Meursius, ἰοῦσθαι.

26. Τὴν δὲ ἐν τοῖς Σαρμάταις λίμνην Ἡρακλείδην γράφειν, ὅτι οὐδὲν τῶν ὀρνίθων ὑπεραίρει. τὸ δὲ προσελθὸν, ὑπὸ τῆς ὀσμῆς τελευτᾷ. ὃ δὴ καὶ περὶ τὴν Ἀορνεῖτιν δοκεῖ γίγνεσθαι, καὶ κατίσχυκεν ἡ φήμη παρὰ τοῖς πλείστοις. Heraclidem scribere, lacum esse Sarmatiae, quem nulla supervolet

volet avis; & quae accedat, eam faetore necari. Quod & apud Aorni lacum contingere creditur, famaque apud plurimos obtinuit.

Quae proxime ſequuntur apud Antigonum, ipſius ſunt, non Callimachi. Sunt autem haec: Ὁ δὲ Τίμαιος τοῦτο μὲν ψεῦδος ἡγεῖται εἶναι. τὰ πλεῖστα γὰρ κατὰ τύχην τῶν εἰθισμένων παρ' αὐτῇ διαιτᾶσθαι. ἐκεῖνο μέντοι λέγειν, διότι συνδένδρων τόπων ἐπικειμένων αὐτῇ καὶ πολλῶν κλάδων καὶ φύλλων διὰ τὰ πνεύματα τῶν μὲν κατακλωμένων, τῶν δὲ ἀποσειομένων, οὐθέν ἐστιν ἰδεῖν ἐπ' αὐτῇ ἐφεστηκὸς, ἀλλὰ διαμένειν καθαράν. Ubi corrigendum, ἐκεῖνο μέντοι λέγει. & pro τὰ πλεῖστα γὰρ κατὰ τύχην τῶν εἰθισμένων παρ' αὐτῇ διαιτᾶσθαι; quae ita vertit Xylander, *pleraque enim fortuito fieri, quae ibi evenire aſſolent*: neque quidquam mutat Meurſius; legendum eſt, τὰ πλεῖστα γὰρ κατατυχεῖν τῶν εἰθισμένων παρ' αὐτῇ διαιτᾶσθαι; *pleraque enim animantium, quae prope eum victum quaeritant, bene ſe habere.* Hoc enim eſt τὸ κατατυχεῖν.

27. Ἐκ δὲ τῆς ἐν Ζακύνθῳ λίμνης φησὶν Εὔδοξον ἱστορεῖν, ὅτι ἀναφέρεται πίσσα, καί τοι παρεχούσης αὐτῆς ἰχθῦς. ὅ, τι δ' ἂν ἐμβάλῃς εἰς ταύτην, ἐπὶ θαλάττης φαίνεσθαι τεττάρων ὄντων ἀνὰ μέσον σταδίων. Eudoxum ait narrare, e lacu Zacynthio picem efferri, quamvis piſces praebeat: Quicquid etiam in eum injiciatur, id in mari apparere; cum in medio ſit IV. ſtadiorum intercapedo.

28. Λύκον δὲ, περὶ τὴν ἐν Μυλαῖς τῆς Σικελίας δένδρα φύεσθαι. διὰ μέσης δ' αὐτῆς ἀναθεῖν ὕδωρ, τὸ μὲν ψυχρὸν, τὸ δὲ τοὐναντίον. Lycum perhibere, circa lacum, qui eſt Mylis Siciliae, arbores naſci: in medio autem aquam ſcaturire, aliam frigidam, aliam calidam.

Ἀναζεῖν ὕδωρ uſitatius eſt quam ἀναθεῖν, & ita corrigendum.

29. Φανίαν δὲ, τὴν τῶν Πυράκων λίμνην, ὅταν ἀναξηρανθῇ, καίεσθαι. Phaniam narrare, paludem Syraco ſiccatam ardere.

Pro τῶν Πυράκων λίμνην, ſine dubio legendum τὴν τῶν Συράκων λίμνην; vel τὴν Συρακὼ λίμνην. Syraca vel Syraco palus eſt prope Syracuſas; unde & urbi nomen inditum. Stephanus Byzantius, v. Συρακοῦσαι. Καὶ λίμνη, ἥτις καλεῖται Συρακώ. Vibius Sequeſter de Paludibus p. 118. Tyraca (*palus*) Syracuſis. In hoc loco emendando non adeo feliciter ſe expedivit accuratiſſima Meurſii diligentia.

30. Καὶ τὴν Ἀσκανίαν πότιμον οὖσαν, τὸ προσενεχθὲν αὐτῇ πλύνειν ἄνευ ῥύμματος. ἐὰν ἐαθῇ δὲ ἐν αὐτῇ πλείω χρόνον, διαπίπτειν αὐτόματον. Aſcanii lacus aquam potui aptam, quicquid ſibi applicetur, absque ſapone eluere. Quod ſi quid in ea diutius relinquatur, ſponte ſua diſſipari.

31. Περὶ δὲ τῆς ἐν Κίττῳ φασὶν Νικαγόραν, ὅτι ἀνιμηθείσης ἐπ' ὀλίγον τῆς γῆς, ἅλες εὑρίσκονται. Nicageram autorem eſſe, in lacu qui in Citto eſt, paululum exhauſta terra, ſales inveniri.

Legendum φάσκειν Νικαγόραν. Sic infra 38. Θεόπομπον φάσκειν. [Pro ἀνιμηθείσης res ipſa reponi poſtulat ἀναμηθείσης, ut ἀνασκαλεύειν,

λεύειν, ἀνορύττειν usurpantur; vel certe, quod magis probo, ἀπαμυηθείσης, cui contrarium est ἐπαμᾶσθαι γῆν. HEMSTERH. ad Hesych. T. I. p. 955. Porro lege, Περὶ δὲ τὴν ἐν Κιτίῳ, ut cap. 170. Περὶ τὴν ἐν Μύλαις. IDEM.]

32. Περὶ τῶν αὐτῶν ὑδάτων, Θεόφραστον φασὶ τὸ καλούμενον Στυγὸς ὕδωρ λέγειν, ὅτι ἐστὶν ἐν Φεινίῳ, στάζει δ' ἔκ τινος πετριδίου. τοὺς δὲ βουλομένους αὐτοῦ ὑδρεύεσθαι, σπόγγοις πρὸς ξύλοις δεδεμένοις λαμβάνειν. Διακόπτειν δὲ πάντα τὰ ἀγγεῖα, πλὴν τῶν κεραΐνων. τὸν δὲ ἀπογευσάμενον τελευτᾶν. De aquis vero, Theophrastum ait narrare, aquam Stygis esse in Pheneo, & destillare ex parvulo quodam saxo: eam qui petant, spongiis ligno praefixis accipere: ea perrumpi omnia vasa, praeterquam cornea: qui autem gustavit, mori.

Pro περὶ τῶν αὐτῶν ὑδάτων, quod interpretantur *de iisdem aquis*, scribe, περὶ δ' αὖ τῶν ὑδάτων: *quod ad aquas attinet.* Ita supra; Περὶ δὲ τῶν ποταμῶν καὶ κρηνῶν. Περὶ δὲ λιμνῶν &c. Lege etiam Θεόφραστόν φησι: scil. *Callimachus*: & στάζειν. Recte autem Meursius pro Φεινίῳ reponit Φενεῷ, ex Plinio & aliis. [Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ Νυμφῶν συγγράμματι· Apollodor. a Porphyrio prolatus apud Stob. p. 130. vs. 11. Ecl. Phys. Pars istius loci reperitur in Antigoni Παραδ. c. 174. unde liquet jure R. Bentlejum Callimacho vindicasse quicquid Antigonus habet a capite 144. ad finem usque libri. Ceterum stare non potest περὶ Νυμφῶν, quale Callimachi scriptum nusquam commemoratur: ostendit Antigonus esse decerpta ex illa, quam vocat, ἐκλογῇ τῶν παραδόξων c. 144. cui titulum fuisse Θαύματα vel Θαυμάσια e Suida constat: idcirco refingendum existimo περὶ Θαυμάτων, vel, Θαυμασίων. Venerat etiam in mentem posse legi, περὶ Λιμνῶν, vel, περὶ Ὑδάτων· videtur enim Antigoni indicio opus hoc in partes distribuisse Callimachus, quarum sua singulis inscriptio fuerit adjecta: περὶ ποταμῶν, περὶ κρηνῶν, περὶ λιμνῶν, περὶ ὑδάτων, &c. sed prius placet. HEMSTERH.]

33. Ἐν δὲ τῇ Λεοντίνων, ἱστορεῖν Λύκον τοὺς ὀνομαζομένους * * ἀναζεῖν μὲν, ὡς θερμότατον τῶν ἑψομένων: τὰς δὲ πηγὰς ἔχειν ψυχράς. τῶν δὲ πλησιαζόντων αὐτοῖς, τὸ μὲν τῶν ὀρνίθων γένος ἀποθνήσκειν εὐθύς· τοὺς δὲ ἀνθρώπους μετὰ τρίτην ἡμέραν. Apud Leontinos, Lycum referre; qui Crateres nominantur, ebullire quidem, tanquam quod fervidissime coquitur; fontes autem habere frigidos. Quod si qua avis appropinquet, statim; sin homo, tertio post die mori.

Locum mutilum ita supplet Cluverius in Sicil. Antiq. τοὺς ὀνομαζομένους Κρατῆρας: Meursius, τοὺς ὀν. Δέλλους. Macrobius lib. v. c. 19. de his puteis: *aquarum scaturigine semper ebullientes, quos incolae Crateras vocant, & nomine Dellos appellant.*

34. Ὅμοιον δὲ τούτῳ καὶ τὸ περὶ τὸ Κῴων χύτρινον γίνεσθαι. καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἀτμὸν μὲν ἐκβάλλειν, καὶ ποιεῖν ἔμφασιν τόξιον· τὰ δὲ καθιέμενα καθ' ὑπερβολὴν ψύχειν. Simile huic accidere apud Coorum puteum: nam & hunc vaporem exhalare; & speciem ebullientis praebere; quae vero immittantur, supra modum frigefacere.

Interpres & recentiores Geographi Χύτρινον Coorum quandam regionem commenti sunt ex hoc loco Antigoni. Sed legendum χύτρινον, quod idem est ac χύτρα *olla*, exponente Galeno in Lexico; ac saepe occurrit apud Hippocratem. Praeterea ratione figurae, qua ollas referunt, χύτρινα dicuntur *cava terrae, e quibus fontes scaturiunt*: Hesychius: Χυτρῖνοι, τὰ κοῖλα τῆς γῆς, δι' ὧν αἱ πηγαὶ ἀνίενται. Peculiariter vero hic Coorum fons χύτρινος appellatus, quia speciem ferventis & fumantis ollae exhibebat.

Καὶ ποιεῖν ἔμφασιν τόξιον: Haec ita vertit Xylander, silente Meursio; *vaporem exhalare venenatum*: quasi legendum esse vellet τοξικὸν, quod *venenum est, quo sagittas illinebant*. Quam interpretationem neque dictio neque sententia ferre potest. Lege sine dubio: καὶ ποιεῖν ἔμφασιν τοῦ ζεῖν: *praebere speciem ferventis*. Similiter fere Sotion in Paradoxis de alio fonte: Κρήνη ἐν Παλικεῦς, ἥτις εἰς ὕψος ἀναῤῥιπτεῖ τὸ ὕδωρ πηχεων ἕξ, ἔμφασιν ποιοῦσα μέλλειν κατακλύζειν τοὺς ὑποκειμένους τόπους· καθόλου δὲ οὐχ ὑπερεκχεῖται οὐδέν.

35. Εἶναι δὲ παρὰ τοῖς Κώοις καὶ ἄλλο τι ῥευμάτιον, ὃ πάντας τοὺς ὀχετοὺς, ὅθεν διαῤῥεῖ, λίθους πεποίηκεν. Esse apud Coos alium quoque rivulum, qui omnes aquaeductus, per quos defluxit, in lapides mutarit.

Quibus haec addit Antigonus de suo: Τοῦτο δὲ καὶ Εὔδοξος καὶ Καλλίμαχος παραλείπουσιν, ὅτι ἐκ τούτου τοῦ ὕδατος οἱ Κῶοι λίθους λατομήσαντες ᾠκοδόμησαν τὸ θέατρον. οὕτως ἰσχυρῶς ἀπολιθοῦται πᾶν γένος. Unde luce meridiana clarius apparet, omnia superiora, quae ex Antigono descripsimus, esse Callimachi. Nimirum hanc historiam de rivulo apud Coos ex Eudoxo sumpserat Callimachus: uti constat ex iis, quae proxime sequuntur: Λέγειν δὲ τὸν Εὔδοξον, ΚΑΙ περὶ τῶν φρεάτων &c.

36. Λέγειν δὲ τὸν Εὔδοξον, καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ Μυθοπόλει φρεάτων, ὅτι παραπλήσιόν τι τῷ Νείλῳ πάσχουσι. τοῦ μὲν γὰρ θέρους ὑπὲρ τὰ χείλη πληροῦσθαι. τοῦ δὲ χειμῶνος οὕτως ἐκλείπειν, ὥστε μηδὲ βάψαι ῥᾴδιον εἶναι. Eudoxum porro de puteis, qui sunt Mythopoli, scribere; simile eos cum Nilo aliquid habere. aestate enim ultra labra impleri; hyeme ita deficere, ut tingere quoque non sit facile.

37. Καὶ περὶ τοῦ κατὰ τὴν Κρήτην ὑδατίου, οὗ οἱ ὑπερκαθίζοντες, ὅταν ὑετὸς ᾖ, διατελοῦσιν ἄβροχοι. παραδεδόσθαι δὲ τοῖς Κρησὶν, ἀπ' ἐκείνου λούσασθαι τὴν Εὐρώπην, ἀπὸ τῆς τοῦ Διὸς μίξεως. Item de aquula in Creta; super qua sedentes dum pluit, sicci permanent: Traditumque esse Cretensibus, ea aqua lotam fuisse Europam, postquam cum Jove concubuit.

38. Ἐν δὲ Λυκήταις Θεόπομπον φάσκειν τε εἶναι ὕδωρ ὀξύ. τοὺς δὲ ἐκ τούτου πίνοντας, ὥσπερ ἐπὶ τῶν οἴνων ἀλλοιοῦσθαι. Apud Lyncestas, Theopompo autore, aquam esse quandam acidam: quam qui biberint, non secus quam poto vino alterari.

Pro Λυκήταις recte Meursius Λυγκησταῖς. Addit Antigonus de suo: καὶ τοῦθ' ὑπὸ πλειόνων μαρτυρεῖται.

39. Τὸ δ' ἐκ τῆς πέτρας Ἀρκαδίων ἐκπίπτον, Κλησιαν ἱστορεῖν, ὅτι συμβάλλει

βάλλει ἰχθῦς μέλανας, ὥστε τὸν ἀπογευσάμενον τελευτᾶν. Ctesiam tradere, aquam ex Armeniorum petra excidentem pisces nigros efferre; quos qui gustent, moriantur.

Bene Meursius, ὧν τὸν ἀπογ. Ex Plinio. *Ctesias in Armenia scribit esse fontem, ex quo nigros pisces illico mortem inferre.*

40. Περὶ δὲ πυρὸς, Κτησίαν φησὶν ἱστορεῖν, ὅτι περὶ τὴν τῶν Φασηλιτῶν χώραν, ἐπὶ τοῦ τῆς Χιμαίρας ὄρους ἐστὶ τὸ καλούμενον ἀθάνατον πῦρ. τοῦτο δὲ, ἐὰν μὲν εἰς ὕδωρ ἐμβάλλῃς, καίεται βέλτιον. ἐὰν δὲ φορτίον ἐπιβαλὼν πήξῃ τις, σβέννυται. De igne; Ctesiam ait narrare, apud Phaselitas in Chimaera monte ignem esse, qui immortalis nominetur: qui ignis, in aquam conjectus melius ardeat, sed si onus aliquis injiciens strangulet, extinguatur.

Nota ἀθάνατον πῦρ. Diogenes Laërtius in Epigrammate, quod extat in Empedoclis vita, & in Anthologia:

Καί σύ ποτ', Ἐμπεδόκλεις, διερῇ φλογὶ σῶμα καθήρας,
Πῦρ ἀπὸ κρητήρων ἔκπιες ἀθανάτων.

lege ἀθάνατον. Porro pro πήξῃ; quod Xylander praeteriit, dissimulante etiam Meursio, legendum πνίξῃ, *strangulet*, *suffocet.* De suo autem subjungit Antigonus: Παραπλήσιον δὲ τούτῳ ὁρᾶται γινόμενον ἐπὶ ἁλός· ἐδωρήσατο γὰρ ἡμῖν Σικελὸς ξένος τοιοῦτον, ὃ (lege ὃς) ἐν μὲν τῷ πυρὶ ἐτήκετο· ἐν δὲ τῷ ὕδατι ἥλλετο.

41. Περὶ δὲ λίθων, τὸν αὐτὸν τοῦτον λέγειν, τὸν παρὰ Βοττιαίοις ἐν Θρᾴκῃ γινόμενον, ὅταν ὁ ἥλιος προσβάλλῃ, πῦρ ἐξ αὐτοῦ ἐκθυμιᾶσθαι. ἐκεῖνος δ' ἵνα παρέχῃ, γνοὺς μὲν τὴν τῶν ἀνθράκων χροιὰν * * διαμένειν ἀφθάρτους. κἂν σβέσαι τις, πάλιν ἐπικεχειρήκασι τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν συντελεῖν. De lapidibus: eundem tradere apud Bottiaeos in Thracia lapidem nasci, qui solis appulsu ignem exhalet. Is autem ut praebeat, cognoscens carbonum colorem * * permanentes absque interitu. Et si quis extinguat, rursus conati sunt eandem efficacitatem praestare.

Locus plane conclamatus; cuique nihil opis afferre possumus. Alii periculum faciant, quibus major eruditionis, ingenii, & otii copia: nos enim haec commentamur, in aliis rebus agendis occupati.

42. Περὶ δὲ τούτων τῆς ἀκανθείσης, Ἀριστοτέλην φάσκειν περὶ τὴν Ἐρύθειαν εὑρίσκεσθαι, διαποίκιλον τὴν χρόαν, ἐξ οὗ πλῆκτρα γίνεσθαι. Τίμων δὲ ὁ κιθαρῳδὸς εἶχε, καὶ ἐπεδείκνυε πολλοῖς, φάσκων αὐτῷ τὸν διδάσκαλον Ἀρτοκλῆν δεδωρῆσθαι. εἶναι δ' αὐτῶν τὴν ἁφὴν ἐν τῇ χρείᾳ σκληράν. De plantis autem; Aristotelem narrare, spinae genus inveniri apud Erythenam, ex quo plectra fiant. Ac Timon citharoedus unam habuit, multisque ostendit, dicens se eo a magistro suo Artocle donatum. Esse autem durum earum in usu contactum.

Et hic quoque locus a Meursio praetermissus, tanquam insanabilis. Nos aliqua, si non omnia, emendata dabimus. Pro τούτων, lege Περὶ δὲ φυτῶν. Sic alibi, περὶ ποταμῶν, περὶ λιμνῶν, περὶ πυρὸς, περὶ ζώων. Unde jam facile restitues pro τῆς ἀκανθείσης, τῆς ἀκάνθης εἶδος.

43. Περὶ δὲ Θεσπρωτοὺς ἐκ τῆς γῆς ἄνθρακας ὀρύττεσθαι, δυναμένους καίεσθαι, Θεόπομπόν φησι καταγράφειν. Theopompum ait scribere; in Thesprotia carbones e terra effodi, qui possint cremari.

44. Φανίαν δὲ κατά τινας τόπους τῆς Λέσβου καὶ περὶ τὴν Νεανδριέων τὰς βώλους πρὸς τὰς τῶν ὄψεων καθηγήσεις γίνεσθαι καὶ χρησίμους· καὶ εἰς ὕδωρ ἐμβληθείσας οὔτε καταδύνειν οὔτε κατατήκεσθαι· ὑπὸ τοῦτο τὸ γένος πίπτοι ἂν καὶ ἐπὶ Τάνῃ πλίνθος, ἡ λεγομένη ἐπιπλεῖν. Phaniam perhibere in quibúsdam Lesbi locis & apud Neandriam glebas ad oculorum exulcerationes conducere; inque aquam conjectas neque subsidere neque dissolvi. Sub hoc genus referri possint etiam lateres apud Pitanam, qui dicuntur aquae innatare.

Pro καθηγήσεις, repone, si ita videtur, καθελκώσεις: & lege γίνεσθαι χρησίμας, sublato καί. Recte autem Meursius, ἐν Πιτάνῃ, pro ἐπὶ Τάνῃ.

45. Περὶ δὲ τῶν Κώων, Λύκον μὲν ἐν τῇ Διομηδείᾳ τῇ νήσῳ φησὶν ἱστορεῖν, τοὺς ἐρωδιοὺς ὑπὸ μὲν τῶν Μήδων, ὅταν παραβάλῃ τις εἰς τοὺς τόπους οὐ μόνον ψαυομένους ὑπομένειν, ἀλλὰ καὶ προσπετομένους εἰς τοὺς κόλπους ἐνδύνειν, καὶ σαίνειν φιλοφρόνως. Λέγεσθαι δέ τι τοιοῦτον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, ὡς τῶν τοῦ Διομήδους ἑταίρων εἰς τὴν τῶν ὀρνέων τούτων φύσιν μετασχηματισθέντων. De animalibus autem; Lycum narrare in Diomedea insula erodios a Graecis (si quis ad ea loca perveniat) non modo tangi se pati, sed & in gremium devolare, & blande adulari. Perhibere autem indigenas, socios Diomedis in eam avem fuisse transformatos.

Pro περὶ τῶν Κώων, recte Meursius, ζώων. & pro Μήδων, idem bene Ἑλλήνων, ex Aristotele, Plinio & aliis.

46. Τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἀδρίαν ἐνοικοῦντας Ἐνετοὺς, Θεόπομπον φάσκειν, κατὰ τὸν σπόρου καιρὸν τοῖς κολοιοῖς ἀποστέλλειν δῶρα. ταῦτα δ᾽ εἶναι ψαιστὰ καὶ μάζας· προσθέντας δὲ τοὺς ταῦτα κομίζοντας ἀποχωρεῖν. τῶν δὲ ὀρνέων τὸ μὲν πλῆθος ἐπὶ τοῖς ὁρίοις μένειν τῆς χώρας συνηθροισμένον· δύο δ᾽ ἢ τρεῖς πρὸς πάντας καὶ καταμαθόντας ἀφίπτασθαι πάλιν, καθάπερ τινὰς πρέσβεις ἢ κατασκόπους. ἐὰν μὲν οὖν τὸ πλῆ * * * Theopompum memoriae prodidisse, Venetos qui ad Adriam incolunt, circa tempus sationis dona graculis mittere, nimirum liba & pastam; ea qui ferant, ubi proposuerunt graculis discedere; avium autem multitudinem manere in finibus regionis collectam: duas autem vel tres advolare, ac explorata re rursus avolare, veluti legatos quosdam aut exploratores. Si igitur mul * * *

Recte legit Xylander; προσθέντας δὲ τοὺς. & δύο ἢ τρεῖς προσπτάντας; ut constat ex ejus versione. Porro sic suppleri potest hic locus ex Aristotele de Admirandis; ἐὰν μὲν οὖν τὸ πλῆθος τῶν κολοιῶν γεύσωνται τῶν δώρων, οὐχ ὑπερβαίνουσιν ἐπὶ τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ οἴδασιν οἱ Ἐνετοὶ, ὅτι ἔσονται ἐν εἰρήνῃ· ἐὰν δὲ μὴ γεύσωνται, ὥσαι πολεμίων ἔφοδον αὐτοῖς γινομένην οὕτω προσδοκῶσι.

47. Plinius Histor. Nat. xxxi. c. v. *Idem contingit in Velino lacu potantibus*, (ut a calculo liberentur) *item in Syriae fonte juxta Taurum montem: auctor est M. Varro. Et in Phrygia Gallo flumi-*

flumine Callimachus. Sed ibi in potando necessarius modus, ne lymphatos agat: quod in Aethiopia accidere his, qui e fonte rubro biberint, Ctesias scribit. Haec referenda ad librum Callimachi, Περὶ θαυμασίων.

ΙΑΜΒΟΙ. JAMBI.
&
ΧΩΛΙΑΜΒΟΙ. CHOLIAMBI.

I. JAMBI.

Clemens Alex. Strom. lib. v. p. 570. Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Κερκυραῖος τοὺς στίχους τούτους ὑπὸ Βράγχου ἀναφωνηθῆναι τοῦ μάντεως λέγει, Μιλησίους καθαίροντος ἀπὸ λοιμοῦ. Ὁ μὲν γὰρ ἐπιῤῥαίνων τὸ πλῆθος δάφνης κλάδοις, προκατήρχετο τοῦ ὕμνου ὧδέ πως· Μέλπετε, ὦ παῖδες, Ἑκάεργον καὶ Ἑκαέργαν. ἐπέψαλλεν δ', ὡς εἰπεῖν, ὁ λαός, Βέδυ ζὰψ χθὼν πλῆκτρον σφὶγξ Κναξζβὶ χθύπτης φλεγμὸς δρώψ. Μέμνηται τῆς ἱστορίας καὶ Καλλίμαχος ἐν Ἰάμβοις. De hoc loco Clementis vide, si operae pretium est, dissertationem nostram ad Johannem Malalam Antiochensem.

Strabo lib. VIII. p. 353. Μέγιστον δὲ τούτων ὑπῆρξε τὸ τοῦ Διὸς ξόανον, ὃ ἐποίησε Φειδίας Χαρμίδου Ἀθηναῖος ἐλεφάντινον – ἀνεγράψαν δέ τινες τὰ μέτρα τοῦ ξοάνου, καὶ Καλλίμαχος ἐν Ἰάμβῳ τινὶ ἐξεῖπε.

L X X V I.

Τὴν ὡ 'γαμέμνων, ὡς ὁ μῦθος, εἵσατο,
Τῇ καὶ λίπουρα καὶ μόνωπα θύεται.
Quam Agamemnon, ut fertur, dedicavit;
Cui cauda destituta & unocula immolantur.

Schol. Aristoph. ad Aves. Εὐφρόνιος δέ φησιν, ὅτι ἐν Ἀμαρύνθῳ ἡ Κολαινὶς (Ἄρτεμις) διὰ τὸ τὸν Ἀγαμέμνονα θῦσαι αὐτῇ ἐκ τοῦ κριοῦ κόλον. ἐπὶ ταύτης δὲ Καλλίμαχος λέγει, τήνω Ἀγαμέμνων, ὡς ὁ μῦθος εἵσατο, τῇ καὶ λείπουρα καὶ μόνωπα θύεται. Corrige, ut hic editum vides. Agamemnon Dianae Colaenidi statuam consecravit; cui in more erat animalia mutila sacrificare; quae aliis diis offerre nefas. Theognis, prope ab initio:

Ἄρτεμι θηροφόνη, θύγατερ Διός, ἣν Ἀγαμέμνων
Εἵσαθ', ὅτ' ἐς Τροίην ἔπλεε νηυσὶ θοαῖς. BENTL.

Correctionem Bentleji probat Kuster. ad Aves 873. ERNEST.

LXXVII.

—— οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω
Τὴν μοῦσαν, ὡς ὁ Κεῖος Ὑλλίχου νέπους.
—— non enim mercenariam alo
Musam, ut Ceus ille Hyllichi nepos.

Pindari Scholiastes, ad II. Isth. Ἔνθεν καὶ Καλλίμαχός φησιν· Οὐ γὰρ ἐργάτιν τρεφω την μοῦσαν, ὡς ὁ Χῖος Ὑλλιχου ἔπους. λέγει δὲ ταῦτα πρὸς Σιμωνίδην, ὡς φιλάργυρον διασύρων τὸν ἄνδρα. Locus hic jam pridem a viris doctis emendatus est. Huc referendus Jo. Tzetzes Chil. VIII. num. 228. de Simonide loquens:

Οὕτω λέγων ὑπάργυρα πᾶσαν γραφὴν ἐποίει,
Ὡς Ἀνακρέων τε αὐτὸς Καλλίμαχός τε γράφει. BENTL.

Sic emendavit primus Jos. Scaliger Conject. in Varron. p. 40. cf. ad Euseb. Chron. p. 65. ubi ex memoria, ut opinor, exhibet νέμω pro τρέφω. Ad hunc locum Callimachi respicere Festum in *Nepos*, idem Scaliger conjicit. ERNEST.

LXXVIII.

Καὶ τῶν νήκων εὐθὺς οἱ τομώτατοι.
Et adolescentium statim fervidissimi.

Etymolog. Mag. Κόχλος κόχλαξ, μύρμος μύρμαξ, νέος νέαξ, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ, καὶ τῶν νεήκων εὐθὺς οἱ τομώτατοι. Nisi Grammatici hujus autoritas me moveret, potius verterim:

Et nuper acutorum gladiorum statim acutissimi.

ut νεήκων sit a recto νεήκης. Hesych. Νεήκης, νεωστὶ ἠκονημένος. sic εὐήκης, τανυήκης. BENTL. Add. Cl. Ruhnken. Ep. Crit. II. p. 29. 30. Sed scribendum erit νεηκῶν. ERNEST.

LXXIX.

—— Ἀρπαγὴ τὰ Κιννάρου.
—— Rapina bona Cinnari.

Zenobius περὶ Παροιμιῶν. Ἀρπαγὴ τὰ Κιννάρου· ταύτης μέμνηται Καλλίμαχος ἐν Ἰάμβοις. Vide ipsum Zenobium & Hesychium.

LXXX.

Ἀμφοείτης. Ludus Amphorites.

Scholiastes Pind. VII. Olymp. Ἔστι δὲ ἀμφορίτης ἀγὼν, οὗ μέμνηται Καλλίμαχος ἐν Ἰάμβοις.

L X X X I.

Κέπφος. Cepphus.

Schol. Ariftoph. ad Pacem. Εὐήθεις ζῷον ὁ κέπφος. οὗ μέμνηται καὶ Νίκανδρος καὶ Ἄρατος, περὶ τῶν Διοσημείων διαλεγόμενοι, καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ἰάμβοις.

L X X X I I.

Κοὐχ ὧδ᾽ Ἀρίων τὠπέσαντι πὰρ Διῒ
Ἔθυσεν Ἀρκὰς ἵππος.
Neque tali impetu ferebatur apud Jovem Apefantium
Arion equus Arcadicus.

Stephanus: Ἀπέσας, ὄρος τῆς Νεμέας, ἀφ᾽ οὗ Ζεὺς Ἀπεσάντιος· Καλλίμαχος δὲ ἐν τοῖς Ἰάμβοις τὸ ἐθνικὸν Ἀπέσας φησί· Κοὐχ ὡδαρείων τῷ Ἀπέσαντι πὰρ Διῒ ἔθυσεν Ἀρκάδας ἵππους. Ita editiones vulgatae hunc locum exhibent: fed Codices MSti, ἀρκὰς ἵππος; teftantibus qui noviffime eum fcriptorem interpretati funt. Quae lectio, quanquam ab iis repudiata, quia minime intellecta, fane certiffima eft. Pro κοὐχ ὡδαρείων, lege κοὐχ ὧδ᾽ Ἀρίων. De quo equo, vide praeter alios Paufaniam in Arcadicis. Velocem aliquem equum Callimachus Arioni comparat. Παρ Διῒ Ἀπεσάντι: ut alibi, παρ᾽ Αἰγείωνι θεῷ τελέοντες ἀγῶνα.

2. CHOLIAMBI.

Diog. Laërtius vita Thaletis. Οὗτος (ὁ Θαλῆς) προήγαγεν ἐπὶ πλεῖστον, ἅ φησι Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ἰάμβοις Εὔφορβον εὑρεῖν τὸν Φρύγα, οἷον σκαληνὰ τρίγωνα, καὶ ὅσα γραμμικῆς ἔχεται θεωρίας.

Suidas v. Διθύραμβος. Καὶ Καλλίμαχος ἐν Χωλιάμβοις μέμνηται αὐτοῦ (τοῦ Ἴωνος τοῦ Χίου) ὅτι πολλὰ ἔγραψε.

L X X X I I I.

Μοῦσαι καλαὶ κἄπολλον, οἷς ἐγὼ σπένδω.
O pulchrae Mufae & Apollo, quibus ego facrifico.

Euftath. Λ Iliad. p. 693. Οὐ γὰρ ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν τῷ Μοῦσαι καλαὶ καὶ Ἄπολλον οἷς ἐγὼ σπένδω, οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ ἀρσενικὸν γένος ἐπεκράτησεν, ἀλλὰ τὸ θηλυκόν. Recte emendavimus. Eft Choliambus. Idem Odyff. O. p. 570. Τὸ ἰύζοντες ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες οὐκ ἀπέοικε τοῦ Μοῦσαι καλαὶ καὶ Ἄπολλον, οἷς ἐγὼ σπένδω.

LXXXIV.

Οὐ πρῶν μὲν ἡμῖν ὁ τραγῳδὸς ἤγειρεν.
Non mane quidem nobis tragoedus excitavit.

Suidas : Πρὼν ὀξύνεται, τὸ δὲ πρῶν περισπᾶται. Οὐ πρῶν μὲν ἡμῖν ὁ τραγῳδὸς ἤγειρεν. Καλλίμαχος.

LXXXV.

Ἐκ τῶν, ὅκου βοῦν κολλύβου πιπρήσκουσιν.
Ab aliis, ubi bovem collybo vendunt.

Julius Pollux lib. IX. c. 6. Εἴη δ' ἂν καὶ κόλλυβον, λεπτόν τι νομισμάτιον. Καλλίμαχος γοῦν ἔφη, περὶ τῶν ἐν ᾅδου λέγων, Ἐκ τῶν οἴκου βοῦν κολλύβου πιπράσκουσιν, ὡς ἂν εἴποι τις τοῦ προστυχόντος. Codex MStus qui fuit If. Vossii habet, τῶν ὀκόσων κολλύβου πιπρήσκουσιν. Lege, ut ante emendatum vides. ὅκου & πιπρήσκουσιν, Ionice. Festiva sane descriptio τῶν ἐν ᾅδου; qui cum umbrae & simulacra sint, non amplius carnes solent comedere.

LXXXVI.

Εἰς τὸ πρὸ τείχευς ἱερὸν ἀλέες δεῦτε,
Οὗ τὸν πάλαι Παγχαῖον ὁ πλάσας Ζᾶνα,
Γέρων ἀλάζων ἄδικα βιβλία ψήχει.
Ad templum, quod ante murum est, venite conferti:
Ubi qui Jovem olim Panchaeum finxit,
Senex arrogans libros impios radit.

Etymolog. Mag. Ἄλες, ἀλέες ἐστὶν ἀολλέες· ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν Λοχιάμβοις· Εἰς τὸ πρὸς τείχους ἀλέες δεῦτε. ἀντὶ τοῦ, εἰς τὸ πρὸς τοῦ τείχους ἱερὸν ὁμοῦ δεῦτε. lege χωλιάμβοις; uti recte editum est a Varino in Ἐκλογαῖς. Scholiastes Theocriti Id. VII. Ἀλίζω, τὸ συναθροίζω. καὶ Καλλίμαχος· ἐς τὸ πρὸ τείχους ἱερὸν ἀλέες δεῦτε. Plutarchus de Placitis Philos. I. VII. Ἔνιοι τῶν φιλοσόφων, καθάπερ Διαγόρας ὁ Μιλήσιος καὶ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος καὶ Εὐήμερος ὁ Τεγεάτης καθόλου φασὶ μὴ εἶναι θεούς. Τὸν δὲ Εὐήμερον καὶ Καλλίμαχος ὁ Κυρηναῖος αἰνίττεται ἐν τοῖς Ἰάμβοις γράφων,

Εἰς τὸ πρὸ τείχους ἱερὸν ἀλέες δεῦτε,
Οὗ τὸν πάλαι χάλκεον ὁ πλάσας Ζᾶνα,
Γέρων ἀλάζων ἄδικα βίβλια ψύχει.

ubi id primo notandum, vitiosam scriptura Διαγόρας ὁ Μιλήσιος pro

pro ὁ Μήλιος jam ab annis plus mille Plutarchi codices insedisse; & in errorem duxisse cum Eusebium, tum Theodoretum; qui hoc loco freti Diagoram Milesium vocant, ille Praep. Euang. lib. XIII. hic Therapeut. Graec. Sermone II. Pro ψυχεῖ autem, quod in vulgatis editionibus habetur, legendum est ψήχει, *radit*, *exarat*, *scribit*. Deinde ex χαλκεῖον (quod huic loco minime convenit; nam Euhemerus non aeneum sed carneum sane Jovem finxit; quem cum caetera Deorum turba meros homines fuisse tradidit) haud socordi opinor conjectura fecimus Παγχαῖον; quod scribebant παγχέον. Fundus hujus emendationis est ipse Plutarchus libro de Iside & Osiride; ubi Euhemerum ait libros suos composuisse ex commentitiis quibusdam Inscriptionibus in Panchaea insula. p. 64. Edit. Steph. Λαμπρὰν δὲ τοῖς Εὐημέρου τοῦ Μεσσηνίου φενακισμοῖς παῤῥησίαν διδόντας, ὃς αὐτὸς ἀντίγραφα συνθεὶς ἀπίστου καὶ ἀνυπάρκτου μυθολογίας πᾶσαν ἀθεότητα κατασκεδάννυσι τῆς οἰκουμένης, τοὺς νομιζομένους θεοὺς πάντας ὁμαλῶς διαγράφων εἰς ὀνόματα (vulgo ὄνομα) στρατηγῶν καὶ ναυάρχων καὶ βασιλέων, ὡς δὴ πάλαι γεγονότων, ἐν δὲ Πάγχοντι γράμμασι χρυσοῖς ἀναγεγραμμένοις (lege —— μένα sc. ὀνόματα) οἷς οὔτε βάρβαρος οὐδεὶς, οὔτε Ἕλλην, ἀλλὰ μόνος Εὐήμερος, ὡς ἔοικε, πλεύσας εἰς τοὺς μηδαμόθι γῆς γεγονότας μηδὲ ὄντας Παγχώους καὶ Τριφύλλους, ἐντετυχήκει. BENTL. Ad locum Plutarchi lege Cel. Corsinum in Diss. I. ad Plutarch. de Plac. Ph. c. 7. qui haec Bentlejana non legerat, aut oblitus erat. ERNEST.

LXXXVII.

Ἦν κεῖνος οὑνιαυτὸς, ᾧ τὸ, τε πτηνὸν,
Καὶ τοὐν θαλάσσῃ, καὶ τὸ τετράπουν οὕτως
Ἐφθέγγεθ', ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμηθῆος.
Erat ille annus, quo & aves
Et pisces, & quadrupedes ita
Loquebantur, ut lutum Promethei.

Clemens Alex. Strom. lib. V. Γελοῖον μὲν οἱ φιλόσοφοι παρ' ἕκαστα τὸ σῶμα ἀναγορεύουσι —— Καλλίμαχος δὲ διαῤῥήδην γράφει· ἦν κεῖνος ὁ ἐνιαυτὸς, ᾧ ποτε πτηνὸν, καὶ τοὐν θαλάσσῃ καὶ τὸ τετράπουν οὕτως Ἐφθέγγεθ', ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμηθέως. pro ᾧ ποτε, emendavimus, ᾧ τό, τε· τὸ πτηνὸν, τὸ ἐν θαλάσσῃ, τὸ τετράπουν. Et Προμηθῆος ob versum qui est Choliambus, sive Jambus Scazon. Extat etiam apud Euseb. Praep. Euang. lib. XIII. ex Clemente.

LXXXVIII.

Ἔβηξαν, οἶνον ἀλίβαντα πίνοντες.

Tuſſierunt, acetum bibentes.

Etymol. Magn. Ἀλίβας, σημαίνει καὶ τὸ ὄξος. Καλλίμαχος· Ἔβηξαν ἀλίβαντα πίνοντες. ubi pro οἶον reponendum eſſe videatur, οἷον; idque ipſorum grammaticorum autoritate.

Tuſſierunt, tanquam qui acetum bibunt.

Si enim, (ut Etymologus, Suidas, & Euſtathius autores ſunt) ἀλίβας eſt ὄξος, οἶνον hic locum habere nequit. Sed enim vero ἀλίβας communiter ſignificat νεκρὸν, *mortuum:* & pace magiſtrorum crediderim in hoc ipſo etiam loco nihil aliud notare: οἶνος ἀλίβας, *vinum mortuum;* quae periphraſis eſt *aceti.* Verte igitur

Ἔβηξαν οἶνον ἀλίβαντα πίνοντες.

Tuſſierunt vinum mortuum bibentes. BENTL.

Praeferam priorem ſummi viri conjecturam, quam aliquo modo confirmat Etymol. MS. Bibl. Regiae, ubi hoc fragmentum ſic exhibetur: Ἔβηξαν οἱ ἀλίβας τε πίνοντες. ἀλίβας ſimpliciter pro *aceto* dici, non dubium eſt. Orion Thebanus περὶ ἐτυμολογιῶν MS in Bibl. Regia: Ἀλίβας, ὁ νεκρὸς, παρὰ τὸ λιβάδα καὶ ὑγρότητα μὴ ἔχειν. ἔστι παρὰ Ἱππώνακτι καὶ ἐπὶ τοῦ ὄξους. RUHNKEN.

LXXXIX.

Σόλων ἐκεῖνος ὡς Χίλων᾽ ἀπέστειλε.

Solon ille ad Chilonem miſit.

Choeroboſcus Grammaticus nondum editus, in Bibliotheca Oxon. Χίλων, ὄνομα κύριον διὰ τὸ ι. ἐπειδὴ εὕρηται καὶ ἐν συστολῇ παρὰ Καλλιμάχῳ, οἷον Σόλων ἐκεῖνος δὲ ὡς Χίλων᾽ ἀπέστειλεν. ἔστι δὲ χωλίαμβον. corrige χωλίαμβον. BENTL Forte legendum, Σόλων ὁ κλεινὸς ὡς Χίλ. Ariſtophan. Θεσμοφ. vſ. 29. Ἐνταῦθ᾽ Ἀγάθων ὁ κλεινὸς οἰκῶν τυγχάνει. Niſi malis ἐκεῖνον, ſcilicet τρίποδα. Nam Solon, ut opinor, ad Chilonem miſit ſive tripodem ſive phialam, illi, qui ſapientia ceteris praeſtaret, oraculi juſſu reddendam. Hiſtoriam narrat Diogen. Laërt. I. 28. ad quam etiam pertinent Fragm. XCV. & XCVI. RUHNKEN.

XC.

—— οὐ μάχην ἀείδοντας

Τὴν Βουπάλειον ——

—— non pugnam canentes

Bupaleam ——

Julianus Ep. XXX. Ἡδέως ἐδεξάμην τὸ παρὰ σοῦ πινάκιον ἀπεσταλέν. ἔχει γὰρ καὶ τὰ διαγράμματα τῶν πρόσθεν βελτίον· καὶ κατεμέτρωσας αὐτὸ, προσθεὶς τοὺς Ἰάμβους οὐ μάχην ἀείδοντας τὴν βουπάλειον, κατὰ τὸν Κυρηναῖον ποιητὴν, ἀλλ᾽ οἵους ἡ καλὴ Σαπφὼ βούλεται τοῖς νόμοις ἁρμόττειν.

XCI.

X C I.

Οὐ πάντες, ἀλλ' οὓς ἔσχεν ἄτερος δαίμων.

Non omnes, sed quos habuit deus alter.

Pindarus Pyth. III.

Δαίμων δ' ἕτερος
ἐς κακὸν τρέψαις ἐδαμά-
σατό νιν ——

ubi Scholiastes: Δαίμων ἕτερος, ὁ κακοποιὸς, ὡς πρὸς τὸν ἀγαθοποιόν. Καλλίμαχος δέ φησιν. Οὐ πάντες, ἀλλ' οὓς ἔσχεν ἕτερος δαίμων. Pro ἕτερος autem lege ἅτερος, versu flagitante. Quos locos imitatus est autor Epistolarum, quae Phalaridi adscribuntur; ἐὰν ἑτέρῳ δαίμονι συμπλακῶ. Sic in Epigrammate:

Ἄμμες ὅρων φύλακες, δισσοὶ θεοὶ, ὧν ὁ μὲν Ἑρμῆς,
Οἷον ὁρῆς μ'. οὗτος δ' ἅτερος Ἡρακλέης.

X C I I.

Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος· οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω.

Audite Hipponactem: etenim venio.

Hephaestion p. 16. de Choliambo: Τὸ δὲ χωλὸν οὐ δέχεται τοὺς παραλήγοντας τρισυλλάβους πόδας, οὔτε δάκτυλον, οὔτε τρίβραχυν, οὔτε ἀνάπαιστον· ἀλλὰ μάλιστα μὲν ἴαμβον, ὅ, τε καὶ εὐπρεπές ἐστιν· ὡς τὸ,

Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος. οὐ γὰρ, ἀλλ' ἥκω.

Ubi delendum illud comma post γὰρ. & οὐ γὰρ ἀλλὰ vertendum, *etenim*. Apud eundem p. 15. citantur haec Eupolidis in Baptis:

Ἀλλ' οὐχὶ δυνατόν ἐστιν· οὐ γὰρ ἄλλα προ-
βούλευμα βαστάζουσι τῆς πόλεως μέγα.

lege οὐ γὰρ ἀλλὰ, *portant etenim.* Aristoph. Nubibus:

—— οὐ γὰρ ἀλλ' ἡ γῆ βίᾳ
Ἕλκει πρὸς αὑτὴν τὴν ἰκμάδα τῆς φροντίδος.

ubi σχολ. Οὐ γὰρ ἀλλ' ἀντὶ τοῦ καὶ γὰρ, Ἀττικῶς. Καλλίμαχος· Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος. οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω· ἀντὶ τοῦ, καὶ γὰρ ἥκω. Eadem & plura vide apud Suidam in οὐ γάρ.

X C I I I.

Ἄκουε δὴ τὸν αἶνον. Ἔν κοτε Τμώλῳ
Δάφνιν ἐλαίη νεῖκος οἱ πάλαι Λυδοὶ
Λέγουσι θέσθαι ——

Audi vero fabulam: Quondam in Tmolo
Laurum cum oliva certamen veteres Lydi
Dicunt habuisse.

Ammonius de differentia vocabulorum. Αἶνος ἀπὸ φυτῶν. ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· Ἄκουε δὴ τὸν αἶνον. ἔν κοτε Τμώλῳ Δάφνιν ἐλαίην

εἰκὸς οἱ παλαιοὶ Λυδοὶ λέγουσι θέλοντες. Quae corrigenda sunt, uti supra. Eustath. ad Iliad. I. p. 796. Αἶνος λόγος ἐστὶ μυθικὸς ἐκφερόμενος ἀπὸ ἀλόγων ἢ φυτῶν, πρὸς ἀνθρώπων παραίνεσιν —— ἀπὸ φυτῶν, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ, Ἀκουε δὴ τὸν αἶνον· ἔν κοτε Πύλῳ δάφνην, καὶ τὰ ἑξῆς. Idem Odyss. Ξ. pag. 556. Εἰς δὲ τὸ ἀπὸ φυτῶν συντελεῖ Καλλιμάχου, τὸ, Ἀκουε δὴ τὸν αἶνον, ἔν κοτε Μάλῳ ἢ Δάλῳ τουτέστι Δηλῳ τῇ νήσῳ δάφνη ἐλαίαν καὶ ἑξῆς. Ubi notanda varietas lectionis, Πύλῳ, Μάλῳ, Δάλῳ; quae singulae depravatae sunt ex Τμώλῳ. Nulla autem controversia erit, quin huc quoque referenda sint, quae ex Cod. MSto Oxonii Περὶ τρόπων ποιητικῶν bona fide repraesento. Ἀστεϊσμός —— παρὰ δὲ Καλλιμάχῳ ἀστεϊζομένη ἡ ἐλαία φησιν· Ἐγὼ φαύλη πάντων τῶν δένδρων εἰμί. καλεῖται δὲ τοῦτο προσποίησις. Levi enim mutatione fiet Jambus Scazon:

Φαύλη δὲ πάντων εἰμ' ἔγωγε τῶν δένδρων.
Ego omnium arborum vilissima.

X C I V.

Ἔπλευσεν εἰς Μίλητον. ἦν γὰρ ἡ νίκη
Θάλητος, ὅς τ' ἦν ἄλλα δεξιὸς γνώμην,
Καὶ τῆς ἁμάξης ἐλέγετο σταθμήσασθαι
Τοὺς ἀστερίσκους, ᾗ πλέουσι Φοίνικες.
Navigat ad Miletum: erat enim victoria
Thaletis; qui cum alias solerti ingenio praeditus,
Tum & plaustri dicebatur metatus esse
Stellulas; quo navigationem dirigunt Phoenices.

Achilles Tatius ad Arati Phaen. c. I. Ὅτι δὲ ἄλλοι ἄλλο εὗρον, ἐκ τοῦ Θάλητα τὴν μικρὰν ἅμαξαν εὑρηκέναι, δῆλον. Ὁ γοῦν Καλλίμαχός φησιν, Ἔπλευσεν &c. ut supra, nisi quod ibi sit ὃς τὴν & λέγεται. Diogenes Laërtius vita Thaletis: Καλλίμαχος δ' αὐτὸν (Θάλητα) οἶδεν εὑρετὴν τῆς ἄρκτου τῆς μικρᾶς, λέγων ἐν τοῖς Ἰάμβοις οὕτως,

Καὶ τῆς ἁμάξης ἐλέγετο σταθμήσασθαι
Τοὺς ἀστερίσκους, ᾗ πλέουσι Φοίνικες.

X C V.

Θάλης με τῷ μεδεῦντι Νειλέω δήμου
Δίδωσι, τοῦτο δὶς λαβὼν ἀριστεῖον.
Thales me regenti Nilei populum
Donat, hoc bis accipiens sapientiae praemium.

Diogenes Laërt. vita Thaletis. Ταῦτα δὲ Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ἰάμβοις ἄλλως ἱστορεῖ, παρὰ Λεανδρίου λαβὼν τοῦ Μιλησίου. Βαθυκλέα γάρ

γάρ τινα Ἀρκάδα φιάλην καταλιπεῖν, καὶ ἐπισκῆψαι δοῦναι τῷ σοφῶν τῷ πρωτίστῳ. ἐδόθη δὲ Θαλῇ, καὶ κατὰ περίοδον πάλιν Θαλῇ, ὁ δὲ τῷ Διδυμαίῳ Ἀπόλλωνι ἀπέστειλεν, εἰπὼν οὕτω, κατὰ τὸν Καλλίμαχον.

Θαλῆς με τῷ μεδεῦντι Νειλέω δήμου
Δίδωσι, τοῦτο δὶς λαβὼν ἀριστεῖον.

XCVI.

Πάλιν τὸ δῶρον ἐς Θάλητ' ἀνώλισθε.
Rurfus ad Thaletem donum rediit.

Etymolog. Magn. Θάλης Θάλητος, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ. Πολὺ τὸ δῶρον ἐς Θάλητα ὤλισθεν. ἔστι δὲ χορίαμβος. τροχαῖον γὰρ ἔχει ἐν τῷ ἕκτῳ ποδί. Ubi legendum pro πολὺ, πάλιν: Laërtius: ἐδόθη δὲ Θαλῇ, καὶ κατα περίοδον πάλιν Θαλῇ. Eadem enim eft hiftoria: deinde lege εἰς Θάλητ' ἀνώλισθε; verfus gratia, tum & fententiae; nam ἀνολισθεῖν eft *rurfum & retrorfum* ὀλισθεῖν. Poftremo fcribe χωλίαμβος: quod & res ipfa poftulat, & verba Grammatici; *quia Trochaeum habet in fexto pede*: quod proprium eft Jambi Scazontis. alter enim vel Jambum, vel Pyrrhichium habet.

XCVII.

Ὦ 'μαὶ τοῦ 'πιόντος ἄγκυραι.
O meae abeuntis anchorae.

Apollonius de Syntaxi p. 219. de vocativo pronominum. Ἔστι δὲ καὶ τὰ τῆς χρήσεως, ἡνίκα ὁ Νέστωρ τοὺς ἰδίους παῖδας προσφωνῇ, Παῖδες ἐμοί. καὶ ἔτι παρὰ Καλλιμάχῳ· Ὦ ἐμαὶ τοῦ ἀπιόντος ἄγκυραι. Pars eft, ut mihi videtur, Jambi Scazontis.

XCVIII.

— τὰ τράχηλα γυμνάζει.
— colla exercet.

Etymol. Mag. v. Κέλευθος. Ὁ τράχηλος τὸ τράχηλον. ἔνθεν πληθυντικῶς παρα Καλλιμάχῳ, τὰ τράχηλα γυμνάζει. De tauro, ut opinor, loquitur; *Qui tentat fefe, atque irafci in cornua difcit Arboris obnixus trunco.*

Euftathius Iliad. B. p. 81. Κέλευθα, μεταπλασμὸν γένους φασὶ παλαιοί. Καὶ τὸ, γυμνάζει τα, παρὰ Καλλιμάχῳ. Si Etymologum fequeris, erit membrum Choliambi; fi Euftathium, Hexametri.

XCIX.

Ἀλεῖος ὁ Ζεὺς ——

Eleus Jupiter.

Pindari Scholiastes x. Olymp. 59. Καὶ τὸν ἐν Πίσῃ δὲ Δία, Ἠλεῖον εἶπε Καλλίμαχος· Ἀλεῖος ὁ Ζεύς.

C.

Τῷ γ' ἐμῷ δοκῷ.

Mea quidem opinione.

Eustathius Od. I. p. 351. Ὅτι τὴν δόκησιν καὶ ὑπόληψιν, δοκὸν ὁ Καλλίμαχος ἔφη, γράψας, Τῷ γ' ἐμῷ δοκῷ, ἤγουν τῇ ἐμῇ δοκήσει. BENTL. Adde Fabric. ad Sext. Empir. p. 71. ERNEST.

ΙΒΙΣ. IBIS.

Clemens Alexand. Strom. lib. 5. Εὐφορίων γὰρ ὁ ποιητὴς, καὶ Καλλιμάχου Ἶβις, καὶ τὰ Αἴτια, καὶ ἡ Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια γυμνάσιον εἰς ἐξήγησιν γραμματικοῖς ἔκκειται ἅπασι. Ita Codex MStus Dionysii Salvagnii: In vulgatis Ἶβις abest. [v. Salvagnium ad Ibin p. 47. ERN.]

Huc itaque vel ad Αἴτια refer illud Statii IV. Sylvarum, in Epicedio patris:

Tu pandere dictus
Carmina Battiadae.

Suidas v. Καλλίμαχος. Ἶβις. ἔστι δὲ ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν εἴς τινα Ἶβιν, γενόμενον ἐχθρὸν τοῦ Καλλιμάχου, ἦν δὲ οὗτος ὁ Ἀπολλώνιος ὁ γράψας τὰ Ἀργοναυτικά. Ovidius in Ibide:

Nunc quo Battiades inimicum devovet Ibin,
Hoc ego devoveo teque tuosque modo.
Utque ille, historiis involvam carmina caecis:
Non soleam quamvis hoc genus ipse sequi.
Illius ambages imitatus in Ibide dicar,
Oblitus moris judiciique mei.

Idem ibidem:

Et quibus (diris) *exiguo est volucris devota libello,*
Corpora projecta quae sua purgat aqua.

Ubi Scholiastes vetus: *Callimachi vota in Ibin avem Aegyptiam, quae rostro projecta aqua alvum purgare solet.*

Scholiastes vetus ad Ovidii Ibin: *Dareus secundus primi Darei filius incubuit primo in regnum; sed succedere non potuit, donec juraverit, quod cives suos veneno, sicut primus, non interficeret: postquam vero fuit in regno; non veneno, sed ponens eos in area plena calido cinere interficiebat; ut Callimachus contra suum Ibin:*

Et

Et tu dispereas, sicut periere secundus
Dareus multo quos cinere obruerat.

Idem: *Callimachus dicit Eurydamantem & Thrasyllum inimicos fuisse: Eurydamantem vero a Simone Larissaeo circa tumulum Thrasylli raptatum fuisse.* Scholiastes Homeri Iliad. X. 398. Ὁ δὲ Καλλίμαχός φησιν, ὅτι πάτριόν ἐστι Θετταλοῖς τοὺς τῶν φιλτάτων φονέας σύρειν περὶ τοὺς τῶν φονευθέντων τάφους. Σίμωνα γάρ φησι Θετταλὸν τὸ γένος Εὐρυδάμαντα τὸν Μειδίου σύραι, ἀποκτείνοντα Θράσυνον (lege Θράσυλλον) τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. ἅψασθαί τε τοῦ νόμου πρῶτον. τοῦτον γὰρ ἐξάψαι τοῦ δίφρου τὸν φονέα, καὶ περὶ τὸν τοῦ τετελευτηκότος τάφον ἕλκειν. [Binos Callimachi de hac ipsa re versus conservavit Proclus in Platonis Polit. p. 391. εἴρηται μὲν οὖν καὶ ὑπὸ τῶν παλαιῶν (i. e. ab antiquis Homeri Interpretibus) ὡς Θετταλικόν τι τοιοῦτον ἦθος ἦν, καὶ ὁ Κυρηναῖος μαρτυρεῖ ποιητής·

—— πάλαι δ' ἔτι Θεσσαλὸς ἀνὴρ
Ῥυστάζει φθιμένων ἀμφὶ τύμβον φονέας. RUHNKEN.]

Idem: *Callimachus dicit, Hypermnestram, quondam in adulterio deprehensam cum fratre mariti sui, profugisse auxilio tenebrarum; deinde servum Pavonem & Locrin ancillam necavit, ut illa Locris diceretur deprehensa.*

Idem: *Thracia Bistonia a Bistone palude dicta est; & ibi, autore Callimacho, in oppido Seris nomine multi viri a Lacedaemoniis interfecti sunt pro templo Minervae. Ideo Minerva fertur lumina sua operuisse.*

Idem: *Callimachus dicit, in Creta Menedemo sacra fieri sine ferro; quia in bello Trojano pluribus vulneribus cultrorum interiit.*

Idem: *Paphagus Epirotes, cum circumsideret urbem Ambraciam, venatum exivit; & leaenae catulum nactus ab ea insecuta dilaniatus est, autore Callimacho.*

ΙΟΥΣ ΑΦΙΞΙΣ. IUS ADVENTUS.

Citante Suida in vita Callimachi.

ΠΕΡΙ ΜΕΤΟΝΟΜΑΣΙΑΣ ΙΧΘΥΩΝ.

DE MUTATIS PISCIUM NOMINIBUS.

Teste Suida in v. Καλλίμαχος.

Huc fortasse referendum illud Hesychii: Ἴωψ, ἰχθῦς ποιὸς παρὰ Καλλιμάχῳ.

ΚΤΙΣΕΙΣ ΝΗΣΩΝ ΚΑΙ ΠΟΛΕΩΝ ΚΑΙ ΜΕΤΟΝΟΜΑΣΙΑΙ.

ORIGINES INSULARUM ET URBIUM ET NOMINA MUTATA.

Suidas v. Καλλίμαχος.

ΚΥΔΙΠΠΗ. CYDIPPE.

Hujus Poëmatii mentionem facit Ovidius:

Callimachi numeris non eſt dicendus Achilles:
Cydippe non eſt oris, Homere, tui. Bentl.

Ad librum Elegorum pertinuiſſe ſupra monui. Ernest.

C I.

Ἀλλ' ἐνὶ δὴ φλοιοῖς κεκολαμμένα τόσσα φορεῖτε
Γράμματα, Κυδίππην ὅσσ' ἐρέουσι καλήν.

Sed corticibus inciſas tot ferte
Literas, Cydippen quot dicent pulchram.

Schol. Ariſtoph. Acharn. Ἴδιον ἐραστῶν ἦν τὰ τῶν ἐρωμένων ὀνόματα γράφειν ἐν τοῖς τοίχοις ἢ δένδροις ἢ φύλλοις οὕτως, Ὁ δεῖνος καλός. καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ·

Ἀλλ' ἐνὶ δὴ φύλλοισι κεκομμένα τόσσα φορεῖτε
Γράμματα, Κυδίππην ὡς ἐρέουσι καλήν.

Ubi notandum φύλλοισι, quam lectionem tutatur ipſe Scholiaſtes: ſi enim apud hunc quoque legeris, δένδροις ἢ φλοιοῖς; bis eandem rem dixeris. Idem quippe eſt inſcribere *arboribus*, ac *corticibus*. Bona tamen Grammatici hujus venia, liceat nobis reſtituere φλοιοῖσι, (quod ſcribebant φλυοῖσι) pro φύλλοισι. Quis enim amator adeo inſulſus, ut amatae nomen perituris *foliis* inſcribat?

——— *Foliis tantum ne nomina manda;*
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis:

Aeneae ſunt preces ad Sibyllam. Contra quae corticibus inciſa ſunt nomina, tam diu manſura ſunt, quam ipſae arbores:

Certum eſt in ſilvis, inter ſpelaea ferarum
Malle pati, tenerisque meos incidere amores
Arboribus: creſcent illae, creſcetis amores.

Lucianus in Ἔρωτες: Ἤδη δὲ πλέον αὐτῷ τοῦ πάθους ἐρεθιζομένου, τοῖχος ἅπας ἐχαράσσετο, καὶ πᾶς μαλακοῦ δένδρου φλοιὸς Ἀφροδίτην καλὴν ἐκήρυσσεν. Glauci Epigramma Antholog. lib. I.

Ναὶ, ναὶ, Πὰν συρικτά. καὶ εἰς αἴγειρον ἐκείναν
Σοί τι κατὰ φλοιοῦ γράμμ' ἐκόλαψε λέγειν. BENTL.

Piersonus Verosim. p. 99. verissime ex Aristaeneto I. 10. emendat φλοιοῖς κεκολαμμένα, quod pro κεκομμένα reponere non dubitavimus. Κολάπτειν verbum proprium esse in hac re, ipse ostendit. ERNEST.

C I I.

Πολλοὶ καὶ, φιλέοντες Ἀκόντιον, ἧκαν ἔραζε
Οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας.

Multi quoque vini potores, amantes Acontium,
Humi jecerunt Siculas ex poculis latagas.

Scholiastes Aristoph. ad Pacem: Ἀθήναιος ἐν τῇ ιε φησὶν, ὅτι κότταβος Σικελική τις ἐστὶ παιδιὰ, πρώτων εὑρόντων Σικελῶν — ὅτι δὲ τῶν ἐρωμένων ἐμέμνηντο ἀφιέντες ἐπ' αὐτοὺς τοὺς λεγομένους κοτταβους, δῆλον ποιεῖ Ἀχαιὸς, καὶ Καλλίμαχος·

Πολλοὶ δὲ φιλέοντες ἀκόντιον ἧκαν ἔραζε
Οἰνοπότησι κενὰς ἐκ κυλίκων λάταγας.

Sic editio Frobenii: sed Aldina, Οἰνοπότη Σικελὰς: quae emendanda sunt ex Athenaeo lib. xv. p. 668. καὶ Καλλίμαχος δέ φησι·

Πολλοὶ καὶ φιλέοντες ἀκόντιον ἧκαν ἔραζε
Οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας.

Animadverte errorem Casauboni & aliorum; qui ἀκόντιον hic *jaculum* sive *humorem ejaculatum* interpretantur. Scribendum enim Ἀκόντιον; qui Acontius erat amator Cydippes; ut ex Epistolis Ovidii vel pueris notissimum. *Multi*, inquit, *qui ephebum Acontium amabant, inter pocula ludebant cottabis; ut augurarentur, an unquam voti compotes futuri essent.* Quare sine dubio hoc Fragmentum ad *Cydippen* poëma referre oportet.

ΚΩΜΩΔΙΑΙ. COMOEDIAE.

Auctore Suida v. Καλλίμαχος.

ΜΕΛΗ. CARMINA.

Eodem auctore.

ΜΗΝΩΝ ΠΡΟΣΗΓΟΡΙΑΙ ΚΑΤΑ ΕΘΝΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΕΙΣ.

MENSIUM NOMINA APUD SINGULAS GENTES ET URBES.

Eodem auctore. BENTL. v. supr. ad XXXVIII.

ΜΟΥΣΕΙΟΝ. MUSEUM.

Eodem auctore.

ΝΟΜΙΜΑ ΒΑΡΒΑΡΙΚΑ.

INSTITUTA BARBARICA.

Suidas : Φασηλιτῶν θῦμα, ἐπὶ τῶν εὐτελῶν καὶ ἀναίμων τίθεται. Φασηλίτας γὰρ τάριχον τῷ Καλάβρῳ θύειν φησὶ Καλλίμαχος ἐν βαρβαρικοῖς Νομίμοις.

ΠΕΡΙ ΟΡΝΕΩΝ. DE AVIBUS.

Etymologicon Magn. Πέλεια καὶ κίρκος, ἐστὶν εἶδος ἱέρακος. εἰσὶ δὲ γένη ἱέρακος ὀκτὼ, ὥς φησι Καλλίμαχος ἐν τοῖς Περὶ Ὀρνέων. & Scholiastes Apollonii Rhodii lib. I. vs. 1049. Κίρκος εἶδος ἱέρακος. ἔστι δὲ ἱεράκων γένη ἕξ, ὡς Καλλίμαχος ἱστορεῖ ἐν τῷ Περὶ Ὀρνέων.

Athenaeus lib. IX. p. 388. Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ Ὀρνίθων, διεστάναι φησὶ πορφυρίωνα πορφυρίδος, ἰδίᾳ ἑκάτερον καταριθμούμενος. τὴν τροφήν τε λαμβάνειν τὸν πορφυρίωνα ἐν σκότῳ, ἵνα μή τις αὐτὸν θεάσηται, ἐχθραίνειν γὰρ τοὺς προσιόντας αὐτοῦ τῇ τροφῇ. pro ἰδίᾳ ἑκάτερον corrige ἰδίᾳ ἑκατέρου.

Idem lib. IX. p. 389. Φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης περὶ τοῦ ζώου τάδε· Ὁ πέρδιξ ἐστὶ μὲν χερσαῖος, σχιδανόπους, ζῇ δὲ ἔτη ιε &c. Τα αὐτὰ ἱστορεῖ καὶ Καλλίμαχος ἐν τῷ Περὶ Ὀρνέων.

Idem p. 394. Καλλίμαχος ἐν τῷ Περὶ Ὀρνέων, ὡς διαφόρους ἐκτίθεται φάσσαν, πυραλλίδα, περιστερὰν, τρυγόνα.

Idem p. 365. Τῆς δὲ νήττης καὶ κολυμβάδος, ἀφ' ὧν καὶ τὸ νήχεσθαι καὶ τὸ κολυμβᾶν εἴρηται, μνημονεύει μετὰ ἄλλων λιμναίων πολλῶν Καλλίμαχος αὐτῷ Περὶ Ὀρνέων.

Hesychius: Σιαλενδρὶς, ποιὸς ὄρνις παρὰ Καλλιμάχῳ.

Aelianus de Animal. XV. 28. Καλλίμαχος δὲ δύο γένη φησὶν εἶναι σκωπῶν. καὶ τοὺς μὲν φθέγγεσθαι, τοὺς δὲ συγκεκληρῶσθαι σιωπῇ. καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν λέγεσθαι σκῶπας, τοὺς δὲ ἀεισκώπας. Et Athenaeus IX. p. 391. Καλλίμαχος φησὶ δύο γένη εἶναι σκωπῶν, καὶ τοὺς μὲν φθέγγεσθαι, τοὺς δὲ οὔ. διὸ καὶ καλεῖσθαι τοὺς μὲν σκῶπας αὐτῶν, τοὺς δὲ ἀεισκώπας. εἰσὶ δὲ γλαυ-

γλαυκοί. Et Theocriti Schol. Idyl. I. Σκὼψ, ὡς Καλλίμαχός φησι, φθέγγεται ὥσπερ ἐπισκώπτων τῇ φωνῇ· ὅθεν καὶ οὕτω καλεῖται.

Theocriti Schol. Idyll. II. Τὴν ἴυγγά φησι Καλλίμαχος Ἠχοῦς θυγατέρα. φαρμακεύειν δὲ τὸν Δία, ὅπως ἂν αὐτῇ μιχθῇ· ὅθεν ὑπὸ Ἥρας εἰς ὀρνιθάριον αὐτὴν μεταβαλεῖν, καὶ συνεργεῖν ταῖς φαρμακείαις. Pro μεταβαλεῖν, scribe μεταβληθῆναι.

Isaacus Tzetzes ad Lycoph. p. 82. Κρὲξ, ὄρνεον θαλάσσιον ἴβιδι ἐοικός. Καλλίμαχος δὲ ἐν τοῖς Περὶ Ὀρνέων φησὶ τοῖς γαμοῦσι δυσοιώνιστον εἶναι.

Aristophanis Schol. ad Aves p. 398. Εὐφρόνιός φησι τὸν πάππον ὄρνεόν τι εἶναι —— Καλλίμαχος. οὐκ ἀναγράφω τὸν πάππον. lege Καλλίμαχος οὐκ ἀναγράφει τὸν πάππον. *Callimachus in suo Catalogo avium non recenset pappum.* Patebit ex sequentibus.

Idem ibidem p. 413. Τὴν Κύμινδιν οὐκ ἀνέγραψεν ὁ Καλλίμαχος.

Idem p. 380. Κεβληπυρις, μήποτε οὐχ ἕν ἐστιν, ἀλλὰ δύο. Καὶ ἐν τοῖς Καλλιμάχου γὰρ ἀναγέγραπται κέβλη.

Ibidem: Ἡ πορφυρὶς ἀναγέγραπται, κερχνὶς δὲ οὔ, ἀλλὰ κερχνή. καὶ ἡ κολυμβὶς δὲ φαίνεται, καὶ ὁ δρύοψ, καὶ ἡ ἀμπελίς. lege ἡ κολυμβάς, ex loco Athenaei modo laudato.

Ibidem: Ὁ ἐλεᾶς μήποτε ἐλείας ἐστὶν ἐν τοῖς Καλλιμάχου ἀναγραφομένοις. φησὶ γάρ· Ἔλεια μικρὸν φωνῇ ἀγαθόν. ἀναγέγραπται δὲ καὶ ἡ ὑποθυμὶς, καὶ ὁ νέρτος, καὶ ὁ ἐρυθρόπους, καὶ ἡ πορφυρὶς, καὶ ὁ δρύοψ, καὶ ἡ ἀμπελίς.

Ibidem p. 403. Ἡ γὰρ βάσκα καὶ καταῤῥάκται εἰσὶ παρὰ Καλλιμάχῳ ἀναγεγραμμέναι, καὶ ἀντὶ ἐδωλίου εἰδώλιος. Sed in loco Aristophanis, quem nunc exponit Scholiastes, legitur ἐρωδιῷ. Quamobrem aut in textu legendum ἐδωλιῷ, aut in Scholiis (quod malo) ἀντὶ ἐρωδιοῦ εἰδώλιος.

ΠΙΝΑΚΕΣ ΤΩΝ ΕΝ ΠΑΣΗ ΠΑΙΔΕΙΑ ΔΙΑΛΑΜΨΑΝΤΩΝ, ΚΑΙ ΩΝ ΣΥΝΕΓΡΑΨΑΝ, ΕΝ ΒΙΒΛΙΟΙΣ Κ ΚΑΙ Ρ.

TABULAE EORUM QUI IN QUAVIS DISCIPLINA CLARUERUNT, EORUMQUE QUAE SCRIPSERUNT LIBRIS CXX, Suidas.

ΠΙΝΑΞ ΚΑΙ ΑΝΑΓΡΑΦΗ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΧΡΟΝΟΥΣ ΚΑΙ ΑΠ' ΑΡΧΗΣ ΓΕΝΟΜΕΝΩΝ ΔΙΔΑΣΚΑΛΩΝ.

TABULA ET DESCRIPTIO EORUM QUI FABULAS DOCUERUNT, AB INITIO ET SECUNDUM SERIEM TEMPORUM. Suidas.

[Pro *διδασκάλων* Pearſonius corrigit *διδασκαλιῶν*, probante Kuſtero. Sed ita dudum hunc locum citaverat Jo. Wowerius Polymath. cap. XII. p. 102. qui recte, meo judicio, cap. XVI. p. 130. *Πίνακα τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων*, & *Πίνακα τῶν Δημοκρίτου συνταγμάτων* refert ad *Πίνακα παντοδαπῶν συγγραμμάτων*. Sed & *Πίναξ τῶν Ῥητορικῶν* & *Πίναξ τῶν νόμων* hujus operis partes fuere. Vid. Fabric. Bibl. Gr. Vol. II. p. 488. *Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐν τοῖς πρὸς τοὺς Καλλιμάχου Πίνακας* memoratur ab Athen. IX. p. 408. F. RUHNKEN.]

Athenaeus lib. VIII. p. 336. *Ἐγὼ γὰρ πλείονα τῶν μέσης καλουμένης Κωμῳδίας ἀναγνοὺς δράματα τῶν ὀκτακοσίων, καὶ τούτων ἐκλογὰς ποιησάμενος, οὐ περιέτυχον τῷ Ἀσωτοδιδασκάλῳ Ἀλέξιδος, ἀλλ' οὐδ' ἀναγραφῆς ἀξιωθέντι σύνοιδα. Οὔτε γὰρ Καλλίμαχος, οὔτε Ἀριστοφάνης αὐτὸ ἀνέγραψαν, ἀλλ' οὐδὲ οἱ τὰς ἐν Περγάμῳ ἀναγραφὰς ποιησάμενοι.*

Scholiaſtes Ariſtoph. ad Nubes p. 91. *Ἐρατοσθένης δέ φησι, Καλλίμαχον ἐγκαλεῖν ταῖς Διδασκαλίαις, ὅτι φέρουσιν ὕστερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικᾶν τῶν Νεφελῶν. σαφῶς ἐνταῦθα εἰρημένου, ὅτι πρότερον καθεῖται. λανθάνει δ' αὐτὸν, φησὶν, ὅτι ἐν μὲν ταῖς διδαχθείσαις οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν, ἐν δὲ ταῖς ὕστερον διασκευασθείσαις εἰ λέγεται, οὐδὲν ἄτοπον. αἱ Διδασκαλίαι δὲ δῆλον ὅτι τὰς διδαχθείσας φέρουσι.*

Item ad Aves p. 412. *Λικυμνίαις βολαῖς*) *Ὁ μὲν Καλλίμαχος γράφων οὕτως, Λικυμνίαις βολαῖς φησὶ, ταύτης τῆς διδασκαλίας οὐ μέμνηται.*

Athenaeus XI. p. 496. *Δίφιλος Αἱρησιτειχεῖ. τὸ δὲ δρᾶμα τοῦτο Καλλίμαχος ἐπιγράφει Εὐνοῦχον.* Et paullo infra: *Δίφιλος ἐν Εὐνούχῳ ἢ Στρατιώτῃ. ἔστι δὲ τὸ δρᾶμα διασκευὴ τοῦ Αἱρησιτείχους.*

Etymolog. Magn. v. *Πίναξ. Ὁ Χοιροβοσκὸς εἰς τὸ Ἀνεκφώνητον, λέγει Πίνακας ἐν οἷς αἱ ἀναγραφαὶ ἦσαν τῶν δραμάτων. Ὁ οὖν Καλλίμαχος ἐποίει Πίνακας, ἐν οἷς ἦσαν αἱ ἀναγραφαὶ, παρὰ τῶν Ἀρχαίων οἷς ἐντυχὼν ὁ γραμματικὸς ἐποιήσατο τὰς ὑποθέσεις τῶν δραμάτων.*

Ptolemaeus Hephaeſtio lib. v. *Ὅτι τὸ,*

Καὶ Προκλέους ἵπποι χλωρὰν ψαλάκανθαν ἔχουσιν,

ἀγνοηθὲν Καλλιμάχῳ, Εὐβούλου ἐστὶ τοῦ Κωμικοῦ εἰς Διόνυσον Κωμῳδία. legendum *ἔδουσιν*. Et fortaſſe hoc Fragmentum alio referendum.

ΠΙ-

ΠΙΝΑΞ ΠΑΝΤΟΔΑΠΩΝ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΩΝ.

TABULA LIBRORUM OMNIS GENERIS.

Athenaeus.

Athen. lib. XIV. p. 643. Οἶδα δὲ καὶ Καλλίμαχον, ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν συγγραμμάτων πίνακι, ἀναγράψαντα πλακουντοποιικὰ συγγράμματα Αἰγιμίου καὶ Ἡγησίππου καὶ Μητροβίου, ἔτι δὲ Φαίτου.

Idem lib. VI. p. 244. Τοῦ Χαιρεφῶντος καὶ σύγγραμμα ἀναγράφει Καλλίμαχος ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν πινάκων, γράφων οὕτως· Δεῖπνα ὅσοι ἔγραψαν. Χαιρεφῶν, Κυρηβίων. εἶθ' ἑξῆς τὴν ἀρχὴν ὑπέθηκεν. Ἐπειδή μοι πολλάκις ἐπέστειλας, στίχων τὸ ε. lege Ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν Πίνακι. & Χαιρεφῶν Κυρηβίωνι. vide, si lubet, dissertationem nostram ad Johannem Antiochensem.

Idem lib. I. p. 4. Ἀρχέστρατος ὁ Συρακούσιος ἢ Γελῷος ἐν τῇ, ὡς Χρύσιππος, ἐπιγραφομένῃ Γαστρονομίᾳ· ὡς δὲ Λυγκεὺς καὶ Καλλίμαχος, Ἡδυπαθείᾳ· ὡς δὲ Κλέαρχος, Δειπνολογίᾳ· ὡς δ' ἄλλοι, Ὀψοποιΐᾳ.

Idem lib. II. c. 28. Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος ἐν Ἀσίας Περιηγήσει, εἰ γνήσιον συγγραφέως τὸ βιβλίον. Καλλίμαχος γὰρ αὐτὸ ἀναγράφει, Νησιώτου.

Suidas: Ὠλὴν, Δυμαῖος ἢ Ὑπερβόρειος, ἢ Λύκιος, ἐποποιός· μᾶλλον δὲ Λύκιος ἀπὸ Ξάνθου, ὡς δηλοῖ Καλλίμαχος, καὶ ὁ Πολυΐστωρ ἐν τοῖς περὶ Λυκίας. [Respicit ad H. in Del. vs. 304. RUHNKEN.]

Athenaeus lib. VI. p. 252. Ἀττάλου δὲ βασιλέως ἐγένετο κόλαξ καὶ διδάσκαλος Λυσίμαχος, ὃν Καλλίμαχος μὲν Θεοδώρειον ἀναγράφει. Ἕρμιππος δὲ ἐν τοῖς Θεοφράστου μαθηταῖς καταλέγει.

Diogenes Laërtius in Eudoxo: Οὗτος τὰ μὲν γεωμετρικὰ Ἀρχύτου διήκουσε, τὰ δὲ ἰατρικὰ Φιλιστίωνος τοῦ Σικελιώτου, καθὰ Καλλίμαχος ἐν τοῖς Πίναξί φησι.

Idem in Parmenide: Καὶ αὐτὸς δὲ διὰ ποιημάτων φιλοσοφεῖ, καθάπερ Ἡσίοδος καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς —— Καλλίμαχος δέ φησι μὴ εἶναι αὐτοῦ τὸ ποίημα.

Harpocration v. Ἴων. Ἔγραψε δὲ καὶ φιλόσοφόν τι σύγγραμμα, τὸν Τριαγμὸν ἐπιγραφόμενον, ὅπερ Καλλίμαχος ἀντιλέγεσθαί φησιν, ὡς Ἐπιγένους.

Scholiastes Pindari, de II. Ode Pythiorum. Οἱ μὲν γὰρ οὐδ' ὅλως αὐτόν φασιν Ἐπινίκιον εἶναι. Τίμαιος δὲ, Θυσιαστήριον· Καλλίμαχος δὲ, Νεμεακόν· Ἀμμώνιος δὲ καὶ Καλλίστρατος, Ὀλυμπιακόν.

Proclus in Parmenidem Platonis, nondum editus: Διδάσκαλος μὲν ὁ Παρμενίδης ὤν, μαθητὴς δὲ ὁ Ζήνων, Ἐλεᾶται δὲ ἄμφω, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ διδασκαλείου μεταλαβόντες, καθάπερ καὶ ὁ Καλλίμαχος ἱστόρησεν. [Procli Cod. Regius hoc modo: ἀλλὰ καὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ διδασκαλείου μεταλαβόντε, καθάπερ που καὶ ὁ Νικόμαχος ἱστόρησεν. RUHNKEN.]

ΠΙΝΑΞ ΚΑΙ ΑΝΑΓΡΑΦΗ ΤΩΝ ΡΗΤΟΡΙΚΩΝ.

TABULA ET DESCRIPTIO RHETORICORUM. Athenaeus.

Dionyſius Halicarnaſſenſis, de Dinarcho p. 116. Inter Dinarchi orationes *κατὰ Θεοκρίνου. Ἔνδειξις ὃ πατρὸς Ὦ Ἀθηναῖοι. Τοῦτον Καλλίμαχος ἐν τοῖς Δημοσθένους φέρει.*

Idem Περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος p. 171. Ὁ δὲ περὶ τὴν ἐπιστολὴν καὶ τοὺς πρέσβεις τοὺς παρὰ Φιλίππου ῥηθεὶς λόγος, ὃν ἐπιγράφει Καλλίμαχος ὑπὲρ Ἁλοννήσου.

Idem de Dinarcho p. 112. Ἅμα δὲ ὁρῶν οὐδὲν ἀκριβὲς οὔτε Καλλίμαχον, οὔτε τοὺς ἐκ Περγάμου γραμματικοὺς περὶ αὐτοῦ γράψαντας, ἀλλὰ παρὰ τὸ μηδὲν ἐξετάσαι περὶ αὐτοῦ τῶν ἀκριβεστέρων ἡμαρτηκότας, ὡς μὴ μόνον ἐψεῦσθαι πολλὰ, ἀλλὰ καὶ λόγους τοὺς οὐδὲν μὲν αὐτῷ προσήκοντας, ὡς Δεινάρχου, τούτῳ προστίθεσθαι, τοὺς δὲ ὑπ' αὐτοῦ γραφέντας ἑτέρων εἶναι λέγειν.

Idem de Iſaeo p. 105. Ἔστι δὴ καὶ παρὰ Λυσίᾳ τις λόγος, ὑπὲρ ἀνδρὸς ξένου δίκην φεύγοντος περὶ κλήρου ποιούμενος τὴν ἀπολογίαν· Τοῦτον ἐπιγράφει τὸν λόγον Καλλίμαχος περὶ Φερενίκου ὑπὲρ τοῦ Ἀνδροκλείδου κλήρου.

Scholiaſtes Ariſtoph. ad Aves p. 395. Μέμνηται δὲ καὶ Προδίκου (Ariſtophanes) ἐν Νεφέλαις. Οὐκ ὀρθῶς δὲ ὁ Καλλίμαχος ἐν τοῖς ῥήτορσι καταλέγει. σαφῶς γὰρ ἐν τούτοις φιλόσοφος.

Harpocratio v. Ἐπεπίσκημμα. Ἔστι δὲ καὶ λόγος τις ἐπιγραφόμενος, Δημοσθένης πρὸς Κριτίαν περὶ τοῦ ἐνεπισκήμματος, ὃν Καλλίμαχος μὲν ἀναγράφει ὡς γνήσιον, Διονύσιος δὲ ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ὡς ψευδεπίγραφον.

Athenaeus lib. xv. p. 669. Χαλκοῦς δὲ προσηγορεύθη (Διονύσιος) διὰ τὸ συμβουλεῦσαι Ἀθηναίοις χαλκῷ νομίσματι χρήσασθαι. καὶ τὸν λόγον τοῦτον ἀνέγραψε Καλλίμαχος ἐν τῇ τῶν Ῥητορικῶν ἀναγραφῇ.

ΠΙΝΑΚΕΣ ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ.

TABULAE LEGUM. Athenaeus.

Athenaeus lib. xiii. p. 585. Ἐμμελὴς δ' ἦν πάνυ ἡ Γνάθαινα, καὶ οὐκ ἀνάστειος φθέγξασθαι, ἥτις καὶ Νόμον Συσσιτικὸν συνέγραψε, καθ' ὃν δεῖ τοὺς ἐραστὰς ὡς αὐτὴν καὶ θυγατέρα εἰσιέναι, κατὰ ζῆλον τῶν τὰ τοιαῦτα συνταξαμένων φιλοσόφων. Ἀνέγραψε δ' αὐτὸν ὁ Καλλίμαχος ἐν τῷ τρίτῳ πίνακι τῶν Νόμων, καὶ ἀρχὴν αὐτοῦ τήνδε παρέθετο, ὅδε ὁ νόμος ἴσος ἐγράφη καὶ ὅμοιος στίχων τριακοσίων εἰκοσιτριῶν.

ΠΙ-

ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΥ ΓΛΩΣΣΩΝ ΚΑΙ ΣΥΝΤΑΓΜΑΤΩΝ.

TABULA SCRIPTORUM ET VOCUM INUSITATARUM DEMOCRITI. Suidas.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΤΗΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΙ ΠΟΤΑΜΩΝ.

DE ORBIS TERRARUM FLUMINIBUS. Suidas.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΕΥΡΩΠΗΙ ΠΟΤΑΜΩΝ.

DE EUROPAE FLUMINIBUS. Suidas.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΤΗΙ ΑΣΙΑΙ ΠΟΤΑΜΩΝ.

DE ASIAE FLUMINIBUS.

Strabo lib. IX. p. 397. Οἷον ἐν Συναγωγῇ τῶν Ποταμῶν ὁ Καλλίμαχος γελᾷν φησιν, εἴ τις θαῤῥεῖ γράφειν, τὰς τῶν Ἀθηναίων παρθένους Ἀφύσσασθαι καθαρὸν γάνος Ἠριδανοῖο, οὗ καὶ τὰ βοσκήματα ἀπόσχοιτ' ἄν.

Scholiastes Apollonii Rhodii I. verf. 1165 Καλλίμαχος δὲ ἱστορεῖ περὶ τοῦ ποταμοῦ (Ῥυνδάκου) ἐν τῷ περὶ τῶν κατ' Ἀσίαν ποταμῶν.

Idem lib. II. vf. 906. Καλλίχορος, ποταμὸς Παφλαγονίας, ἱερὸς Διονύσου, περὶ Ἡράκλειαν. οὗ μέμνηται ὁ Καλλίμαχος.

Servius ad Virgilii Eclogam x. *Callimachus Aganippem fontem esse dicit Permessi fluminis.*

ΠΡΟΣ ΠΡΑΞΙΦΑΝΗΝ.

AD PRAXIPHANEM.

Scriptor incertus in vita Arati: Μέμνηται γοῦν αὐτοῦ (Ἀράτου) καὶ Καλλίμαχος ὡς πρεσβυτέρου, οὐ μόνον ἐν τοῖς Ἐπιγράμμασιν, ἀλλὰ

καὶ ἐν τοῖς πρὸς Πραξιφάνην, πάνυ ἐπαινῶν αὐτὸν, ὡς πολυμαθῆ καὶ ἄριστον ποιητήν.

ΣΑΤΥΡΙΚΑ ΔΡΑΜΑΤΑ.

SATYRICAE FABULAE.

Teſte Suida.

ΣΕΜΕΛΗ. SEMELE.

Eodem Auctore.

ΤΡΑΓΩΙΔΙΑΙ. TRAGOEDIAE.

Eodem Auctore.

ΥΜΝΟΙ. HYMNI.

Quorum extant ſex: I. In Jovem. II. Apollinem. III. Dianam. IV. Delum. V. Lavacra Palladis. VI. Cererem.

ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ ΙΣΤΟΡΙΚΑ.

COMMENTARII HISTORICI.

Athenaeus lib. III. c. 15. Ὅτι δὲ ὄντως Ἀφροδίτῃ, μαρτυρεῖ Καλλίμαχος ἢ Ζηνόδοτος ἐν Ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασι γράφων ὧδε· Ἀργεῖοι Ἀφροδίτῃ ὗς θύουσι, καὶ ἡ ἑορτὴ καλεῖται Ὑστήρια.

Harpocration: Ἄκη, πόλις αὐτὴ ἐν Φοινίκῃ, ἣν Νικάνωρ ὁ τὰς Μετονομασιῶν γεγραφὼς, καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι τὴν νῦν Πτολεμαΐδα καλουμένην φασὶν εἶναι.

Scholiaſtes Apollonii I. vſ. 1116. Ἀπολλόδωρός φησι Νηπείας πεδίον ἐν Φρυγίᾳ. Ὁ δὲ Καλλίμαχός φησιν ἐν Ὑπομνήμασι Νέμεσιν εἶναι τὴν τὸ πεδίον κατέχουσαν.

Euſtathius ad M. Odyſſ. p. 478. Καὶ Καλλίμαχος ἐν Ὑπομνήμασι τὴν Ἄρτεμιν ἐπιξενωθῆναί φησι Ἐφέσῳ τῷ Καΰστρου· ἐκβαλλομένην δὲ ὑπὸ τῆς γυναικὸς τὸ μὲν πρῶτον μεταβαλεῖν αὐτὴν εἰς κύνα, εἶτα αὖθις ἐλεήσασαν ἀποκαταστῆσαι εἰς ἄνθρωπον. καὶ αὐτὴν μὲν αἰσχυνθεῖσαν ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι ἀπάγξασθαι. τὴν δὲ θεὰν περιθεῖσαν αὐτῇ τὸν οἰκεῖον κόσμον, Ἑκάτην ὀνομάσαι.

ΧΩΛΙΑΜΒΟΙ. CHOLIAMBI.

Vide in ΙΑΜΒΟΙ.

CALLIMACHEA FRAGMENTA LOCI INCERTI.

CIII.

Καί μιν Ἀλητιάδαι, πουλὺ γεγειότερον
Τοῦδε παρ' Αἰγαίωνι θεῷ τελέοντες ἀγῶνα,
Θήσουσι νίκης σύμβολον Ἰσθμιάδος,
Ζήλῳ τῶν Νεμέηθε. πίτυν δ' ἀποτιμήσουσιν,
Ἣ πρὶν ἀγωνιστὰς ἔστεφε τοὺς Ἐφύρῃ.

Et ipsum (*apium*) Aletiadae, multo hoc antiquiorem
Apud Neptunum deum celebrantes ludum,
Ponent victoriae symbolum Isthmiacae,
Aemulatione Nemeacorum: pinum autem rejicient,
Quae antea coronavit athletas in Ephyra.

Plutarchus Sympos. lib. 5. c. 3. Ἡ μὲν πίτυς ἦν στέμμα τῶν ἀγώνων (τῶν Ἰσθμιακῶν) πάτριον. ἐκ δὲ Νεμέας κατὰ ζῆλον ὁ τοῦ σελίνου ξένος ὢν ἐπεισῆλθε δι' Ἡρακλέα, καὶ κρατήσας ἠμαύρωσεν ἐκεῖνον, ὡς ἱερὸν ἐπιτήδειον. —— Καλλίμαχον δὲ τοῦτο διασαφοῦντα. λέγει δὲ ὁ Ἡρακλῆς αὐτῷ περὶ τοῦ σελίνου,

Καί μιν Ἀλητίδαι πουλὺ γεγειότερον. &c.

Pro Ἀλητίδαι, legendum Ἀλητιάδαι, hoc est, *Corinthii*, ab Alete notissimo illo Corinthi rege & conditore. Unde Pindarus cos appellat *Aletae filios*, Olymp. XIII. Ὕμμιν δὲ, παῖδες Ἀλάτα. ubi Scholiastes: Παῖδας Ἀλήτου, τοὺς Κορινθίους λέγει, ὡς αὐτοῦ ἀπογόνους. Recte autem γεγειότερον. Suidas: Γεγειαι βόες, αἱ ἀρχαῖαι. καὶ ἀρσενικῶς γέγειος. Etymologicon magnum: Γέγειος, ὁ ἀρχαῖος, παρὰ Ἑκαταίῳ, καὶ καλῶν ἦρ' ὅτι, τὼς ὁ γεγειὸς ἔχει λόγος· καὶ, ἤχει γέγεια ἄνθεα μήκωνός τε. Ubi illud non praetermittendum; ex Hecataeo, qui Historias scripsit oratione prosa, minime petita esse ista testimonia; quippe quae Fragmenta sunt versuum. Lego itaque, Γέγειος, ὁ ἀρχαῖος, παρὰ Ἑκαταίῳ καὶ Καλλιμάχῳ (scriptum erat compendiose Καλῳ.)

Ἦ ῥ' ὅτι τὼς ὁ γέγειος ἔχει λόγος ——

καὶ

—— ἤχι γέγεια
Ἄνθεα μήκωνός τε ——

Quae conjectura inde firmatur, quod eandem vocem hic usurpet Callimachus; πυλὺ γεγειότερον. Porro, apud Plutarchum, in versu postremo legitur ῃ casu dativo, & Ἐφύρη recto. sed vicissim emendandum est, ἡ recto & Ἐφύρῃ dativo. Ἡ πίτυς ἔςεφε τὺς Ἐφύρῃ ἀγωνιςάς. Sic in Palladis Lavacris:

Οὐδ' ὄκα τὰν Ἴδᾳ Φρὺξ ἐδίκαζεν ἔριν.

ubi vide quae adnotavimus. Ephyre hic est Corinthus: Corinthii autem erant Isthmiorum δικαςαὶ & ἀθλοθέται; ut Olympiorum Elei. Bentl. Ad h. l. respexisse Steph. Byz. in Ἰσθμὸς, putat Berkelius, ubi est νίκη Ἰσθμιάς. Ernest.

C I V.

Οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικοῖο πόρυ σχάσαντες ἐρετμὰ,
Λᾶα παρὰ ξανθῆς Ἁρμονιης ὄφιος
Ἄςυρον ἐκτίσσαντο. τὸ μὲν Φυγάδων τις ἐνίσποι
Γραικὸς, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας.

Illi quidem in Illyrico mari demittentes remos,
Apud lapidem in flavae Harmoniae serpentis
Urbem condiderunt: quam exulum *urbem* vocaverit
Graecus quis: sed illorum lingua nominavit Polas.

Strabo lib. I. p. 46. Λέγεται πολλὰ τεκμήρια τῆς Ἰάσονος ςρατείας καὶ τῶν ἐπιδιωξάντων Κόλχων, μέχρι τῆς Κρήτης καὶ Ἰταλίας καὶ τῦ Ἀδρίυ· ὧν ἔνια καὶ ὁ Καλλίμαχος ἐπισημαίνεται, —— λέγων περὶ τῶν Κόλχων·
Οἱ μὲν &c.

Et lib. V. p. 215. Ἡ δὲ Πόλα κτίσμα ἐςὶν ἀρχαῖον Κόλχων ἐπὶ τὴν Μήδειαν ἐκπεμφθέντων, διαμαρτόντων δὲ τῆς πράξεως, καὶ καταγνόντων ἑαυτῶν φυγήν;

—— τὸ μὲν φυγάδων τις ἐνίσποι
Γραικὸς (ὡς Καλλίμαχος εἴρηκεν) ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας.

Isaacus Tzetzes ad Lycophronem p. 141. Πόλαι πόλεις εἰσὶν Ἠπείρυ, ὑπὸ Κόλχων κτισθεῖσαι (leg. πόλις & κτισθεῖσα) τῶν καταδιωξάντων τὴν Μήδειαν, καὶ μὴ καταλαβόντων αὐτὴν, καὶ διὰ φόβον Αἰήτυ ἐνταῦθα κατοικησάντων καὶ κτισάντων τὴν πόλιν, ἥτις Κολχίδι φωνῇ Πόλαι καλεῖται. τὸ δὲ Πόλαι Κολχικῶς φυγάδας σημαίνει, ὥς φησι Καλλίμαχος.

Ἄςυρον est urbs quaevis; idem quod ἄςυ: ut supra in libro II. Αἰτίων· Ἄςυρον εἰσάνεκας. Urbs, inquit, Colchico vocabulo Πόλαι dicta, quod Graece verteris, πόλις φυγάδων. Sed in versu secundo vix opus est ut moneam τὸ ὄφιος esse depravatum. Non sum nescius Harmoniam & Cadmum in angues mutatos esse, ut in

in fabula est. Verum in hoc loco, ubi *flavam* Harmoniam nominasset; quod formae muliebri convenit: quam ineptum fuisset, *serpentem* memorare! Sine dubio legendum:

Λᾶα παρὰ ξανθῆς Ἁρμονίης τάφιον.

Apud lapidem flavae Harmoniae sepulchralem.

Λᾶα τάφιον, plane ut in Epigrammate de cippo quodam; λίθον ταφιδίων. Τύμβον etiam Ἁρμονίης hunc tumulum appellant Apollonius Rhodius, & Dionysius in Περιηγήσει. BENTL. Lectionem ὄφιος defendit Cel. Wesseling. ad Itiner. Ant. p. 271. 272. ERNEST.

C V.

Οὔπω σκέλμιον ἔργον εἰς ξόανον ἀλλ' ἐπὶ τεθμὸν
Δὴ νεόγλυφον ὦναξ θεᾶς ἦσθα σανίς·
Ὧδε γὰρ καθιδρύοντο θεοὺς τότε· καὶ γὰρ Ἀθήνης
Ἐν Λίνδῳ Δαναὸς λεῖον ἔθηκεν ἕδος.

Plutarchus apud Eusebium in Praeparat. Evang. lib. III. c. 8. Ἥρας δὲ καὶ Σάμιοι ξύλινον εἶχον εἶδος, (lege ἕδος) ὥς φησι Καλλίμαχος,

Οὔπω σκέλμιον &c. ut jam exhibuimus.

Apponam hic verba Isaaci Vossii ad Catullum p. 259. *Callimachus ἄνα dixit pro ἄνασσα, in versibus, quos adscribemus, prout emendandos esse existimavimus: idque eo libentius, quod viri docti eos admodum difficiles esse crediderint:*

Οὔπως κλείνιον ἔργον ἐῆς ξόαν', ἀλλ' ἐπὶ τεθμοῦ
Δὴν δημιογλύφου, ὦ ἄνα, ἦσθα σανίς.
Ὧδε καθιδρύοντο θεοὺς τότε. καὶ γὰρ Ἀθήνης
Ἐν Λίνδῳ Δαναὸς λιτὸν ἔθηκεν ἕδος.

Τεθμοῦ *idem est quod* θεσμοῦ. *Nequaquam*, inquit, *praeclarum opus fuisti, o statua; quippe tu, o dea, super struem ligneam antiqui & simplicis operis fuisti aliquando asser seu pluteus: ut de hac Samia dea habet Arnobius.* Haec Vossius: sane, si vera fas est dicere, nihilo melius quam docti illi qui difficilem locum esse crediderunt. Neque enim κλείνιος, *praeclarus*, a quoquam usurpata vox est. Solus Hesychius post κλινίδιον habet κλείνιος, ἔνδοξος. Sed locus est depravatus; & scribendum κλεινός, hoc est, κλεινός. Nam apud hunc ει & ι ubique fere confunduntur. Idem alibi: Κλεινός, ὡραῖος, ἔνδοξος, ὀνομαστός. Illud, quod sequitur, ὦ ξόαν', portentum plane est: Quis enim vel fando audivit, ὁ ξόανος pro τὸ ξόανον. Τεθμὸς, inquit, est θεσμὸς, hoc est, *strues lignorum*. Sane τεθμὸς est θεσμὸς, cum hoc *legem* significat & *institutum*: non alias. Neque vero crediderim vel ipsum θεσμὸς notare *congeriem lignorum*. Solus enim hoc prodidit Hesychius; auctor exigua fide; quique ex mendosis codicibus infinita desumsit: ut in hoc ipso loco θεσμοὺς posuit pro θωμοὺς. Postremo ὦ ἄνα, *o rex:*

rex: de Junone dici opinatur Vossius. Quod quam inficetum & prorsus inauditum sit, nihil opus est dicere. Videamus, an haec nobis melius succedant:

Οὔπω Σκέλμιος ἔργον εὔξοον, ἀλλ' ἐπὶ τεθμοῦ
Δηναιοῦ γλυφάνων ἄξοος ἦσθα σανίς.
Ὧδε γὰρ ἱδρύοντο θεοὺς τότε, καὶ γὰρ Ἀθήνης
Ἐν Λίνδῳ Δαναὸς κίον' ἔθηκεν ἕδος.

Nondum Scelmios opus bene politum, sed more
Antiquo sculpturae expers eras asser.
Sic enim tunc deos statuebant. quippe & Minervae
Lindi Danaus columnam posuit pro statua.

Sententia est, *Nondum, o Juno Samia, statua eras in humanam formam effigiata, opus Scelmis statuarii:* (ut nunc es) *sed rudis & indolatus asser.* Scelmis, ut conjicio, nomen artificis, qui Junonem Samiam fecit. Ita apud Pausaniam de hoc vel illo simulachro passim legas, Φειδίου ἔργον, Ἐπειοῦ ἔργον, Πολυκλείτου ἔργον &c. uti hic Σκέλμιος ἔργον. Sic apud Plinium, *opus Praxitelis* &c. Alii quidem artificem hunc, qui hic Scelmis vocatur, Euclidem appellant. Clemens in Protreptico: Τὸ δὲ ἐν Σάμῳ τῆς Ἥρας ξόανον σμίλῃ τῇ Εὐκλείδου πεποιῆσθαι, Ὀλύμπιχος ἐν Σαμιακοῖς ἱστορεῖ. Sed hoc leve est; nam quoties in rebus hujusmodi diversa prodiderunt auctores. Bene vero, σανὶς γλυφάνων ἄξοος, *asser scalpro non rasus.* Bene etiam, *more antiquo.* Clemens in Protreptico. Ἐν Ἰκάρῳ τῆς Ἀρτέμιδος τὸ ἄγαλμα ξύλον ἦν οὐκ εἰργασμένον (*lignum indolatum,* ut vertit Arnobius lib. 6.) Καὶ τὸ τῆς Σαμίας Ἥρας, ὥς φησιν Ἀέθλιος, πρότερον μὲν ἦν σανίς. ὕστερον δὲ ἐπὶ Προκλέους ἄρχοντος, ἀνδριαντοειδὲς ἐγένετο. Arnobius ibidem: *Atque ut Aethlius memorat, ante usum disciplinamque fictorum* (a recto, fictores) *pluteum Samios coluisse pro Junone.* Tertullianus contra Gentes: *Ceres farrea, quae rudi palo & informi ligno prostat.* Sic in Oedip. Colon. Sophocles de luco Eumenidum loquens, Κἀπὶ σεμνῶν ἑζομένῳ βάθρον τόδ' ἀσκέπαρνον. Schol. ἀσκέπαρνον, ἄγλυφον, καὶ ἀπελέκητον, καὶ ἄξεστον, οὐκ εἰργασμένον. Recte autem, ut opinor, in versu ultimo emendatum, κίον' ἔθηκεν ἕδος. Priscis enim temporibus columnae pro Deorum simulachris positae sunt. Clemens ibidem: Οἱ παλαιότεροι ξύλα ἱδρύοντο περιφανῆ, καὶ κίονας ἵστων ἐκ λίθων. Idem Strom. lib. I. p. 151. Πρὶν γ' οὖν ἀκριβωθῆναι τὰς τῶν ἀγαλμάτων σχέσεις, κίονας ἱστάντες οἱ παλαιοὶ ἔσεβον τούτους ὡς ἀφιδρύματα τοῦ θεοῦ: vide plura ibi ex Scriptoribus Φορωνίδος & Εὐρωπίας. Denique hic ipse Danaus, de quo loquitur Callimachus, Jovi & Dianae *columnas* posuisse dicitur pro statuis. Pausanias Corinth. p. 61. Δαναὸς δὲ ταῦτά γε ἀνέθηκε, καὶ πλησίον κίονας ἐς Διὸς καὶ Ἀρτέμιδος ξόανον. Poteris etiam legere, Οὔπω Κέλμιος ἔργον, vel Κέλμιον. Κέλμις unus ex Idaeis Dactylis, ferri inventor. Unde proverbium. Κέλμις ἐν σιδήρῳ. Vide Zenobium. Memorat etiam Clemens Strom. I. p. 132. Κέλμις τε αὖ καὶ Δαμναμενεὺς οἱ τῶν Ἰδαίων Δάκτυλοι, πρῶτοι σίδηρον εὗρον ἐν Κύπρῳ, ὁ δὲ ἄλλος Ἰδαῖος εὗρε.

ειρε χαλκȣ κρᾶσιν. Sententia erit, *Nondum eras ſtatua ferrea, ſive aerea, ex materia quam Celmis invenit.* Vel, *Nondum fabricata eras inſtrumentis ferreis ſtatuariorum.* Atque haec quidem, ut pro certis venditare nolim, Voſſianis ſaltem non deteriora eſſe auſim polliceri. BENTL. Longe melius, quam Iſ. Voſſio, res ſucceſſit Bentlejo. Sed in Σκέλμιος eſt mera conjectura, nullo nixa fundamento. Tractavit etiam hoc argumentum Kuhnius ad Pauſan. VII. 3. p. 531. & ad Polluc. I. 7. n. 45. qui Κέλμιον legit. Id ipſum quoque ſine hiſtoria, quae nullo modo ſinit huic Dactylo tribui ſignum Junonis, cum illius tempore adhuc rudes eſſent ſtatuae Deorum, ut bene monet Cel. Weſſelingius Probab. cap. 34. qui probat conjecturam repudiatam a Kuhnio Σμίλιον ἔργον, vel Σμίλιδος, *opus Smilidis* Euclidis filii, cujus mentio apud Pauſan. VII. 4. Kuhnium ſequitur Corſinus Faſt. Att. Tom. I. p. 325. ERNEST.

C V I.

Καὶ γὰρ ἐγὼ τὰ μὲν ὅσσα καρήατι τήμος ἔδωκα,
  Ξανθὰ σὺν εὐόδμοις ἀκραλιπῆ ςεφάνοις,
Ἄπνοα πάνθ' ἐγένοντο παραχρῆμ'. ὅσσά τ' ὀδόντων
  Ἔνδοθι, νειαίρην τ' εἰς ἀχάριςον ἔδυ,
Καὶ τῶν οὐδὲν ἔμεινεν εἰς αὔριον. ὅσσα δ' ἀκȣαῖς
  Εἰσεθέμην, ἔτι μοι μοῦνα πάρεςι τάδε.

Etenim quaecunque ego capiti tum dedi,
  Unguenta cum ſuaveolentibus coronis,
Inodora omnia ſtatim facta ſunt: quaecunque etiam intra
  Dentes & ingratum ventrem ierunt,
Horum quoque nihil manſit in craſtinum: quae vero auribus
  Indidi, haec ſola nunc mihi adſunt.

Extat apud Stobaeum Titulo LXXXI. Verſum ſecundum ſic emendat magnus Grotius:

Ἄνθε' σὺν εὐόδμοις ἀκραλιφῆ ςεφάνοις.

ἀκραλιφῆ autem *unguentata* interpretatur, tanquam ab ἄλειφαρ. ut πισαλιφης, νηλιφης, & ſimilia. Paucis, ni fallor, arridebit haec conjectura. Nihil tamen in mentem venit, quod vel mihi veri ſimile videatur. BENTL. Perplacet mihi Cel. Valkenarii correctio:

Ξάνθε, σὺν εὐόδμοις ἁβρὰ λίπη ςεφάνοις.

molle unguentum cum fragrantibus coronis.

Cete-

Ceterum ex Elegis hoc fragmentum esse, idem recte, meo judicio, conjicit. ERNEST. Latinis versibus eleganter expressit M. A. Muretus Poëm. lib. I. p. 49. RUHNKEN.

C V I I.

Αἴθε γὰρ ὦ κώροισιν ἐπ' ὄμματα λίχνα φέροντες,
Ἔρχιος ὡς ὑμῖν ὤρισε παιδοφιλεῖν,
Ὧδε νέων ἐράοιτε, πόλιν κ' εὔανδρον ἔχοιτε.

Utinam enim, o qui in pueros oculos patrantes conjicitis,
Ut vos Erchius amare instituit,
Sic eos amaretis: civitatem quidem haberetis viris fortibus abundantem.

Lucianus in Ἔρωτες. Καὶ ἔγωγε τὸ Καλλιμάχειον ἐπὶ τέλει τοῦ λόγου ἡδέως προσθείην ἂν ἅπασι κήρυγμα, Αἴθε γὰρ &c. BENTL. Ἔρχιον Cel. Gesnerus putat esse Xenophontem, qui fuit Ἐρχιεύς, e tribu Erchiensi, & respici ad locum Memorab. Socr. I. p. 716. B. De Ἔρχιος a tribu Ἐρχία repetendo etiam in mentem venerat Annae Fabri p. 345. Enimvero nec Callimachus poëtica licentia Ἔρχιος pro Ἐρχιεύς dixit, nec Xenophontis locum in animo habuit. Nulla enim hoc in loco puerorum amandorum norma traditur, sed simpliciter tantum narratur, qua ratione Socrates Critiam ab Euthydemi amore revocare instituerit. Quod si Callimachus aliquem ex antiquitate sapientem virum, auctoritatis gratia, laudare voluisset, non Xenophontem, sed Solonem commemorasset, quem puerorum amorem certis legibus temperasse constat. Simplicissimum igitur fuerit dicere, aliquem sive Ἔρχιον sive Ἐρξίαν a Callimacho laudari propter pudorem ἐν τῷ παιδοφιλεῖν talem ac tantum, ut aliis hoc ingenio & his moribus recte amandi regulam dederit. RUHNKEN.

C V I I I.

Τοῖς μὲν ἀεισκύδης εὖνις ἀνῆκε Διὸς
Ἄργος ἔχειν, ἴδιόν περ ἐὸν λάχος· ἀλλὰ γενέθλη
Ζηνὸς ὅπως σκοτίη τρηχὺς ἄεθλος ἔοι.

His quidem iracunda Jovis conjux permisit
Argos habere, quamvis portio sua esset: sed tamen ut soboli
Jovis nothae asperum foret certamen.

Pin-

Pindari Scholiastes, x. Nem. Ἄργος Ἥρας δῶμα] καὶ Καλλίμαχος·

Ταὶ μὲν ἀρισκύδης εὖνις ἔθηκε Διὸς
Ἄργος ἔθειν, ἴδιόν περ ἑὸν λάχος· ἀλλὰ γενέθλη
Ζηνὸς ὅπως σκοτίη τρηχὺς ἄεθλος ἔοι.

Recte hic locus & emendatus & explicatus est a viro ingenioso Andrea Dacerio.

C I X.

Καὶ γὰρ ὁ Θρηϊκίην μὲν ἀπέστυγε χανδὸν ἄμυστιν
Ζωροποτεῖν· ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ.
Τῷ μὲν ἐγὼ τόδ' ἔλεξα, περιστείχοντος ἀλείσου
Τὸ τρίτον.

Ille etenim aversabatur Thraciam amystin
Ingurgitare: parvo autem cissybio delectabatur.
Cui equidem hoc dixi, cum poculum circumiret
Tertio.

Athenaeus lib. XI. p. 477. Καλλίμαχος δ' ἔοικε διαμαρτάνειν ἐν τῇ συγχρήσει (vel συγχύσει ut Casaub.) τῶν ὀνομάτων, λέγων ἐπὶ τοῦ οἰκείου ξένου τοῦ παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ Πόλλιδι συνεστιαθέντος αὐτῷ,

Καὶ γὰρ ὁ Θρηϊκίην μὲν ἀπήνατο χανδὸν ἄμυστιν &c.

Ὁ γὰρ λέγων ἄλεισον τὸ αὐτὸ καὶ κισσύβιον, τὴν ἀκριβῆ θέσιν τῶν ὀνομάτων οὐ διαφυλάττει. Castigat Callimachum Athenaeus, quod in his versibus idem poculum κισσύβιον vocaverit & statim ἄλεισον: cum inter se plane diversa sint. Sed pace dicam Athenaei; non est hujus culpae affinis Callimachus. Non enim ἄλεισον illud, quo in illo convivio utebantur, vocat κισσύβιον: sed ait, Hospitem illum *alias* parvo κισσυβίῳ bibere solitum, utpote hominem vitae siccae & sobriae. Imo etsi in ipso illo convivio etiam κισσυβίῳ bibisse dicas, nihilo tamen minus aliud κισσύβιον, aliud ἄλεισον: quippe ἄλεισον *circumibat* reliquis convivis commune; κισσύβιον autem proprium erat solius hospitis.

Pro ἀπήνατο apud Athenaeum, recte corrigunt ἀνήνατο. sed alibi apud Athenaeum habetur ἀπέστυγε. lib. X. p. 442. Πάντες οἱ Θρᾶκες πολυπόται. διὸ καὶ Καλλίμαχος,

Καὶ γὰρ ὁ Θρηϊκίην μὲν ἀπέστυγε χανδὸν ἄμυστιν
Οἰνοποτεῖν, ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ.

Quae melior lectio est. Sic Hymno in Delum vs. 223.

Ἄλλαι μὲν πᾶσαί μιν ἀπέστυγον, οὐδ' ἐδέχοντο.

& in Hecale:

Ἑσπέριον φιλέουσιν, ἀποστυγέουσιν ἑῷον.

Laudat haec Callimachi etiam Macrobius Saturn. V. 21. *Sed & Callimachus meminit hujus poculi*: Καὶ γὰρ ——— κισσυβίῳ. BENTL.

In

In Epitom. MS. Reg. Athenaei L. X. pro καὶ τὸ est αὐτὰρ, & in altero versu οἰνοπότιν: hoc certe vitiose. Quod ad ἀνήνατο attinet, Callimachus verbo ἀνήνασθαι hoc sensu usus est H. in Del. v. 46. & nescio quomodo magis huic lectioni faveo, praesertim cum & Macrobius habeat ἀπήνατο. Ad Elegos videtur pertinere. ERNEST.

C X.

Τοὔνεκα καὶ νέκυες πορθμήιον οὔτι φέρονται
Μούνῃ ἐνὶ πτολίων, ὅγε πάτριον οἴσεμεν ἄλλους
Ἐν στομάτεσσι νεὼς Ἀχεροντείας ἐπίβαθρον,
Δανάκην.

Quamobrem & mortui naulum non ferunt
In ea sola urbium: quod institutum est alios ferre
In ore, mercedem pro nave Acherontica conscendenda.

Etymol. Mag. Δανάκης, νομίσματός ὄνομα βαρβαρικὸν, πλέον ὀβολοῦ, ὃ τοῖς νεκροῖς ἐν τοῖς στόμασι ἐτίθεσαν. Καλλίμαχος·

Τοὔνεκα καὶ νέκυες πορθμήϊον οὔτι φέρονται
Μούνη ἐπιπτολίων ὅτε θυμιονησέμεν ἀλλ' οὐσάνοις
Ἐν στομάτεσσι νεὼς Ἀχερουσίας ἐπὶ βάθρον δανάκη.

Ἀχερουσία δὲ ἐστι λίμνη ἐν Ἅδου. Quem locum sicuti edidimus, restituit Casaubonus ad Theocr. c. 4. Suidas: Πορθμήιον, ὁ μισθὸς τοῦ ναύτου. Καλλίμαχος· Τοὔνεκα καὶ νέκυες πορθμήϊον οὔτι φέρονται. Ἐν Αἰγιαλῷ τὸ καταβάσιόν ἐστιν ᾅδου, ἐς ὃ ἀπελθοῦσα ἡ Δημήτηρ, ἔμαθε παρὰ τῶν περιοίκων περὶ τῆς κόρης. καὶ ἐδωρήσατο αὐτοῖς, ὥς λέγει, ἄφεσιν τοῦ πορθμίου. Idem: Ἀχερουσία ἐστὶ λιμὴν (lege λίμνη) ἐν ᾅδου, ἣν διαπορθμεύονται οἱ τελευτῶντες, τὸ νόμισμα, ὅπερ δανάκη καλεῖται, τῷ πορθμεῖ διδόντες. Idem: Δανάκη, τοῦτο νομίσματός ἐστιν ὄνομα, ὃ τοῖς νεκροῖς ἐδίδοσαν πάλαι συγκηδεύοντες, ὡς Ἀχερουσίας ἐπίβαθρον. Pollux lib. IX. c. 6. Καὶ μὴν καὶ τὴν δανάκην εἶναί τινές φασι νόμισμα Περσικόν. Recte Cod. MStus Is. Vossii: τὴν δανάκην. BENTL. Tentavit etiam hoc fragmentum post Casaubonum ad Strabon. VIII. p. 573. Salmas. de Usur. p. 427. male, ut recte judicat magnus vir, Hemsterhusius ad Lucian. T. I. p. 422. qui in eo dissentit a Casaubono, quod hic locum proferri putat ritus illustrandi causa: ipse credit, propter verbum δανάκη, quo verbo Callimachus forte solus eo sensu usus sit, novare verba gaudens. Certe Grammatici in glossariis non res, sed verba amplectuntur. Non igitur verbum δανάκην erat omittendum, sed uti initium quarti versus ponendum, ut nos fecimus. Ceterum ex Hecale esse hoc fragmentum, recte judicat idem Hemsterhusius. ERNEST.

C X I.

C X I.

Ἔνθ' ἀνέμων μεγάλων κῦμα διωλύγιον
*   *   *   *

Τρίσμακαρ ἢ παύρων ὄλβιος ἔστι μέτα,
Ναυτιλίης ὃς νῆιν ἔχει βίον· ἀλλ' ἐμὸς αἰὼν
Κύμασιν αἰθυίης μᾶλλον ἐσωκίσατο.

Ibi ventorum magnorum fluctus vastus
*   *   *   *

Ter beatus, aut felix est cum paucis,
Qui navigationis expertem ducit vitam: meum vero aevum
In fluctibus versatur plus mergo.

Locus hic, sed valde corruptus, extat apud Stobaeum Serm. LVII.

Τρίσμακαρ, ἢ παύρων ὄλβιός ἐστι μέγα
Ναυτιλίῃσιν ἣν ἔχεις βίον.

Grotius sic legit:

Ναυτιλίης ἀπάνευθ' ὃς ἔχει βίον.

Nos, ni fallor, & elegantiorem lectionem & vulgatae propiorem exhibuimus: νῆιν ναυτιλίης, *ignaram, expertem maris.* Dionysius de situ Orbis:

Νηΐδες ἀσταχύων, καὶ ἀπεύθεες ἀμητοῖο.

Et Apollonius lib. II. vs. 419. de ipsa navigatione:

—— πῶς αὖτε τόσην ἁλὸς εἶμι κέλευθον,
Νῆις ἐὼν ἑτάροις ἅμα νήεσιν.

Quid vero est, μέγα παύρων ὄλβιος? μέγα ὄλβιος recte quidem dicitur ut μέγα εὐδαίμονες apud Xenophontem, & passim similia apud Poëtas: sed de παύρων quid tum fiet? legerim, μετὰ παύρων, *cum paucis:* aut μετὰ παύροις, *inter paucos*, vel fortasse, Τρίσμακαρ ἢ 'ν παύροις ὄλβιος ἔστι μέγα. Pars hujus Fragmenti habetur etiam apud Arati Scholiastem p. 40. Καὶ Καλλίμαχος· Ἀλλ' ἐμὸς αἰὼν κύμασιν αἰθυίης ἐσωκίσατο. Quae corrigenda sunt ex ante dictis. BENTL. Versu primo ἔνθ' corrige εὖτ'. Dacieriae correctionem πνεῦμα pro κῦμα non puto esse necessariam. In sequente versu Cl. Valkenarius corrigit εἰ, & verba accipit in parenthesi: *Ter beatus (si potest paucis contentus esse, beatus sibi videri) qui &c.* De verbo ἐσωκίσατο vid. Cel. Hemsterhus. ad Xenoph. Ephes. in Obs. Misc. VI. p. 349. ERNEST. Ut Callimacheam agnoscas, eadem est comparatio Epigr. LXII. —— οὐδὲ γὰρ αὐτὸς Ἥσυχος, αἰθυίης δ' ἶσα θαλασσοπορεῖ· hoc enim malo, quam Ἥσυχον· nec dubitaverim hoc ipsum fragmen ad Epigrammata Callimachi refer-

referre. Mergi poëtis placuerunt, cum quibus piscatorum marinorum, nautarumque jactatam pelago vitam conferrent: praeivit Homerus, modo sint Homeri versus, quos profert Herodot. in Ejus vit. c. 19. Ποντοπόροι ναῦται . . . . . . Πτώχασιν αἰθυίῃσιν βίον δυσζηλον ἔχοντες. Ἴκελοι κολυμβοῖσιν (nisi quis anteponat κολυμβάσιν ex Stobaeo) αἰθυίῃσι in Arati Phaen. vs. 296. quamquam κολυμβὶς & κολυμβίδες apud Hesychium. Vid. Leonid. Anthol. III. 22., Ep. 20. & c. 24. Ep. 21. Halcyones eundem usum praestant: Apollon. Rh. IV. 364. quem versum aptissime cum Pacuvii comparavit magnus Scaliger Conj. ad Varron. de L. L. p. 148. Sic λαρε βίον ζῇν in Aeliani Epist. XVIII. Adde Columell. Praef. lib. I. §. 8. Porro νῆϊς, vox admirabiliter a Bentlejo restituta, occurrit etiam in versu, quem ex Elegis esse Callimachi depromtum mihi persuadeo, apud Hephaest. p. 54. Νήϊδες οἱ Μέσης οὐκ ἐγένοντο φίλοι· compone: φίλοι, οἱ οὐκ ἐγένοντο νήϊδες Μέσης· quod ut moneam, in caussa est Pauwius imperite tricatus. HEMSTERH.

CXII.

Καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη,
Μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης.

Calliste antea, post vero nomine There,
Mater patriae nostrae fortes equos alentis.

Strabo lib. XVII. p. 837. Ἔστι δὲ (Κυρήνη) Θηραίων κτίσμα, Λακωνικῆς νήσου, ἣν καὶ Καλλίστην ὠνόμαζον τὸ παλαιὸν, ὥς φησι καὶ Καλλίμαχος· Καλλίστη τὸ πάροιθε &c. Idem VIII. p. 347. Πλεύσαντες εἰς τὴν μεταξὺ Κυρηναίας καὶ τῆς Κρήτης νῆσον, Καλλίστην τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρην, ὥς φησι Καλλίμαχος.

CXIII.

Αἰγλήτην Ἀνάφην τε Λακωνίδι γείτονα Θήρῃ.
καὶ,
Ἀρχόμενος, ὡς Ἥρωες ἀπ' Αἰήταο Κυταίου
Αὖθις ἐς ἀρχαίην ἔπλεον Αἱμονίην.

Aegletem, Anaphenque Laconidi Therae propinquam.
&,
Incipientes; ut Heroës ab Aeeta Cytaeo
Rursum ad antiquam Haemoniam navigarunt.

Strabo lib. I. p. 46. Λέγεται πολλὰ τεκμήρια τῆς Ἰάσονος στρατείας, ὧν ἔνια καὶ ὁ Καλλίμαχος ἐπισημαίνεται, τότε μὲν

Αἰ-

Αἰγλήτην Ἀνάφην τε Λακωνίδι γείτονα Θήρῃ,
λεγων ἀρχόμενος,
Ὡς ἥρωες ἀπ' Αἰήταο Κυταίου
Αὖθις ἐς ἀρχαίαν ἔπλεον Αἱμονίην.

Loci emendationem Caſaubono debes.

C X I V.

Ἁ ναῦς, ἃ τὸ μόνον φέγγος ἐμὶν τὸ γλυκὺ τᾶς ζοᾶς
Ἁρπάξας, ποτί τε Ζανὸς ἱκνεῦμαι λιμενοσκόπω.

Navis, quae unicam mihi lucem dulcem vitae
Rapuiſti, obſecro te per Jovem portuum inſpectorem.

Anthologia Epigrammatum MSta: Καλλιμάχου τετράμετρον ἑκκαιδεκασυλλαβικὸν, οὐδὲ τοῦτο τέλειον·

Ἁ ναῦς ἄτομον φέγγος ἐμεὶν τὸ γλυκὺ τᾶς ζοᾶς
Ἁρπάξας, ποτὶ τε Ζανὸς ἱκνεῦμαι λιμενοσκόπω.

Recte, ni fallor, emendavimus. legere etiam poteris:

Ἁ ναῦς, ἁμίτομον φέγγος ἐμὶν τὸ γλυκὺ τᾶς ζοᾶς
Ἁρπάξασα, ποτὶ Ζανὸς ἱκνεῦμαι &c.

ἁμίτομον, ut Horatius de Virgilio: *Et ſerves animae* dimidium *meae*. ſed illud verius.

C X V.

Ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰγαῖον διατμήξας ἀπ' οἰνηρῆς
Χίου
Ἀμφορεὺς, πολὺς δὲ Λεσβίης ἄωτον νέκταρ οἴνανθες
ἄγων.

Multa quidem venit Aegeum tranans a vinoſa
Chio
Amphora; multa quoque ferens nectar florem vitis Lesbiae.

Anthologia Epigr. inedita: Καλλιμάχου τετράμετρον Βακχικόν. ἔστι δ' οὐ τέλειον ἐπίγραμμα. Ἔρχεται &c. Ubi pro τετράμετρον Βακχικὸν, dixiſſe oportuit πεντάμετρον τροχαϊκόν. Hephaeſtion de metro Trochaico p. 19. Καὶ τῷ πενταμέτρῳ δὲ, καὶ περιττῷ τετραμέτρῳ, πολλοὺς κεχρῆσθαι συμβέβηκεν, οἷόν ἐστι καὶ τὸ Καλλιμάχου,

Ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰγαῖον διατμήξας ἀπ' οἰνηρῆς Χίου.

Nota διατμήξας, pro quo in Anthologia διαθμήξας, ſententia eadem, voce magis poëtica.

C X V I.

Ἔνεστ' Ἀπόλλων τῷ χορῷ, τῆς λύρης ἀκέω·
Καὶ τῶν Ἐρώτων ἠσθόμην, ἔστι κ' Ἀφροδίτη.

In choro eſt Apollo; lyram enim audio:
Et Amores ſentio; eſt etiam & Venus.

Hephaeſtion p. 55. περὶ Ἀσυναρτήτων. Παρὰ δὲ Καλλιμάχῳ· Ἔνεστ' Ἀπόλλων &c.

C X V I I.

Ἑρμᾶς ὅπερ Φεραῖος αἰνεῖ θεὸς,
Ἐμμὶ τῶ φυγαίχμα.

Quod Mercurius deus Pheraeus laudat,
Sum viri imbellis.

Hephaeſtion p. 19. Οἱ δὲ μετὰ ταῦτα καὶ ἐπήγαγον αὐτὸ (τὸ Ἰθυφαλλικὸν) Ἰαμβείῳ, ὥσπερ ὁ Καλλίμαχος, Ἑρμᾶς ὅπερ &c.

C X V I I I.

Ἡ παῖς ἡ κατάκλειστος,
Τὴν οἱ φασι τεκόντες
Εὐναίους ὀαρισμοὺς
Ἔχθειν ἶσον ὀλέθρῳ.

Puella illa concluſa,
Quam ajunt parentes
Venereas confabulationes
Pejus morte odiſſe.

Hephaeſtion p. 66. & 63. ὡς τὸ Καλλιμάχειον τοῦτο ποιημάτιον, Ἡ παῖς &c. Bentl. Παῖδες αἱ κατάκλειστοι, ὡς citat Salmaſius memoriae fidens ad Tertull. Pall. p. 177. Παῖς κατάκλειστος Propertio III. 12. 23. dicitur *clauſa puella*. Philo Jud. T. II. p. 530. γύναια κατάκλειστα, μηδὲ τὴν αὔλειον προερχόμενα, καὶ θαλαμευόμεναι παρθένοι. De virginum cuſtodia & hoc ipſo epitheto exquiſita eruditione diſputat Iſ. Caſaubon. Exerc. adv. Baron. p. 118. Callimachum etiam hanc in rem adducens. add. J. Gebhard. Cre-

Crepund. III. 15. Bene Jos. Scaliger hoc fragmentum comparat cum Catulli Carm. in Com. Berenices vs. 15. 16.

Estne novis nuptis odio Venus? anne parentum
Frustrantur falsis gaudia lacrymulis,
Ubertim thalami quas intra limina fundunt? Ruhnken.

C X I X.

Πρῶτος ἐπεὶ τὸν ταῦρον ἐκαίνισεν, ὃς τὸν ὄλεθρον
Εὗρε τὸν ἐν χαλκῷ καὶ πυρὶ γινόμενον.

Quandoquidem primus taurum imbuit, qui necem
Excogitavit in aere atque igni.

Scholiastes Pindari 1. Pyth. Τὸν δὲ Φαλάριδος ταῦρον οἱ Ἀκραγαντῖνοι κατεπόντωσαν, ὥς φησι Τίμαιος. Τὸν γὰρ ἐν τῇ πόλει δεικνύμενον μὴ εἶναι τοῦ Φαλάριδος, καθάπερ ἡ πολλὴ κατέχει δόξα, ἀλλ᾽ εἰκών ἐστι Γέλωνος τοῦ ποταμοῦ. κατασκευάσαι δὲ αὐτὴν φασι Περίλαον, καὶ πρῶτον ἐν αὐτῷ κατακαῆναι. καὶ Καλλίμαχος·

Πρῶτος ἐπεὶ τὸν ταῦρον ἐκαίνισεν, ὃς τὸν ὄλεθρον
Εὗρε τὸν ἐν χαλκῷ καὶ πυρὶ γινόμενον.

Recte ὃς. Et sane aliud agebat ingeniosissima Interpres, cum reponeret οἳ. Bentl. Hoc fragmentum sic conjungendum videtur cum Fr. CXCIV.

Τὴν κείνου Φάλαρις πρᾶξιν ἀπεπλάσατο·
Πρῶτος ἐπεὶ τὸν ταῦρον ἐκαίνισεν, ὃς τὸν ὄλεθρον
Εὗρε τὸν ἐν χαλκῷ καὶ πυρὶ γινόμενον.

Refero autem hos versus ad secundum librum Αἰτίων, indicio Plutarchi Parallel. p. 315. C. Egregie ἐκαίνισεν, *imbuit*, *dedicavit*. Vid. Interpp. Ep. ad Hebraeos IX. 18. Loquendi formam expressit Ovid. Art. Am. I. vs. 654. 655.

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit. infelix imbuit *auctor opus.*

& Trist. III. 11. 51. 52.

——— *at Phalaris, poenae mirande repertor,*
Ipse tuum princeps imbue, *dixit*, *opus.*

Sic Nic. Heinsius ingeniose correxit pro *praesens imbue*, cujus conjectura firmatur Callimachi verbis, πρῶτος ἐκαίνισεν. Quod P. Burmannus objicit, *imbue* jam notare principem esse, qui illud opus dedicaret, id nullius momenti est. Nam praeter Callimachum sic etiam locutus est Catullus Epith. Pel. & Thet. vs. 11. *Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten.* Ruhnken.

C X X.

Χαῖρε βαρυσκίπων, ἐπίταϰτα μὲν ἑξάκι δοιά,
Ἐκ δ' αὐταγρεσίης πολλάκι πολλὰ καμών.

Salve, o clavam gravem gerens, qui juſſus quidem duodecim,
Sponte vero multoties multos labores perfeciſti.

Scholiaſtes Pindari III. Nem. Διηρεύνησέ τ' ἰδίᾳ) ἀντὶ τοῦ, ἀφ' ἑαυτοῦ, οὐκ ἐπιτάξαντος Εὐρυσθέως, ἀλλὰ κατὰ τὸ φιλόπονον αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἠρεύνησε. Καλλίμαχος·

Χαῖρε βαρυσκίπων, ἐπίταϰτα μὲν ἑξάκι δοιὰ,
Ἐκ δ' αὐτ' ἀγρεσίης πολλάκι πολλὰ καμών.

Pro αὐτ' ἀγρεσίης, lege αὐταγρεσίης. Αὐτάγρετος eſt αὐθαίρετος, unde αὐταγρεσίη. Sed ἀγρεσίη nihil niſi *venatio* eſt, quae nullum hic locum habet. BENTL. Ex Hymno in Herculem petitum videtur; huc ducit χαῖρε in Hymnis, qui ſuperſunt, frequens. Ἐκ δ' αὐθαιρεσίης emendavit Henr. Valeſ. ad Exc. ex Nicol. Damaſc. p. 67. 122. optime, ſi ſenſum ſpectes; ſi veterem labem, multum praeſtat medica Bentleji manus. Κἀυτάγρετοι λείπουσιν ἡλίου φάη Simonid. in iſtis egregiis apud Stobaeum reliquiis p. 529. & Neoptol. p. 602. Sophoclí redonandam eſſe vocem cenſeo in Oed. Tyr. vſ. 1240. cujus veſtigium ſervat Schol. HEMSTERH.

C X X I.

Ἕλλετε νῦν. ἐλέγοισι δ' ἀνιψήσασθε λιπώσας
Χεῖρας, ἵνα μοι πουλὺ μένουσιν ἔτος.

Faceſſite nunc, & elegis abſtergite madentes pingui
Manus; ubi multos manebunt annos.

Pindari Scholiaſtes IV. Nem. Ἐὰν γε χωρὶς χαρίτων γράφηται ὁ λόγος, ἀπόλωλε καὶ ἔσβεσται. ἐὰν δὲ μετὰ χαρίτων, μένει πρὸς αἰῶνα εὔδηλα. καὶ Καλλίμαχος· Ἕλλατε νῦν, ἐλέγοισι δ' ἀνιψήσασθε λιπάσας χεῖρας, ἵνα μοι πολὺ μένουσιν ἔτος. Legendum arbitror: μένει πρὸς αἰῶνα. διὸ καὶ Καλλ. Et pro Ἕλλατε lego Ἕλλετε, hoc eſt, ἔῤῥετε, *abite in malam rem:* ſic noſter infra ex Euſtathio; Ἕλλετε βασκανίης ὀλοὸν γένος. Ἐνιψήσασθε autem compoſitum a ψάω ψῶμαι Verſiculum poſteriorem non poſſum reſtituere. *Manus abſtergere Elegis*; tanquam ſi eſſent *Annales Voluſi, cacata charta.* Horatius:

Cum

Cum scriptore meo capra porrectus aperta
Deferar in vicum vendentem thus & odores,
Et piper & quicquid chartis amicitur ineptis. BENTL.

Equidem hos versus sensu longe diverso & plane contrario bonam in partem esse capiendos existimo. Cum Pindari loco Gratiarumque mentione Scholiastae institutum si conferas, hoc omnino colligendum videtur, Charitas Callimachum invocare, easque jubere suos in Elegos manus fragrantes abstergere, ut conciliata venustate cunctis probati perennent. Quare Ἔλλετε νῦν expono, *Adeste nunc, Gratiae*; vel *Agite nunc.* Ἔλλετε idem esse κατὰ γλῶσσάν τινα, quod ἔῤῥετε, ex Heraclide notavit Eustath. ad Il. I. p. 756. 36. adposito, qui inferius habetur Fr. CCXCII. Callimachi versu: Ἔλλετε βασκανίης ὀλοὸν γένος ——: verum est, quae deterior hic loci valet vis *abeundi in malam rem*, etiam in ἔῤῥε & ἔῤῥετε maxime frequentari: sed quemadmodum in ἔῤῥειν vel ἐῤῥεῖν mollior itidem haeret & simplex *eundi*, *veniendi* potestas, ut vel ex Hesychio solo satis constat, sic nihil est, cur eandem ab ἔλλειν removeamus, praesertim in Callimacho, maximo illo, qualem jure vocat Bentlejus ad Fr. CXXVIII. novatore: rationem in verbo οἴχεσθαι plane similem animadvertere licet. Jam nitidum hunc orationis figuratae cultum veteribus haud displicuisse Theocritus ostendit Eid. XVII. 36. Τῆς μὲν Κύπρον ἔχοισα Διώνας πότνια κούρα Κόλπον ἐς εὐώδη ῥαδινὰς ἐπεμάξατο χεῖρας· possis ἐνεμάξατο· malo tamen ἀπεμάξατο, quod praebet Scholiastes, qui breviter & commode sententiam explanat: ἡ Ἀφροδίτη, φησὶ, αὐτῆς εἰς τὸν κόλπον ἀπεμάξατο τὰς χεῖρας, τουτέστιν, ἐπαφρόδιτον ἐποίησεν αὐτήν. Huc tam prope accedit, quamvis orationis forma nonnihil variata, Crinagoras, ut Callimachum videatur imitatus Anthol. IV. 13. Ep. VII. Αὐτός σοι Φοίβοιο πάϊς λαθικηδέα τέχνης Ἰδμοσύνην, πανάκη χεῖρα λιπηνάμενος, Πρηξαγόρη, στέρνοις ἐνεμάξατο. —— Πανάκη pro πανάκεια, ut Ἀριστολόχη, βασίλη, Ἰόλη, Ἰφιγένη, Λαοδάμη, Μήδη &c. πανάκην autem θεράπειαν, *medelam*, *salutem* Brodaeus exponit; ego *herbam panaceam*, *ipso nomine*, ut Plinius ait, *omnium morborum remedia promittentem*, cujus succo suam manum Aesculapius, non Praxagorae, quod volebat idem Vir Doctissimus, inunxisse dicitur, ut salutari artis suae virtute Praxagorae, nobilis ea aetate medici, pectus imbueret. Nunc in Alciphrone conjecturam periclitari lubet, cujus, si sagaciores ad curam diligentiorem excitaverit, fructum tulero. Lib. III Ep. 44. p. 372. scribitur hunc in modum: ἀλλ' ἴσως εὐμενεστέροις ὄμμασιν ἐκεῖνον εἶδον αἱ Χάριτες, ὡς τοὺς μὲν ἀπομάττεσθαι πρὸς αὐτοῦ, ἡμᾶς δὲ ἀγαπᾷν, εἰ τὰς ἀπομαγδαλίας ὡς κυσί τις παραῤῥίψειε· media Latine vertit Berglerus: *ut illis* (adolescentibus) *quidem manus ab ipso abstergantur*: in quibus equidem quae sit sententia, qualis cum proximis nexus, exputare non possum. Reponas, ὡς τὰς μὲν ἐναπομάττεσθαι χεῖρας αὐτῷ, sensus existet non perspicuus tantum, sed etiam elegans. Hoc utcumque erit existimatum, non dubito tamen, quin

quin vera ſit, quam propoſui, Callimachi mens: pentameter claudicat orbatus pede; quem adfingere licebit, ſi conveniens elegis epitheton advocaveris: Χεῖρας, ἵν' εὔφημοι, εὔοδμοι, aut potius ἀΐδιοι πουλὺ μένωσιν ἔτος· *aevis omnibus ut maneant*, cum Ovidio dixeris. In Pindari Scholiaſte pro εὔδια ſi reſtituas ἀΐδια, videri poterit ab ipſo Callimacho illud adjectivum ſumſiſſe. Hemsterh.

CXXII.

Καὶ παρ' Ἀθηναίοις γὰρ ἐπὶ στέγος ἱερὸν ἧνται
  Καλπίδες, οὐ κόσμου σύμβολον, ἀλλὰ πάλης.

Etenim apud Athenienſes ſuper tectum ſacrum ſtatuuntur
  Hydriae, non ornatus ſymbolum, ſed luctae.

Scholiaſtes Pindari x. Nem. Τίθενται ἐν Ἀθήναις ἐν ἐπάθλου τάξει ὑδρίας πλήρεις ἐλαίου, διὸ καὶ Καλλίμαχος·

Καὶ παρ' Ἀθηναίοις γὰρ ἐπὶ στέγος ἱερὸν ἧνται
  Καλπίδες, οὐ κόσμου σύμβολον, ἀλλὰ πάλης. Bentl.

Audivi: nec abeſt longe Dea. Quare agite, eja
  Ite ſimul, flavae, ite, Pelasgiades.
Fortia non Pallas perfundet membra prius, quam
  Coeno ſordentes terſerit alipedes.
Tum quoque quum bello decedens retulit arma
  Turpia dirorum ſanguine terrigenum,
Fumantes primum ſoluit temone jugales;
  Abluit & magni fontibus Oceani
Pulvereum ſudorem. At ſpumas diva lupatis
  Expreſſas nivea deruit inde manu.
Pergite, Achaïades; non myrrham, non alabaſtrum;
  (Audin' vocales ut cecinere rotae?)
Palladi non myrrham, lotrices, non alabaſtrum;
  (Illa fugit mixtis diffluere unguinibus)
Neu ſpeculum ferte. Aeternum decus adſidet olli.
  Judicium Idaei vel ſubitura Phrygis

Spre-

Sprevit orichalci arbitrio dea magna nitere;
  Et Simoentis fidere imaginibus.
Sprevit quin etiam Juno. Venus attamen aere
  Usa, comas iterum contulit, atque iterum.
Haec celeri lata arva fuga menfa, atque remenfa:
  Eurotae ripas ut Lacedaemonia
Aftra folent, facili duravit corpus olivo,
  Illi de propria quod fatione redit.
Emicuit regina, puellae; punica quali
  Grana rubent, quali prima colore rofa.
Quare olei vim ferte modo, quo Caftora fcimus
  Ungi, quo magnum Amphitryoniada.
Adfit & ex auro pecten, quo fingere crinem
  Gaudeat, & nitidam pectere caefariem.
Egredere, o Pallas: tibi praefto eft grata caterva
  Virgineus veterum fanguis Aceftoridum.
O Pallas, tibi procedit fcutum Diomedis,
  Ritus ut Argivis traditus exftat avis.
Eumedes tuus edocuit, tuus ille facerdos,
  Qui, fibi compofitam quum ferere usque necem
Audiffet populum, fanctum amplexus fimulachrum,
  Abripuit montes protinus in Creïos,
In Creïos. tum praeruptis te, diva, facravit
  Rupibus, hinc dictis nomine Pallatifin.
Egredere, o terror belli, auricaffis Itoni,
  Quam clypeum impulfus, quadrupedumque juvant.
Parcite vos hodie fluviis haurire, miniftrae,
  Parcite; fontanas nam bibet Argos aquas.
Et vos, o famulae, fitulas hodie ad Phyfadeam,
  Aut ad Amymonem ferte Danaïadem.
Jam jam frondofis de montibus Inachus auro
  Auro, atque omnigeno flore lavacra deae
Mixta feret. tu reginam ne forte, Pelasge,
  Dum lavat illa, volens intueare cave.
Continuo, dominam quicumque afpexerit, Argos
  Cernere fruftra aegro lumine difcupiet.

Pal-

Pallas age, egredere. Interea narrabo puellis
  Non mea, ſed quae mi ſama reportat anus.
Inter Thebanas pulcherrima Nympha, puellae,
  Deliciae quondam Palladis una fuit
Mater Tireſiae, non hac ſine Pallada vidit
  Ulla dies, veteres ſive ea Theſpiadas,
Sive Coroneam peteret, properansve Aliartum
  Boeotum vegetis arva ſecaret equis;
Sive Coroneam, illi umbras qua denſat olentes
  Silva, & Curaliis imminet ara vadis.
Saepe illam curru ſecum dea vexit eodem.
  Nec temere coetus, vel chorus ullus erat
Nympharum, cui non eſſet dux alma Chariclo.
  Hanc tamen, o divi, plaga manebat atrox.
Nec quidquam miſeram Pallas tum juvit amica.
  Quondam etenim teretes diſſoluere peplos
Gramina ubi placidis Heliconia irigerat Hippo-
  crene undis, mediam ſole coquente diem,
Membraque demittunt fonti, dum triſtibus horis
  Aura levis vacuo luderet in nemore.
Forte ibi Tireſias primaevo flore juventae
  Ducebat feſſas per loca ſacra canes.
Exuſtusque ſiti, greſſum dum fontis ad undas
  Fert miſer, invitus, quae vetitum, ille videt.
Diva, licet ſaevo perculſa dolore, locuta eſt:
  Quis te huc poſtremum lucida tela die
Viſurum, o Euerida, deus ire paravit?
  Dixit; at in verbo nox rapit atra oculos
Tireſiae. tum genua fluunt, vox faucibus haeret:
  Arrectae gelido horrore comae ſteterunt,
Ingemit at mater. Natum mihi cur, dea, perdis?
  Haeccine ſunt divis jura ſodalitii?
Luminibus filî plectis matrem? hei mihi, nate:
  Vidiſti, infelix, pectora Palladia.
Non tamen & dulcem ſpectabis, perdite, lucem.
  Jam vale mi aeternum, o nemus, o Helicon.

Mer-

Mercaris magna exiguis. an, lumina ferres
  Ut nati, cervas, capreolosque dabas?
Hic misera ambobus puerum complexa lacertis,
  Qualis ubi tristes dat philomela modos,
Flebat. nec Pallas maerentem passa sodalem,
  Aggressa est dulci farier alloquio.
Parce, ait, o Nympha, irarum: nimio acta dolore es.
  Non ego sum puero, non ego, caussa mali.
Nec puerorum oculos Pallas venatur. at hocce
  Saturni aeterno lex jubet imperio.
Qui divum aspiciet quemquam, ni se ipse videndum
  Obtulerit, multis cernito cum lacrimis.
Nympha, hoc infectum reddi haud pote, quod tibî Parcae
  Non exorata constituere colu
Pondera solventi partus. Nunc accipe dignum,
  O Euerida, promeritis pretium.
Ah quot fumabunt votis Cadmeidos arae!
  Ah quot Aristaeus congeret! unigenam
Optantes puerum servare Actaeona caecum,
  Dianae ingentis sit licet ille comes.
Proderit at nihil in silvis communiter altis
  Et cursu, & jaculis exagitasse feras.
Ille, vel invitus divae quandoque lavacra
  Spectarit, propriis prandium erit canibus,
Olim qui ductor. tum saltus maesta pererrans,
  In teneros mater colliget ossa sinus.
Et dicet: Felix: Puerum quae lumine cassum
  Accepisti e duris montibus in gremium.
Ne, comes, hunc ne defle, instant cui nempe tot a me
  Munera, pro meritis, officiisque tuis.
Nam vatem faciam, cui non conferier ullus
  Ausit: quem stupeat sedula posteritas.
Felicesque sciet pennas, tristesque volatus,
  Quaeque secet liquidas nil metuenda vias.
Plurima quin promet Boeotis, plurima Cadmo
  Responsa, & magnis postea Labdacidis.

Et lituo greſſum firmare dabo, & dabo curſus
  Vivendo plures vincere ſigniferi.
Mortuus aſt inter prudens verſabitur umbras,
  Solus vel domino maximus Ageſilae.
Haec ubi: proſequitur nutu verba omnipotenti.
  Uni e divinis Palladi virginibus
Namque pater tribuit ſeſe omni ex parte referre.
  Mater, lotrices, Pallada non genuit;
At Jovis enixum caput. ilicet evenere
  Quae pater, evenit nata quod adnuerit.
Pallas adeſt manifeſta. deam curate, puellae,
  Quas bonus antiquae tangit amor patriae.
Et bona verba precesque ſonent, ſtrepitusque vocantum.
  O ſalve, & felix Inachium Argos ades.
Salve; & ne Danaos pigeat ſervare: nec Argos,
  Quum ſemel exieris, flectere rurſus equos.



CAL-

CALLIMACHI
ELEGIA
DE
COMA BERENICES,

Reddita ex Latina & vetere Catulli Metaphrasi,
Graecae ac suae Linguae

AB

ANTONIO MARIA SALVINIO
FLORENTINO.

Omnia qui magni, &c.

Ὃς μεγάλου διὰ πάντ' ἐθεάσατο φάεα κόσμου,
Ὅς τ' ἄστρων δυσμὰς εὗρε καὶ ἀντολίας,
Κρύπτεται ὡς φλογερὸν φάος ὀξέος ἠελίοιο,
Ὡς τε ὁριζομένοις δύνε' ἔγεντο χρόνοις,
Ὡς ὑπὸ τοῦ Λάτμου σκοπέλους κατέβαλλε λαθραίως
Οὐρανόθεν Μήνην Ἵμερος ἐκκαλέσας·
Τῆδε Κόνων μ' ἔβλεψεν ἐν ἠέρι τῆς Βερονίκης
Βόστρυχον, ὃν κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς
Τὴν σάφα λάμπουσαν, ἣν πολλαῖς ἤδε θεάων
Χερσὶν ἀειρομέναις ηὔξατ' ἀπαρξομένη,

Ὁππότ'

Ὁππότ' Ἄναξ γαίων ἑκατοῖς τε, νέοις θ' ὑμεναίοις
  Πορθήσων γαῖαν ἵκετ' ἐς Ἀσσυρίαν,
Νυκτερινοῦ φορέων ἴχνη χαρίεντα κυδοιμοῦ
  Σκῦλα αὐτὸς καθελὼν ἥδεα παρθενίης.
Νύμφαις ἐπὶ νέαις ἐχθρὴ Κύπρις; ἢ ῥα τοκήων
  Δάκρυσιν οὐ πλάστοις ἐξαπατῶσι χαράν;
Οὐδοῦ ἐντὸς θαλάμου θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέουσιν.
  Πρὸς θεῶν ἀτρεκὲς οὐ τοῦτο τὸ πένθος ἔνι.
Τοῦτ' ἐδίδαξέν μ' ἡ βασιλὶς γοερὸν βοόωσα,
  Ὁππότε ἀνδρὶ νέῳ ἤρεσε θοῦρος Ἄρης.
Καίτοι φῄς, οὐκ ἀνδρὸς ἐδάκρυον ὀρφανὰ λέκτρα,
  Ἀλλὰ πᾶσιν φίλον τῆλε καθεζόμενον.
Σὸν θυμὸν κατέδει φροντὶς δακέθυμος ἐς αἰεί,
  Καὶ σοὶ νῦν κραδίην πάντοτε τειρομένῃ
Σὺν φρεσὶν ἐκπληκτος νόος ἔκπεσεν. ἦ ἄρα δήπου
  Ἔγνων ἐκ παιδὸς παρθενικῆς βλοσυράν.
Ἦ γε ἀριστείας ἔλαθες, ἧς εἵνεκ' ἄνακτος
  Σὺ γάμον ἐκτήσω; καὶ τίς ἔτ' ἄλλος ἔχοι;
Ἄνδρ' ἀφιεῖσα τεὸν ἔπεα τὺ ποῖα προσηύδας,
  Ὄμματα σοὶ λεία χειρὶ ὀμοργνυμένη;
Τίς σ' ἤλλαξε βαρὺς τόσον θεός; ἢ ὅτ' ἐρῶσιν
  Οὐκ ἀπέμεν φίλου σώματος ἐπὶ φίλον;
Σὺ γὰρ πᾶσι θεοῖς γλυκεροῦ ὑπὲρ ἀνδρὸς ὑπέστης
  Εὐχὴν ταυρείου αἵματος οὐχὶ ἄτερ,

Εἴπερ νοστήσῃ, ταχέως Ἀσίην Αἰγύπτου
  Δουλωθεῖσαν ὅρους τεὶς τε μάκαιραν ἄγῃ.
Ἀνθ' ὧν οὐράνιον ἐσέβην χορὸν ἀστερόεντα,
  Καὶ πρώτας εὐχὰς λῦσα ὀφειλομένη.
Ἄκουσ', ὦ φίλ' ἄνασσα, τεῆς κεφαλῆς ἀπέβαινον,
  Ἄκουσα, πρὸς σοῦ πρός τε τεῆς κεφαλῆς.
Εἰς κενὸν εἰ ὅρκιζέ τις, ἄξια δέξετ' ἄποινα.
  Ἀλλὰ σιδήρῳ τις φήσαιεν ἶσον ἔχειν;
Κεῖνο ὄρος σκιδνᾶθ', ᾧ τοῦ Φθιωτίδος αἴης
  Παμμέγ' ἐποχεῖτο ἀγλαὸν ὄν τε γένος.
Ὡς Μῆδοι νεαρὰν τ' ὄρεϊ βιάσαντο θάλασσαν,
  Καὶ δι' Ἄθω πλεῦσεν βάρβαρος ἤϊθεος.
Τί θριξὶν πλέον ἔστ', εἰ εἶκεν ταῦτα σιδήρῳ;
  Ζεῦ πάτερ, ὡς Χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος·
Γείοθεν ἀντέλλον τε κακὸν φυτὸν ἄμμιν ἔφηνεν,
  Ἡ δὲ σιδηρείην ἐξεμάλαξε βίην.
Κλαῖον ἐμοῦ μόρον οἰχομένης κόμαι αὖθις ἀδελφαὶ
  Καὶ τότε μουνογενοῦς Μέμνονος Αἰθίοπος
Ἀέρ' ἐλαύνοντος προὔφερ' ὀξέσιν οἷον ἐρετμοῖς
  Ἀρσινόης πτερόεις Χλωρίδος ἵππος ὁδόν·
Αὐτὸς ἀν' αἰθερίας ἀφελὼν ἐμὲ πρόσπετετ' αὔρας,
  Καὶ ἱερῷ Κύπριδος κόλπῳ ἀνέθηκεν ἐμέ.
Αὐτὴ ἐκεῖ Ζεφυρῖτις ἑὸν θεράποντ' ἐφίησι,
  Ἥγε Κανωβείους ναῖε φίλ' αἰγιαλούς,

Δαι-

Δαιδαλέα μὴ μοῦνος ἐν οὐρανοῖο κελεύθῳ
Τῶν Ἀριαδνείων χρύσεος ἐκ κροτάφων
Ὁ στέφανος πηγνῦτ', ἴδε λάμπομεν ἄμμες ἔπι δὴ
Τὰ σκῦλα ξανθῆς ἱερὰ τῆς κορυφῆς.
Ὑγρῶν ἐκ δακρύων τεμένη πρὸς θεῖα θεά με
Ἐν τοῖς πρεσβυτέροις ἀστέρα θῆκε νέον.
Παρθένε ἢ χαλεποῖο θίγουσα τὰ φῶτα λέοντος
Νύμφῃ Καλλιστοῖ σύν τε Λυκαονίᾳ
Εἰς δυσμὴν τρέπομαι, δειλοῦ προάγω τε Βοώτεω,
Ὃς μόλις ὀψὲ βαθὺν δύετ' ἐς Ὠκεανόν.
Ἀλλά με νυκτὶ θεῶν βαρέ' ἴχνεα κακκρύπτουσιν
Ἀοῖ τᾷ πολιᾷ νυκτὶ ὀφειλομένῃ.
Ταῦτ' ἐγὼ εἰ λαλέω, Ῥαμνουσιὰς ἵλαθι κούρη,
Οὐ γὰρ ἀλάθειαν κρύψομαι οὐδὲν ἐγώ·
Οὐκ, εἰ οὐρανοῖ ἐχθρὸν ἔχωμαι, ἐτήτυμα εἴπασ'
Ἔνθετα ἐν θυμοῦ μὴ λέγω ἀτρεκέως·
Οὐχ οὕτως χαίρω τούτοις, ὡς δυσχερὲς ἄμμιν
Στῆναι ἀπὸ δεσποτικῆς ἀϊδίως κορυφῆς,
Ἧι ἅμ' ἐγώ, ὅτε παρθένος ἦν πάντεσσιν ἄμοιρος,
Σύν γ' αὐτᾷ μύρων χίλια πόλλ' ἔπιον.
Νῦν γ' ὑμεῖς ἐρατοῦ ἃ ζεῦξεν φάεϊ πεύκη,
Ἀνδράσι μὴ φαίνοιτ' οὔθατα γυμνὰ φίλοις,
Σώματα μὴ πρότεροι ὁμοθυμαδὸν ἄνδρασι δῶτε,
Πρίν γ' ἡμῖν ὁ ὄνυξ δῶρ' ἐρίηρα χέοι,

Ὑμέτερός γε ὄνυξ τῶν ἁγνῶν θηλυτεράων.
  Ἀλλ' ἢ ἐ μοιχείᾳ ἐξέδοσεν μιαρᾷ
Κύφη ταῦτα κόνις πίοι εὐθὺς δῶρα ἄδωρα,
  Καίτοι ἀπὸ μιαρῶν δῶρά τιν' οὐκ ἐθέλω.
Ὑμετέρα θ' ὁμόνοια, ἔρως τε ναίοιεν ἐς αἰὲν
  Ἕδρας εὐσεβέων αἷς μέλον ἐστὶ γάμων
Σὺ δὲ ἄνασσα βλέπεις ἄστρων ὅτε φάεα, ἀναιμοῖ
  Ἱροῖς ἱλάσκοις φάεσι τὴν Κύπριδα·
Οὐκ εὐχαῖς ὦ ἄνασσα μόνον σαῖς εἰπὲ τεάν με,
  Ἀλλὰ τεὰν δώροις ποίει ἀπειρεσίοις.
Δήνεα τί μ' ἐπέχει. δεσποίνης εἴθε γενοίμην,
  Κ' Ἀρκτοῦρος λάμποι ἔγγυον Ἠριγόνης.




BONAVENTURAE VULCANII, ANNAE FABRI, JO. GEORGII GRAEVII DEDICATIONES ET PRAEFATIONES.

NOBILISS. VIRO

JANO DOUSAE,

Nordovici Domino, Academiae Lugdunensis in Batavis Curatori,

BONAVENTURA VULCANIUS BRUGENSIS.



ualis iter faciens creperae sub tempora noctis
Ire viam gyro dum breviore cupit;
Tramite neglecto quem haud fallax orbita signat,
Semitam init propero laeta per arva pede:
Hic illum varie dum lusit devius error,
Involvit caecis humida nox tenebris.
Ergo viae quaesita sibi compendia damnans,
Te querulo assidue Lucifer ore vocat,
Quo duce, pressa legit retro vestigia. at olli
Succendit rubeas ira pudorque genas:
Talis ego, lustrum cui jam prope vertitur, ex quo
Jussit Fama tuos visere DOUSA *lares.*
Cum me continuo officiis complexus amicis
Palladio velles asseruisse choro,
Fortibus in Batavis ubi Lugdunense Lycaeum
Invidiam Grudiis cordoliumque facit.
Fas ubi erat positis docta otia carpere curis,
Pieriisque animum pascere delitiis.
Fecissemque utinam, neque mi mens laeva fuisset,
Heu nimium vanis credula consiliis.
Nanque ego fallaci aucupio deceptus honorum,
A Musis feci flebile discidium.
Quam dolui, ut sensi mediam delapsus in aulam,
Quam fuit inconsulta, heu, mihi mens animi?

Ah quoties dixi, Quis me malus abſtulit error,
O Divae, invitis ingenio & genio?
Cum tandem aſſiduas Pallas miſerata querelas
Triſtibus aulai nexibus abſoluit.
Ergo vago ex errore mihi jam redditus ipſi,
In gremium propero LEYDA *beata tuum.*
Fas ubi ſit curis vacua otia ducere, & artes
Ac partes tecum DOUSA *ſequi placidas,*
Debita dum ſenſim (ſic votum firmet Apollo)
Perſolvam doctis praemia Virginibus.
Hoc mihi nectar erit, dum per bona fata licebit
Adſcribi Superum ſedibus indigetem.

Libet enim ita apud te quiritari, annos aliquot retro mihi ἕκοντι, ἀέκοντι γὲ θυμῷ effluxiſſe, quibus & ego honeſtiſſimi hujus otii literarii, & ſuaviſſimae conſuetudinis tuae uſura carui, & publicum, aliqua fortaſſe ſi non ingenii, ingenui certe laboris induſtriaeque meae foetura. Publici enim juris feciſſem non pauca, quae, qui me propius norunt, avide pro ſuo erga me ſtudio jamdudum exſpectant. Apud quos ut fidem meam ſemel liberem, a Callimacho numerationem facere incipio. quem quidem poëtam, ut convenienter profeſſioni inſtitutoque meo τῶν φιλελλήνων ſtudia acuerem, Latino carmine reddidi. qua in re quam minimum ipſe mihi indulgens, meram auctoris ſententiam atque adeo ſingula, quoad fieri potuit, verba ut exprimerem, nihil ei adderem, nihil demerem, laboravi. quod, quam ſit difficile cum aliquo ornatu praeſtare, & quibus eam ad rem praeſidiis ſit opus, expertus noſti; quamque maligna ſint eorum hominum judicia, qui hoc genus ſcriptionis ſive exercitationis literariae, cujus ſummos quosque priſci illius aevi Heroas non puduit, quantum in ipſis eſt elevant, & putidam neſcio quam laboris commendationem, nullam vero aut perexiguam ingenii eruditionisve laudem ei tribuunt. quos ego pol in hanc

hanc arenam velim ſemel deſcendere, ut ſuo periculo, ne dicam probro, diſcant ſcilicet, quam hic fruſtra futuri ſint cum ſuo, quem ſomniant, labore aliis adminiculis deſtituto. Nam de aliis, quorum ingenium hic ipſe poëta noſtra aetate exercuit, nihil dicam. Neque enim meae verecundiae eſt alieni ingenii, diligentiae fideique cenſorem agere, nedum malignis malleis in alienos labores ſaevire. quippe qui indignum homine ingenuo ſemper duxerim per alienam ignominiam ad laudem graſſari, ad quam, facilis eſt, faventibus Muſis, citra alterius injuriam & honeſtior curſus. Quod ad me meamque operam Callimacho praeſtitam attinet, terſis candidisque ingeniis *haec qualiacunque Arridere velim* (ut cum Horatio loquar) *non tam doliturus, ſi placeant ſpe deterius noſtra*, quam ex animo rei literariae gratulaturus, ſi quis alius, dextro Apolline, rectius collimarit. Tibi vero, JANE DOUSA, Μουσαγέτῃ praeſtantiſſimo hoc quidquid eſt opellae nuncupatum conſecratumque volui, cum ut aliquod ſummi mei erga te ſtudii monimentum exſtaret; tum vero, ut ampliſſimi nominis tui, atque adeo numinis Apollinaris tutelam calumniatorum telis opponerem. Tu enim unus, qui urbem hanc, quam Fata Muſis deſtinarant, conſtanti conſilio fortibusque armis a ferociſſimi hoſtis furore atque libidine ſartam tectam impollutamque conſervaſti, facile hunc Muſarum foetum in ea natum a Scauris (quando a Mauris nihil eſt periculi) & ab omni τῆς ἀπειροκάλων φλυαρείας vindicabis. Vive & vale, & me quod facis ama.

Lugduni Batavorum.
Anno CIƆ IƆ XXCII.

VIRO ILLUSTRI
PETRO DANIELI HUETIO
S. P. D.
ANNA TANAQUILLI FABRI FILIA.



Quem nunc Callimachum emitto, VIR ILLUSTRIS, eum tu probasti, & inde mihi apud alios etiam probatum iri certa fides est. Sed, quod vel praecipuam laudem mereatur, id adhuc non praestiti; restat enim ut illum tibi offeram. Vera dico, hoc unum est quo apud omnes, me divini hujusce Poëtae sensus intimos nosse, possim testari, si quod ipse sibi fieri velit exequar. Certa scio, non tam, quod clarior & integrior paulo prodeat, exultabit, quam, quod clarissimi tui Nominis splendore collustretur, triumphabit serio. In Graecis Litteris nil elegantius, nil tersius, nil politius unquam fuit, & hoc vere est cur ἄκρον ἄωτον, ut ipse vocat, tibi uni offerri debeat, quum in hocce Litterarum Graecarum senio, unus sis qui non solum eas, ut & alia, didicisse, sed & a natura accepisse videaris. Quod & ni ita esset, essent alia, & item multa, quae tibi me studiorum meorum primitias apponere hortarentur: sed ea omnia prudens praetereo, ne scilicet inde paulo longior exurgat oratio, quam fieri compendii volo. Si enim & amicitiam qua Patrem meum amantissimum, popularem tuum, quoad vixit, amplexus es, & qua me benignitate, quo me favore prosequutus, vellem commemorare, tum me certe verba deficerent. His igitur nunc quidem supersedebo; hoc unum dicam, VIR ILLUSTRIS, Pater meus tibi Epistolarum

rum ſuarum volumen tertium dedicandum parabat, ni mors illum maturior abſtuliſſet: nunc, ut me vere illius filiam teſter, ultimam ejus voluntatem jure hereditario perſequar neceſſe eſt: & ut tanden officio iſto fungar, Callimachum redivivum tibi offero. Illum ego potiſſimum elegi, non temere, ſed exemplo magni illius Ptolemaei Philadelphi ducta: is eum olim qui cohorti ſuae adſcriberetur, dignum judicavit; ego etiam, *ſi parva licet componere magnis*, illum qui nunc in Regum inviĉtiſſimi Aula verſetur, dignum judico. Quod ut a te facilius conſequatur, priori formae, qua ſcilicet Ptolemaeo placuit, quoad fieri poterat, reddendum cenſui. Id ego ut praeſtiti, tuum eſt ut alterum praeſtes, tibique illum honoris iſtius participem facias; hoc ſi ſibi contingat, VIR ILLUSTRIS, tum te ſecum belle, ſecum amanter agere exiſtimabit. Facile nunc, ni cautio eſſet, in laudes tuas inciderem; hic enim, ut Ovidii noſtri verbis utar, *area magna patet*. Sed in eas me abripi haud ſinam, quod tamen iis ſemper in more poſitum fuit qui aliquid in lucem edunt. Suum cuique ingenium, ſuus cuique mos eſt, te quivis alius & magnifice & prolixe laudaret, ad aſtra denique tolleret: ego vero taceo: non quod & tu qui ſis, & quale ſit munus illud quo te inviĉtiſſimus ille Rex dignatus eſt, quum te Sereniſſimi Delphini ſtudia excellenti tua eruditione ac praeceptis promovere juſſit & accendere, non norim ſatis; contra vero quod quum probe utrumque teneam, certa ſim nunquam fore ut quiſquam chartis ſuis te ita poſſit intexere

—— dictis ut non majora ſuperſint.

Vale diu, VIR ILLUSTRIS, & vive.

Lut. Pariſ. IV. Cal. Sext.
M D C LXXIV.

LECTORI
ANNA FABRI.



ulla dubito, LECTOR, quin Opuſculum iſtud omnino diverſa hominum judicia experiatur: ideo mihi haec pauca monendus es, non ſcilicet ne quod a foemina prodeat, tibi imponi ſinas,

— nec ſexu ſpectentur ab iſto
Quae ferimus,

ſed ut cum attente & ſedulo quid in eo praeſtitum ſit conſideraris, tum demum quid tibi de illo videbitur, in medium proferas. Sat ſcio, pauca reperies, quae ſi tibi minus probabuntur, ſaltem probari non debeant. Eſt aliud etiam quod te monitum velim, nempe, ne me gloriola quadam, & famae deſiderio hoc credas in lucem edere; neque enim hoc tanti eſt, ut inde mihi famam velim captare. Sed ut quandiu in hoc Opere verſata ſum, id unum me ob oculos habuiſſe, ut Patris mei amantiſſimi manibus juſta perſolverem: hunc tu

— ni te gelidum ſemota ſub axem
Terra tulit

de Graecis & Latinis Litteris bene meritum ſcis. Nil igitur ejus memoriae magis decorum fore putavi, quam ſi Callimachum, quem is olim in ſuis ad Phaedrum emendationibus promiſerat, excitarem; ſic enim, quod ſummum in votis habeo, apud omnes, & quid ille in me contulerit, qua cura, quo me amore educarit, & qua ego ſemper eum veneratione proſequi debeam, quo deſiderio ſemper urgere, teſtabor ſatis. Et revera, LECTOR, nunquam qualem

lem Respublica litteraria jacturam fecerit, quum Patrem meum amisit, in animum posses inducere: is de Cicerone, de Plauto, de Pindaro, Aeschylo, Sophocle, & Euripide, illi restituendis cogitabat: sed aliter visum Superis; illum enim dum Heidelbergam, quo a Serenissimo Principe Ludovico Carolo D. G. Comite Palatino ad Rhenum, accitus fuerat, conabatur, saeva febris intra decimum secundum diem rapuit. Nec ideo tamen, LECTOR, ea omnia quae Pater minabatur, perdita ducas; eveniet forsan tempus illud quo partem eorum, juvante Deo, praestare poterimus vel ego, vel frater meus, qui satis strenue illius vestigiis conatur insistere. Restat ut quibusdam seneis capitibus respondeam, quae, ut audio, satis mirari non possunt cur Tanaquillus ille Faber filiam litteris admovendam censuerit, neque illam potius domi pensa carpentem aluerit. Nae illa μωρίαν ὀφλισκάνοντα σώματα facile videre poterant, hoc illum eo animo egisse, scilicet ut esset aliquando quae eis socordiam & ignaviam exprobraret. Nunc de Callimacho pauca, is ubique mihi divino numine afflari semper visus est, sed tum maxime quum in laudes Ptolemaei Philadelphi delabitur; id enim tanta arte perficit, ut quivis, qui vel minimum in hisce sapiat, liquido dejeret Deum, non hominem, loqui. Quod vel ex Hymno primo licet conjicere, ibi enim ut tandem ad Regem suum sine ulla affectatione deveniat, versus quosdam praemittit quibus Fabros Vulcani esse canit, Milites Martis, Dianae Venatores, Reges vero Jovis; ubi deinde facili, ut voluerat, occasione, nunquam satis laudandos versus subjicit, paucos quidem, sed qui, meo saltem judicio, omnibus encomiis debeant anteponi:

Ἐν δὲ ῥυηφενίῃ ἔβαλες σφίσιν, ἐν δ' ἅλις ὄλβον.

De

De Regibus loquitur,

> Πᾶσι μὲν οὐ μάλα δ' ἶσον, ἔοικε δὲ τεκμήρασθαι
> Ἡμετέρῳ μεδέοντι, περιπρὸ γὰρ εὐρὺ βέβηκεν.
> Ἑσπέριος κεῖνός γε τελεῖ τάκεν ἠοῖ νώσῃ,
> Ἑσπέριος τὰ μέγιστα, τὰ μείονα δ' εὖτε νοήσῃ,
> Οἱ δὲ τὰ μὲν πλειῶνι, τὰ δ' οὐχ ἑνὶ, τῶν δ' ἀπὸ πάμπαν
> Αὐτὸς ἄνην ἐκόλουσας, ἐνέκλασας δὲ μενοινήν.

& alibi,

> Ὃς μάχεται μακάρεσσι, ἐμῷ βασιλῆϊ μάχοιτο,
> Ὅς τις ἐμῷ βασιλῆϊ, καὶ Ἀπόλλωνι μάχοιτο.

Nonne, Lector, laudes alias fere omnes, ad iſtas dices ſordeſcere? & quid ille, ſi Regnatorem noſtrum videret hodie, quem ſubjectae Urbes, Provinciae, Regna denique venerantur? Quid ſi illum intra duos menſes ea properaſſe cerneret, quae vix quiſquam alius toto quantumvis longo vitae decurſu poſſet expedire? Quid denique, ſi Sereniſſimum Principem Delphinum ſummi certam progeniem Jovis contueretur?

Infra materiem tunc foret ipſe ſuam.

Tandem is vere eſt Callimachus, ex cujus lectione Graecae Linguae ſtudioſis, Oratoriae ſcientiae cupidis, & Antiquitatis amantibus, tantus tamque uberrimus fructus oriatur, ut illum non dico pueri, ſed & homines non legere, & intelligere, ſed & memoriae mandare debeant: id nunc priores illi facilius aſſequi poterunt, quum nil ſit in illo difficile, ab aliis, ut mos eſt, praetermiſſum, quod ſatis, ut mihi videor, non explanaverim; nil ab Interpretibus, vel Scholiaſte peccatum, ut humanum eſt, quod non ego vel reſtituerim, vel monuerim. Quae, ut opinor, a te impetrabunt, ut quidquid in his ex me vitii deprehendas, illud ignoſcas, praeſertim quum reſcieris, vix tres menſes huic Operi inſumptos eſſe; feſtinavi e-

nim,

nim, ut aliquid ego etiam ad ſtudia Sereniſſimi Principis Delphini conferam, cujus tantum tamque altum ingenium eſt, ut eorum omnium qui id unum agunt ut illi, quod videat, legat, intelligat, ſuppeditent, diligentiam ſuperet. Unde & ſpes eſt, ut nunc nil in *Orbe datur viſere majus*, fore ut nil olim in Orbe detur viſere doctius. Hoc ſpondet egregia illius & vere Principe digna indoles, ſpondet & illuſtriſſimus ille Montauſerii Dux, quem ideo ex tot tantisque periculis fata ſervavere, ut eſſet qui nobis talem Principem informaret. Vale.



NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO

VIRO

PAULLO VOET A WINSSEN,

CONSULARI URBIS TRAJECTINAE, ET CELSISSIMORUM AC POTENTISSIMORUM FOEDERATI BELGII ORDINUM CONSILIO ILLIUS NOMINE OLIM ADSCRIPTO, HOC TEMPORE ILLUSTRIBUS ET PRAEPOTENTIBUS TRAJECTINAE DIOECESEOS ORDINIBUS A SECRETIS

S. P. D.

JOANNES GEORGIUS GRAEVIUS.



agna eſt non modo regnorum & rerum publicarum, ſed & rerum ceterarum omnium, in hoc, quem colimus, Orbe viciſſitudo, & varia mirificaque mutatio. Quae aliquando ſic florent, ut ad ſummam dignationem ac perfectionem producta videantur, non diu poſt neglecta jacent, & vix unius aſſis aeſtimantur: poſt certa vero & a ſuperis quaſi conſtituta temporum intervalla, revireſcunt & quaſi recentantur, ut nihil ſit verius dicto priſcorum ſapientiae magiſtrorum, mundum nihil eſſe, niſi, ut ipſi loquuntur, ἀλλοίωσιν. Non aliud fatum eſt artium & doctrinae, quae rerum divinarum & humanarum prudentia cenſetur. Eſt tempeſtas, in qua viget fervetque illius cultura, eſt cum obſoleto quaſi ſplen-

ſplendore friget & conſeneſcit. Apud omnes cultiores gentes antiquiſſimi ſapientiae magiſtri fuerunt poëtae, qui oratione pedibus vincta aut praecepta tradebant de cultu divino, aut quibus homines ad humanitatem informabantur, aut virorum illuſtrium ac bene de genere humano meritorum laudes praedicabant. Linus, Muſaeus, Orpheus, ſi unquam extiterunt, de quo multi ambigunt, non ita longe ante Homerum, Homerus vero & Heſiodus eadem fere tempeſtate floruerunt. His extinctis quatuor quinqueve quaſi ſecula nullum celebrem tulerunt poëtam. Sed tum revixit poëſeos ſtudium, in quo Archilochus, Alcman, Alcaeus, Sappho, Steſichorus, Anacreon, Hipponax, aliique plures excelluerunt, quos non diu poſt exceperunt Aeſchylus, Pindarus, Sophocles, Euripides, Ariſtophanes, Menander, aliique magno numero. Dehinc ſub Ptolemaeo Philadelpho non exiguus fuit poëtarum proventus, in primiſque Pleias illa celebratur, in qua Theocritus, Apollonius, Aratus, Callimachus eminebant. Hujus hymni & epigrammata cum deſiderarentur a ſtudioſis harum deliciarum; nam editio Friſchlini, Vulcanii, & Annae Daceriae in paucorum manibus erant; filius meus, Tuam praecipue, Vir Ampliſſime, ſecutus auctoritatem, conſilium cepit novam editionem adornandi, cum omnium, qui in hoc vate illuſtrando elaborarant, obſervationibus, praeſertim cum non pauca promta eſſent parataque, quibus illa poterat perpoliri. Eam, ſi ſupereſſet, nam acerba fata nobis illum eripuerunt, antequam voti compos poterat fieri, Tibi erat monumentum gratae memoriſque voluntatis conſecraturus. Hoc illaetabili officio nunc mihi fungendum eſt. Id enim non poteſt non graviſſimum reſcindere vulnus, quo poene fui exanimatus, cum amiſi

—— omnis curae caſusque levamen.

Sed avocandus animus a luctuoſiſſimi temporis memoria, ne funeſti caſus dolore fractus aliud agat,

quam hic agendum eſt. Nam hic nullus eſt conqueſtionibus & lamentis locus, ne tanquam obſcaeno quodam omine haec epiſtola contaminetur, aut quaſi male ominatis vocibus expectata felicitas hujus editionis interpelletur. Non ſpero autem, Vir Graviſſime, Te hoc munuſculum filii, quod nunc infelix pater Tibi ejus offero nomine, contemturum. Tibi hoc debebatur, non ſolum propter ſingularem, qua illum, cum in vivis eſſet, complectebaris benevolentiam, qui Tua gratia illum collocaſti in gratiam ampliſſimorum hujus Urbis magiſtratuum, ut ei cathedram Academicam decernerent, nec tantum propter innumera beneficia, quibus me meamque familiam pluribus ab annis obſtrictam tenes, ut nexu mancupioque toti tui ſimus: Sed propter Te ipſum, licet nihil horum in conſilium poſſemus adhibere. Nam tanta eſt Tuorum amabiliſſimorum morum elegantia & ſuavitas, tantum bonos omnes Tibi quibusvis officiis devinciendi ſtudium, ut qui Te non amat & ſuſpicit, Tuamque benevolentiam ſibi omni ſtudio & obſequio demerendam cenſet, is ſane indignus eſt, qui ab ullo ametur. Sed tanta Tua eſt liberalitas & comitas in alliciendis omnium voluntatibus, de quibus eſt opinio virtutis & probitatis, ut non expectes, ut officiis ambitioſis Tuum erga ſe ſtudium excitent, ſed illorum deſideriis occurris ipſe, ſponteque Tua complecteris, ornas, auges, quos amicitiam Tuam expetere ſentis, qui illa non ſunt indigni. Nec tantum in omnium animis Tibi jungendis, ſed & in aliorum hominum amicitiis, quas aut refrigerarat ſiniſtra ſuſpicio, aut diſſociarat calumnia & maledicentia, reconciliandis & conglutinandis nemo Te eſt promtior, paratior, & efficacior, ut non tantum ſuada in Tuis labris ſeſſitare, quod de Pericle dicebant Graeci, ſed, ut poëtarum utar ſermone, Gratiae in Tuo pectore ſedem fixiſſe videantur. Quid dicam de conſilii praeſentia tam

in

in amicorum, quam in ceterorum quorumque, qui egent opis Tuae, impeditiſſimis negotiis explicandis? Quid de cupiditate commodis omnium ſerviendi, ſi illorum rationes a cauſſa reipublicae non ſunt alienae? Quae vero Tua prudentia, quae vigilantia, quae fides in reipublicae negotiis procurandis, ſive cum Conſulatum gereres in hac Urbe, ſive cum Hagenſi Potentiſſimorum Ordinum foederatae Belgicae Conſeſſui eſſes adſcriptus, ſive in iis, quae cum maxime Tuae curae ſunt commiſſa. Quid ſalute, dignitate, utilitatibusque patriae Tibi eſt antiquius? Non fugit Maximi & Sapientiſſimi Magnae Britanniae Regis perſpicacitatem haec animi, conſilii & conſtantiae Tuae praeſtantia, qui quantum Tibi tribuat Tuo merito nemo ignorat, niſi qui hoſpes eſt in noſtra republica. Tantis vero negotiis publicis, quibus diſtineris ſemper, quicquid vacui & ſubſecivi temporis potes ſubducere, Te praeſtantiſſimarum doctrinarum ſtudiis impendere, nemo in Te miratur, qui hanc avitam, Veſtraeque genti, tam paternae quam maternae propriam laudem hereditate creviſti, & harum artium amorem quaſi cum ipſo ſpiritu vitali hauſiſti. Vix enim ulla familia tot hac laurea nobilitatas imagines poteſt oſtentare, quam Veſtra in omni eruditionis genere. Eas Tu nova quadam ratione auges, & illarum ſplendorem illuſtras. Nam cum ceteri totos ſe diſciplinae optimarum artium mancipaſſent, Tu, qui ad rempublicam acceſſiſti, non minore tamen cum voluptate in liberalis omnis eruditionis ſtudiis verſaris, ac ſi in iis omnem aetatem conſumeres. Quam gaudes ſi quid luce dignum lucem vidit! quam avide id arripis! Quibus facibus inflammas, qui aliquid ex ſe promere poſſunt profuturum poſteris, & litterarum dignitatem amplificaturum, inſtasque, ut quae moliuntur praeclare, urgeant ſtrenue, nec e manibus deponant, quibus & litterariam rem, & noſtrum ſeculum, & ſe ipſum ſint illuſtraturi!

ri! Quin nec ſumtibus parcis, ut ſubſidiis inſtruantur ad ea perficienda. Denique cum ipſe ſis elegantiſſimus, & omni doctrina perpolitus, in nulla re, ſi a reipublicae cura diſceſſeris, ſic conquieſcis, nullaque ſic delectaris quam elegantium ingeniorum doctis lucubrationibus, ut omnis vita Tua teſtetur, Te in ipſis civilium negotiorum fluctibus in ſapientiae & cultioris eruditionis Argo vehi. Hanc igitur Muſae, quibus in Te tantum eſt praeſidii, Tibi referunt gratiam, ut omnes earum cultores Te obſervent, & in coelum ferant, ut Proceres reipublicae propter tam pulchram & aſſiduam, quam ei navas operam, Te ferunt in oculis. Vale Vir Nobiliſſime diu cum honoratiſſima Tua domo. Trajecti Batavorum A. D. XII. KAL. Jun. MDCXCVII.



LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

JOANNES GEORGIUS GRAEVIUS.

ilius meus Callimachi poëmata, quorum lectione valde capiebatur cum eſſet in vivis, edenda ſuſceperat cum omnium eruditorum, quae habebantur, annotationibus, quibus non nulla de ſuo, non nulla ex ἀνεκδότοις Joannis Meurſii diſputationibus Academicis excerpta, in quibus Lugduni Batavorum pro concione hunc poëtam expoſuerat, non nulla ex virorum doctorum, qui paſſim in ſuis ſcriptis quaſi in transcurſu hujus poëtae aut difficiliora loca dilucidarant, aut mendoſa correxerant, adſpergeret. Accedebant Ampliſſimi Viri, Paulli Voetii van Winſen frequentia monita de hoc inſtituto perſequendo, & perbenigna promiſſa de Nobiliſſimi Patris ſui ſelectis obſervationibus, quas cum eo ſe communicaturum recipiebat, quas etiam hic vides. Alia ſubſidia huic editioni perpoliendae filius meus debet partim Nobiliſſimo Viro Joanni de Witt, qui ex ſua locupletiſſima bibliotheca uſum editionis primae, majuſculis litteris editae ſtudio Laſcaris, ei praeſtitit, partim Viro Clariſſimo Petro Francio, qui Vaſcoſani Pariſienſem anni CIↃ IↃ XLIX, nec non Vulcanii Leidenſem editionem ejus fidei credidit: Illius marginibus multa vir doctus ſed nobis ignotus, hujus autem Vir eruditiſſimus Martinus Sladus ad-

leverat non pauca. Celeberrimus vero Jacobus Gronovius ſuggeſſit aliquot locorum explicationes, quas aliorum adtextas obſervationibus deprehendes. Etſi immaturus filii obitus ſpes & vota noſtra interceperit, ante tamen fatalem diem, quaecunque in hunc poëtam congeſſerat fuerunt perfecta. Poſt ejus obitum diutius aequo ceſſarunt proela in ceteris, quae reſtabant, mandandis typis, cum neſcio quas alias ob cauſſas, tum propter turbidiſſima haec tempora, quibus belli furore litterarum ſtudia jacuerunt oppreſſa. Habes igitur praeter ea, quae commemoravi, Nicodemi Friſchlini, Henrici Stephani, Bonaventurae Vulcanii, Franciſci Robortelli, & Annae Daceriae notas & obſervationes in cultiſſimum hunc vatem. Verſionem Latinam non infrequenter emendavit & meliorem reddidit ὁ μακαρίτης. De hoc ejus conſilio cum aliquid audiviſſet Vir Perilluſtris Ezechiël Spanhemius, tam ſumma dignitate, &, qua maximos apud Reges & Principes floret, gratia, quam ſumma doctrina eminens inter noſtri ſeculi ornamenta, fidem dedit, ſe nobis miſſurum, quae huic poëtae, quem a teneris annis ſemper in deliciis habuerit, olim adſcripſiſſet. Quo gratior & acceptior nuncius nullus nobis potuit adferri. Nihil enim niſi exquiſitum, & recondita doctrina refertum, a tanto viro expectandum eſſe promittebant nobis tot alia illius aeterna & cedro digna ſcripta. Fidem datam liberavit, ſed ſic liberavit, ut ſpem & expectationem noſtram, quamvis ea ſumma eſſet, longe vicerit. Nam cum breves & paucas notas nos accepturos eſſe putaremus, accepimus theſaurum ingentis eruditionis, & abſtruſarum earumque pulcherrimarum rerum, quibus ex omni ſcriptorum genere tam elegantia Grajorum illuſtratur, quam antiqui ritus ſacri pariter & τῶν ἔξω explicantur, & ex quibus fontibus horum caſtus & cerimoniae manarint

rint oſtenditur, in primis autem tenebrae fabularis hiſtoriae & Theologiae Graecanicae diſcutiuntur. Vel hoc nomine laetor Theodorum meum ad Callimachi novam editionem adornandam animum applicuiſſe, quod Virum Magnum permoverit ad hoc illuſtre ingenii ſui monumentum in tanta negotiorum arduorum varietate & multitudine condendum, quo litterariae rei dignitas amplificatur tam magnifice. Deum precor ut diu ſit ſuperſtes & incolumis, ut Aeſchylum, quem in manibus olim habuit, & tot alias eximias commentationes magno praeſtantiſſimarum artium fructu in lucem edat. Videbis hic, Lector ſtudioſe, Muſicarum cupediarum & aliud, quod tuo palato, ſimul ac guſtaris, ſat ſcio, arridebit mirifice. Richardus Bentleius, Potentiſſimo Regi Guilielmo a bibliotheca, novum, ſed ſplendidiſſimum Britanniae lumen, certior a me factus de hac Callimachi editione, perferri ad nos juſſit eruditiſſimas animadverſiones in quaedam hymnorum loca, & in epigrammata, quibus adjecit nova non pauca, quae lucem antea nunquam adſpexerant ex antiquo codice, qui fuerat Nicolai Heinſii, & non nulla ex iis, quae ante prodierant, aliquot verſibus auxit, alia, quae quidem ante legebantur, ſed a nemine fuerant intellecta, clara luce perfudit, ſimulque longe aliter & quidem elegantiſſime fragmenta Callimachi, quae & ipſe plurima conquiſivit, & alii olim collegerant, compoſuit, digeſſit & explicavit, ac pleraque operibus aſſignavit unde fuerant depromta, cum plurimorum novorum acceſſione, quae in nullis prioribus editionibus reperiebantur. Cujus generis etiam non pauca in hac editione debes Illuſtriſſimo Spanhemio. Quamvis vero non nulla fragmenta bis terve leguntur, ſtudioſe tamen id factum eſſe credas, ne quis ſuae induſtriae fructu defraudetur. Vulcanius in vita hujus poëtae, miratur nullam fieri mentionem apud Suidam hymnorum

Qq 4 Cal-

Callimachi. Sed fefellit virum doctum memoria. Nam in voce ἀγρανομίας, ait: Λεπρῶν δὲ, οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ λέπειν, ὅ ἐστι τύπτειν. οἱ δὲ ἀπὸ Λεπρέου πολίσματος τῆς Πελοποννήσου, οὗ μέμνηται καὶ Καλλίμαχος ἐν ὕμνοις. Λεπρῶν *alii existimant dictum* ἀπὸ τοῦ λέπειν, *quod est percutere, alii ab oppidulo Peloponnesi Leprio, cujus etiam meminit Callimachus in Hymnis.* In epigrammate XLIX. Bentlejanae συναγωγῆς versum secundum sic legendum esse postea nobis scripsit celeberrimus Bentlejus,

Τῷῤῥα μένων αἰγᾶν οὐ καθιμᾶσ' ὁ Κύκλωψ,

& sic vertendum:

Illic manens capras non dimisit Cyclops.

Hoc est gregem non dimisit ex pascuis suo tempore. Τῷῤῥα Hesych. Τοῤῥὰ, διὸ δή. Idem: Τὸῤῥὰ, ὅπερ δή. Ad epigrammata Callimachi accedat quod legitur in Anthologiae libro VI, in capite de venatoribus. Id quidem in omnibus editionibus praefert nomen Ἀδήλου, hoc est ignoti: sed in codice Palatino, quem cum editione Aldina composuit doctus ille Sylburgius, quae in mea servatur bibliotheca, Callimacho tribuitur. Et sane dignum Callimacho est epigramma, planeque illius genium respirat, ut pro genuino Callimachi foetu habendum censeam.

Κυνθιάδες θαρσεῖτε, τὰ γὰρ τοῦ Κρητὸς Ἐχέμμα
Κεῖται ἐν Ὀρτυγίῃ τόξα παρ' Ἀρτέμιδι,
Οἷς ὑμέων ἐκένωσεν ὄρος μέγα· νῦν δὲ πέπαυται
Αἶγες, ἐπεὶ σπονδὰς ἡ Θεὸς εἰργάσατο.

Cynthiae (ferae) estote bono animo, nam Cretensis Echemmae
Arcus jacent in Ortygia apud Dianam,
Quibus solebat desolare magnum montem. Nunc vero quiescit,
Caprae, post quam Dea fecit inducias.


Pro

Pro Ἐχέμμα est in Palatino Ἐχέμμου. Videtur hanc scripturam asserere Etymologici magni auctor: Βέλεμνα, βέλη. ἔστι δὲ καὶ ῥῆμα παρὰ τὸ βέλος, βέλεμος, ὡς ἔχω Ἔχεμος, Τήλεμος, πλεονασμῷ τοῦ ν βέλεμνος. Vulgata tamen damnari non potest, si casus primus est Ἐχέμμης, aut Ἐχέμμης, cujus secundus est Ἐχέμμα, & Ἐχέμμου, ut Παυσανίας, Παυσανίου, & Παυσανία. Ἀρχύτας, Ἀρχύτου, & Ἀρχύτα, quae trita sunt. Laudat Hugo Grotius ad cap. XI. c. 17. epistolae ad Romanos epigramma Callimachi de pirastro insita arbori frugiferae, sed id legitur in primae Anthologiae capite de arboribus, ubi non Callimacho, sed Callinio adscribitur. Et sic emendandum apud Grotium. Ad fragmenta hoc quoque adjiciatur ex Suida in voce ἴπνια, qua & stercus animalium notari a Callimacho docet:

Σὺν δ' ἄμυδις φορυτόν τε, καὶ ἴπνια λύματ' ἄειρεν.
Et simul colluviem & animalium stercus abstulit.

In fragmento CCLXXXIII. Bentlejano legitur Τυρσηνῶν τείχισμα Πελασγικόν. hoc Pelasgicum munimentum, quod erat in arce Atheniensi, Herodotus lib. V. Πελασγικὸν τεῖχος appellat, quem ibi vide, ut & Thucydidem lib. II. nec non Meursii Cecropiam cap. 5. Notaverat in schedula filius, quam inspexi, cum hoc prooemium scriberem: Magnus Huetius in demonstratione Evangelica cap. CV. ubi agit de loco Isaiae XXII. 22. *Et dabo clavem domus David super humerum ejus*, multis erudite disputat de veterum clavibus, ostenditque fuisse genus quoddam clavium, quae curvae fuerint ad instar curvarum falcium; eas januis clausis per foramen fuisse insertas ad excutiendos pessulos & repagula, & eburneos vel ligneos capulos, illis fuisse praefixos, unde intelligatur, claves eas fuisse praelongas, quod probat ex Homero, & ejus interprete Eustathio. Vix aliter

geſtari potuiſſe has falcatas claves addit propter pondus & curvaturam, quam humero impoſitas. Inde & κατωμαδίας vocari a Callimacho, hoc eſt, *humero geſtari ſolitas*, hymno in Cererem, ubi ſcribit coronas & papaver manu quidem tuliſſe Cererem Nicippae ſacerdoti ſuae aſſimilatam, at geſtaſſe κατωμαδίαν κλεῖδα, cum iſta humero ferri ſolita clavis, videri poſſit inſigne fuiſſe ſacerdotii hujus. Cererem quippe condendis & cuſtodiendis frugibus praefuiſſe. Sed aliarum tamen Dearum ſacerdotibus tributum id quoque fuiſſe. Sic Junonis Argivae clavigeram dici Callirhoen ab auctore Phoronidis apud Clementem Alexandrinum Strom. I. Hanc elegantem viri ſummi obſervationem merito non praetereundam cenſuit filius, quamvis illam nondum ſuis annotatis inſeruiſſet. Vale Lector optime, & tot virorum doctorum curis eximiis fruere.



INDEX GRAECUS.

A.

Ἀείδω

Αἰολίδης.

Ἀμυμάνες

Ἄνθραξ.

Ἀποκόπτειν.

B.

Βωλά.

Δ.

E.

Ἐγκρα-

Ἑλίσ-

Ἐνυδρίας

Z.

H.

I.

Ἰηλεο

K.

Καρ

Κο-

Νῆσος

Οὔας;

Π.

Στρέ-

Τι-

Τρι-

Φιλεῖν.

X.

χαιν-

Χρὼς,



INDEX AUCTORUM,

Qui in notis emendantur vel illustrantur.


INDEX
VOCUM GRAECARUM,

Quae in notis illuſtrantur.

Διά-

Κατα-

Περι-



INDEX

INDEX
RERUM MEMORABILIUM

In textu & notis.

D.

L.

M.

N.

O.

P.

S.

T.

Til-



ADDENDA ET CORRIGENDA.

In Hymnis.

p. 8. lin. 30. poſt *Ambr. uterque* adde: Voſſianus.
p. 16. lin. 15. dele verba; MS. Voſſ. κόυθμῶν.
p. 32. lin. 13. poſt *in Lexicis* adde: Defendi poſſe loco Pindari Olymp. VII. 79. monuit me Cl. Ruhnkenius.
p. 212. lin. 3. corrige: κάτοπτρον.
p. 253. lin. 5. corrige: Sume tibi & ale.

In Epigrammatis.

p. 274. lin. 2. corrige: ἐρέουσιν.
p. 322. lin. 13. corrige: ἐπ᾽ ἰσομοίροισιν.

In Fragmentis.

p. 437. lin. 21. poſt Εὐηνίνη adde: Lege, Ἑκάλη. Hecale, cui ſenectus pedum agilitatem abſtuliſſet, κατ᾽ ἀντίφρασιν dicitur Εὐκολίνη. Huc pertinet gloſſa Suidae: Εὐκολίνη. ἡ εὔκολος πόλις. Corrige, ἡ εὔκολος πόδας. εὔκολος & εὐκολία proprie dicitur de *pedum facilitate in eundo.* Muſonius ap. Stob. I. p. 18. & ex eo Clemens Alex. Paed. II. 11. p. 240. ἡ ἀνυποδησία πολλὴν εὐκολίαν παρέχει τοῖς ποσίν. RUHNKEN.

p. 571. lin. ult. corrige: Ὡς ἡδὺ μὲν θάλατταν ἀπὸ τῆς γῆς ὁρᾷν. RUHNKEN.

Fragmentis adde:

CCCCLXII.

Schol. MS. Lipſ. ad Il. Z. 305. ἐρυσίπτολι· πλεονασμὸς τοῦ ε. παρὰ Καλλιμάχῳ· οἱ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἐρυσίπολις. Παρά τισι δὲ ἡ ποιοῦσα ἐρίπειν τὰς πόλεις. ἄμεινον δὲ ῥυσίπτολις. In fine legendum eſt ἐρυσίπτολις· quid pro οἱ δὲ, neſcio. Ῥυσίπολις dixit Heliodor. Aeth. I. p. 129. Fragmentum hoc, neſcio quomodo, fugit oculos, dum ea e Schedis collegi.

CCCCLXIII.

Θεσπεσίων νεφέων ἐκ Διὸς ὗεν ὕδωρ.

Sextus Emp. adv. Gramm. §. 101. Hunc pentametrum Callimachi eſſe, ad illum locum exiſtimat J. A. Fabricius.

Teſtimoniis Veterum de Callimacho addi poteſt hoc diſtichon Meleagri in Prooemio Coronae:

Ἐν δ᾽ ἄρα Δαμαγήτου ἴον μέλαν, ἡδύ τε μύρτον
Καλλιμάχου, στυφελοῦ μεστὸν ἀεὶ μέλιτος.

Por-

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Porphyrius Quaest. Homeric. 4. Καλλίμαχος ὁ ἀκριβέστατος καὶ πολυμαθέστατος.

Habuit & obtrectatores, praeter Seberianum, de quo Suidae locus notatus est Bentlejo, Pollianum, cujus in eum parum honorificum epigramma est Anthol. II. 40. 3. p.236. ed. Brodaei. Photius Bibl. p. m. 801. in recensione Orationum Demosthenis: καὶ τὸν ὑπὲρ Σατύρου δὲ λόγον τῆς ἐπιτροπῆς πρὸς Χαρίδημον, οἱ μὲν πρὸς τὴν κρίσιν ἔχοντες τὸ ἀσφαλὲς Δημοσθένους λέγουσιν εἶναι· ὁ δὲ Καλλίμαχος, οὐδ' ἱκανὸς τὴν κρίσιν, Δεινάρχου νομίζει.

Apud eundem est locus animadversione & correctione dignus, in quo Callimachi mentio p. m. 249. in recensione L. V. Historiae novae Ptolemaei Hephaestionis.

Nec honorifice de eo sensisse videtur Eunapius, Vit. Soph. in Diophanto p. 128. ἡ δὲ αὐτὴ δόξα τῶν ἀνθρώπων Προαιρεσίῳ κἀκεῖνον ἀντήγειρεν, ὡς εἰ Καλλίμαχον Ὁμήρῳ τις ἀναστήσειεν (ἀντιστήσειεν)

F I N I S.



